15. 6. 842

15. 6. 842

HOMERI
HYMNUS
IN
CEREREM,

NUNC PRIMUM EDITUS

A

DAVIDE RUHNKENIO.

ACCEDUNT

DUAE EPISTOLAE CRITICAE,

Ex Editione altera, multis partibus locupletiores.

LUGDUNI BATAVORUM,

APUD SAMUEL. ET JOANN. LUCHTMANS,

M D C C L X X X I I.

PRAEFATIO.

Nihil minus cogitavi, quam fore unquam, ut Homeri Hymnus in Cererem, quem quidem altero a C. N. ſeculo ſuperfuiſſe ſciebam, ſed in rebus dudum deperditis numerabam, ut is igitur in Bibliotheca quadam reperiretur, aut, ſi forte repertus eſſet, mea qualicunque curà in lucem prodiret. Nec minus mirabile mihi videbatur, Hymnum mitti ex Moſcovia; ubi tale antiquitatis monimentum latere, ſi quis forte narraſſet, omnes eum jocari potius, quam ſerio loqui, putaſſent. Verum cum res ipſa nobis fidem fecerit, omnemque admirationem ſuſtule-

rit, reliquum eſt, ut, quomodo ille Hymnus inventus ſit, & cujus beneficio noſtras in manus pervenerit, breviter explicemus. Ante aliquot annos e Germania Moſcam vocatus eſt vir utriusque linguae peritiſſimus, in quo Erneſtinae disciplinae alumnum facile agnoſcas, Chriſtianus Fridericus Matthaei, ut oriens in illius urbis Academia bonarum literarum ſtudium aleret & confirmaret. Qui cum eo delatus audiviſſet, luculentam copiam Graecorum Codicum, quos nemo legeret, nedum intelligeret, in Bibliotheca S. Synodi ſervari, inopinata re percuſſus, ſtatim hunc theſaurum excutere coepit. Cumque plures libros eximios, quorum notitia ab ipſo ſuo tempore tradetur, reperiſſet, incidit etiam in Codicem Homeri, ſcriptum illum quidem ſub finem ſeculi XIV. *ſed, ut res ipſa docet, ex veterrimo praeſtantiſſimoque ductum,*

qui

qui praeter fragmentum Iliadis, editos Hymnos XVI. *vulgari fere ordine complectebatur. Sed ecce! Hymno* XVI. *qui editorum ultimus est in Codice, primum subjecti erant duodecim versus ex Hymno deperdito in Bacchum: tum sequebatur bene longus, &, si posteriorem partem excipias, satis integer Hymnus in Cererem. Triumphans Clarissimus Matthaei tali ac tanto invento, nec moram, quam Editio multis de caussis Moscae habitura esset, ferens, per me monimentum, quod tot secula latuerat, in lucem proferri voluit, quem sciret Homericos Hymnos diligentius tractasse, in iisque castigandis Criticae tirocinium posuisse. Neque his finibus se continuit singularis ejus & inusitata erga me humanitas, sed ultra progressa, beneficium cumulavit excerpendis ex eodem Codice Variantibus editorum Hymnorum; quibus quot quam*

foeda ſint inveterataque ulcera ſanata, alio loco planiſſime intelligetur. Suſceptis igitur Editoris partibus, quas ipſe vir doctiſſimus aut aeque bene, aut melius agere potuiſſet, Hymnum cum aliis Homeri carminibus ſtudioſe comparavi, tum alias ob cauſſas, tum inprimis, ut mihi, ſuusne ſit Poëta, an aliunde pendeat, conſtaret. In locis vitioſis, cum non alius Codex, qui opem ferret, ſupereſſet, ad ingenium, Codicis vicarium, confugi. Obſcuriora, quam breviſſime potui, explicavi, ne Hymni Editio, quae in tanta ſtudioſorum exſpectatione eſſet, longius traheretur. Verſionem autem Latinam, neſcio, an nonnullis invitis, conſulto praetermiſi, melius exiſtimans, Graecos Poëtas ignorare, quam ex verſione cognoſcere. Neque, ſi verum fateri volumus, aliunde, niſi ex verſionibus, apud pleroſque nata eſt iſta cum Homeri, tum ipſa-

rum

rum Graecarum literarum contemtio. Atque hic praefationis finem facere possem, nisi paucis disceptare visum esset, sitne ille Hymnus a Poëtarum principe, ut titulus profitetur, an sub ejus nomine ab alio scriptus? Homerum Hymni auctorem edit testis idoneus, Pausanias, nec semel, & quasi praetereundo, sed quatuor locis, & constanter, Attic. 38. *bis, Messen.* 30. *Corinth.* 14. *Ne tertio quidem loco, Messen.* 30. *ubi* Τύχης *nomen, quo nusquam Homerus usus est, rem suspectam facere potuisset, quicquam dubitationis ostendit. Igitur, si Pausaniae standum est judicio, rem confectam habemus. Ego tamen ingenue fateor, non unam mihi injectam esse dubitationem. Primum Scholiastes Nicandri ad Alexiph.* 130. *ita loquitur, ut hunc Hymnum pro supposititio habuisse videatur:* ὅτι δὲ διὰ γλήχωνος ἔπιεν ἡ Δημήτηρ τὸν κυκεῶνα, καὶ

διὰ τὴν χλεύην Ἰάμβης ἐγέλασεν ἡ Θεὰ, ἐν τοῖς εἰς Ὅμηρον ἀναφερομένοις Ὕμνοις λέγεται. *Sed multo certius argumentum, quo Hymni, ut ita dicam, germanitas dubia reddatur, ex ipso duci carmine potest; in quo, etsi pulcherrimo, tamen nervos, sanguinem, spiritum, quibus Homeri praestantia maxime censetur, saepe desideramus. Quam jacent, ut alia taceam, illae nihil proficientes Iridis, Hecatae, & Rheae legationes! Nec aliter de Homericis Hymnis in universum judicavit Grammaticus vetus apud Allatium de Patr. Homeri cap.* 15. Οὐδὲν δὲ αὐτοῦ θετέον ἔξω τῆς Ὀδυσσείας καὶ τῆς Ἰλιάδος. ἀλλὰ δὲ καὶ τοὺς Ὕμνους, καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἐς αὐτὸν φερομένων ποιημάτων ἡγητέον ἀλλότρια, καὶ τῆς φύσεως καὶ τῆς δυνάμεως ἕνεκα. *Forma dicendi, fateor, tota est Homerica. Quanquam sic quoque Homeri studiosus pauca quaedam, quae vix pro Homericis agno-*

agnoscat, reperiet, v. c. vs. 9. Πολυδέκτης, *&* *alibi* Πολυδέγμων *pro* Plutone, *vs.* 12. *κάρα pro κάρηνα*, vs. 208. ἄλφι pro ἄλφιτα, *vs.* 210. ἱμερμὸς, *vs.* 209. ἀντίτομον, *vs.* 221. προβαλὴς, *vs.* 264. ἐλεινὴν *pro* ἐλεεινὴν, *&c. His fere rationibus moveor, ut hunc partum Homero subditum credam, nec tamen ab auctore ipso, cujus aetas talem fraudem ignorabat, sed a notis illis falsariis, qui, ut regibus Alexandriae & Pergami libros carius venderent, operum titulos mutabant, nobilius nomen, velut Homeri, minus claro substituentes. Jam ad Pausaniam quod attinet, nolim dicere cum Fulvio Ursino ad Virgil. Ecl.* IV. 59. *eum parum intelligentem esse talium rerum existimatorem. Nam Criticum egregium se ostendit in judicio de Orphei & Musaei carminibus, Attic.* 14. *de Homeri Thebaide, Boeot.* 9. *de Hesiodi Theo-*

gonia, ibid. 27. *Veruntamen, cum etiam Phocic.* 37. *Hymnum in Apollinem, & Boeot.* 30. *omnes adeo Hymnos, qui sub Homeri nomine feruntur, pro veris ac germanis habuerit: quod ne Leoni quidem Allatio l. c. & Steph. Berglero Praef. ad Odyss. p.* 16. *quibus nemo de his Hymnis magnificentius sensit, probatur: cum igitur Pausanias tam facilis fuerit in iis Homero tribuendis, suspicor, illorum splendorem ita ejus oculos praestrinxisse, ut ad manifesta indicia, quibus alius Homero scriptor proderetur, conniveret. Nec tamen cuiquam auctor sim, ut ingenio otioque abutatur ad Hymni antiquitatem convellendam. Nam, ne dicam, Pausaniae judicium certe in hanc partem valere, ut, quod carmen ab ipso pro Homerico habitum sit, ab omnibus longe antiquissimum sit habendum; talis in singulis versibus viget* χνῦς ἀρχαιοπινὴς, *sive*

robi-

Digitized by Google

robigo vetustatis, *ut a Poëta, qui vel statim post Homerum, vel Hesiodi aetate vixerit, scriptum videatur. Hoc a peritis sentiri potest, imperitis, quid sit, explicari non potest. Quid? an Apollonii Rhodii, & alterius Poëtqe, qui carmen inter Theocritea* XXV. *scripsit, auctoritas parvi est facienda? Qui, cum Hymni locos exquisitiores ad imitationem vocarint, quantam jam tum vetustatis opinionem habuerit, manifesto declarant. Gratulemur igitur aetati nostrae, cui prorsus insperanti monimentum obtigit, quod non minorem ab ultima antiquitate, quam a prisca simplicique venustate commendationem habet, idque non solum ad pulcri sensum alendum, sed etiam ad alios sive Graecos sive Latinos Poëtas rectius intelligendos conferamus. In quo genere quantum inde utilitatis capi possit, tribus exemplis, quae se ultro non*

quae-

quaerenti obtulerunt, *declarabo*.

Catullus de Nupt. Pel. & Thet. 281.

quos propter fluminis undas
Aura parit flores tepidi fecunda Favoni,
Hos indiſtinctis plexos tulit ipſe corollis,
Queis permulſa domus jucundo riſit odore.

Hic Vulpius longius petitum dicit, domus jucundo riſit odore. *Sed ecce fontem*, *unde venuſtum illud loquendi genus fluxerit*, *in Hymno noſtro vſ.* 13. Κηώδει δ' ὀδμῇ πᾶς ὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθεν, Γαῖά τε πᾶσ' ἐγέλασσε.

Idem Catullus eodem carmine vſ. 128.

Tum tremuli ſalis adverſas procurrere in undas,
Mollia nudatae tollentem tegmina ſurae.

ubi Interpretes tegmina ſurae *perperam ſumunt*

pro

pro cothurnis, vel fasciis. Intelligenda est tunica, nuda crura tegens, quam Ariadna, ne aqua madefieret, tollebat. Hanc explicationem plane confirmat Hymnus vs. 176. Ὡς αἱ ἐπισχόμεναι ἑανῶν πτύχας ἱμεροέντων, Ἤϊξαν κοίλην κατ᾽ ἀμαξιτόν. *Quem imitatus est Apollonius Rhod.* III. 874. Τρώχων εὐρεῖαν κατ᾽ ἀμαξιτόν. ἂν δὲ χιτῶνας Λεπταλέους λευκῆς ἐπιγουνίδος ἄχρις ἄειρον. *Adde simillimum locum Moschi* II. 123. Εἴρυε πορφυρέας κόλπου πτύχας, ὄφρα μὴ ᾤην Δεύῃ ἐφελκομένην πολιῆς ἁλὸς ἄσπετον ὕδωρ.

Virgilius Aen. IV. 32.

Solane perpetua moerens carpere juventa?
Nec dulces natos, Veneris nec praemia noris?

Hic interpretes dubitant, ipsi nati intelligendi sint, tanquam matrimonii munera, an concubitus. Dubitationem omnem tollit Hymnus, concubi-

cubitum δῶρα Ἀφροδίτης vocans, *vſ.* 101. Γρηῒ παλαιγενεῖ ἐναλίγκιος, ἥτε τόκοιο Εἴργηται, δώρων τε φιλοστεφάνου Ἀφροδίτης. *Quamquam ſic etiam, praeter noſtrum Poëtam, locuti ſunt Heſiodus Aſp.* 47. *& Pindarus Nem.* VIII. 12.

Sed ego, Hymnum edidiſſe contentus, talem Poëtarum comparationem aliorum induſtriae relinquo. Vale.

Haec ante menſes non ita multos praefati ſumus. Brevi poſt, paucis Hymni exemplis in vulgus emiſſis, deprehenſum eſt, huic editioni multum ad integritatem, caſu quodam, deeſſe. Res ita ſe habet. Cum Clariſſimo Matthaei, Hymnum deſcribenti, nihil longius videretur, quam ut mihi necopinanti laetitiam objiceret, aliosque per me inexſpectato munere bearet, accidit hac feſtinatione, ut poſt vſ. 198. *viginti verſus, poſt vſ.* 413. *unus oculatiſſimi hominis aciem*

ciem fallerent. Qui error, quamvis humanus, viro optimo tantum molestiae attulit, ut sibimet ipse totus displiceret, nec, nisi consolatione mea mitigatus, secum in gratiam rediret. Jam nihil aliud restabat, nisi ut, ista editione penitus abolita, novam omnibusque numeris expletam adornarem. Quod consilium Cl. Matthaei humanitas enixe adjuvit non solum versibus, qui deessent, supplendis, sed singulis etiam literarum apicibus, quos vetus Codex haberet, iterum anxia diligentia rimandis. Velim igitur, ista editio pro mutila, sicut est, & paene non edita; at quae nunc profertur, pro vera, integra, sincera, atque adeo prima habeatur. Huic etiam versionem Latinam subjunximus. Nam cum permulti essent, qui dicerent, sese, etiamsi carminis Graeci venustatem sentire non possent, velle tamen ejus argumentum, tractationem, inprimis-

que

que ea, quae ad historiam sive veram sive fabulosam pertinerent, ex versione cognoscere, rogavi virum Graece Latineque doctissimum, Jo. Henr. Vossium, ut eorum desiderio satisfaceret, meque aliis occupationibus impeditum hoc labore levaret. Cujus nomen quoniam nunc primum in Batavis auditur, addere liceat, eum adhuc regere Scholam ignobilis oppidi, Otterndorpii, sed dignissimum esse, cujus doctrina majore in theatro spectetur. Speramus igitur, futurum, ut Germani, qui vel in summa eruditorum hominum copia tale ingenium fovere deberent, certe illud in tanta, quae nunc est, hujus generis penuria complectantur. Iterum vale.

FRAGMENTUM

HYMNI

IN

BACCHUM.

Καί οἱ ἀναστήσουσιν ἀγάλματα πόλλ' ἐνὶ νηοῖς.
Ὣς δὲ τὰ μὲν τρία σοι πάντως τριετήρισιν αἰεὶ

Ἀγ-

FRAGMENTUM] Hoc Fragmentum in Cod. Moscov. Hymno in Cererem praemittitur. Ex deperdita ejusdem Hymni parte novem verſus valde luculentos conſervavit Diodorus Siculus, Homero Hymnum diſerte tribuens, I. 15. p. 19. III. 65. p. 235. IV. 2. p. 248. Οἱ μὲν γὰρ Δρακάνῳ σ', οἱ δ' Ἰκάρῳ ἠνεμοέσσῃ φασίν, οἱ δ' ἐν Νάξῳ, δῖον γένος, εἰραφιῶτα, Οἱ δέ σ' ἐπ' Ἀλφειῷ ποταμῷ βαθυδινήεντι Κυσαμένην Σεμέλην τεκέειν Διὶ τερπικεραύνῳ. Ἄλλοι δ' ἐν Θήβαισιν, ἄναξ, σὲ λέγουσι γενέσθαι, Ψευδόμενοι. σὲ δ' ἔτικτε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε, Πολλὸν ἀπ' ἀνθρώπων κρύπτων λευκώλενον Ἥρην. Ἔστι δέ τις Νύση ὕπατον ὄρος, ἀνθέον ὕλῃ, Τηλοῦ Φοινίκης, σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων. Verſu 1. quis non ſtatim agnoſcat imitationem Callimachi II. in Jov. 6. Ζεῦ, σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι φασὶ γενέσθαι, Ζεῦ, σὲ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ· πότεροι, πάτερ, ἐψεύσαντο; Verſum 4. demum e libris MSS. addidit Weſſelingius, recepitque, ſed alieno loco, Cl. Erneſtus in Ho-

Ho-

Ἄνθρωποι ῥέξουσι τεληέσσας ἑκατόμβας.
Ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.
Ἀμβρόσιαι δ᾽ ἄρα χαῖται ἐπερρώσαντο ἄνακτος
Κρατὸς ἀπ᾽ ἀθανάτοιο· μέγαν δ᾽ ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.
Ὣς εἰπὼν, ἐκέλευσε καρήατι μητίετα Ζεύς.
Ἵλαθι, εἰραφιῶτα, γυναιμανές. Οἱ δέ σ᾽ ἀοιδοὶ
Ἄδομεν ἀρχόμενοι, λήγοντές τ᾽. οὐδέ πη ἔστι

Σεῖ᾽

Homeri Fragm. p. 135. Vſ. 8. eſt varietas lectionis. Nam pro ὕπατον ὄρος, quod Diodorus tribus locis conſtanter ſervat, Scholiaſtes ad Apollon. Rhod. II. 1215. legit ὕπατον κέρας. Sed alteram lectionem ſequar ob rationes a Weſſelingio allatas.

4. Ἦ, καὶ κυανέῃσιν] Hi tres nobiliſſimi verſus etiam reperiuntur Il. A. 528. quorum unum ſic imitatus eſt Apollon. Rhod. II. 679. χρύσεοι δὲ παρειάων ἑκάτερθε Πλοχμοὶ βοτρυόεντες ἐπερρώοντο κιόντι.

7. Ἐκέλευσε καρήατι] Lege: ἐπένευσε καρήατι. ut H. in Cer. 169.

8. Ἵλαθι] MS. ἵλαθ᾽.

9. Ἄδομεν ἀρχόμενοι, λήγοντές τ᾽] Il. I. 97. Ἐν σοὶ μὲν λήξω, σέο δ᾽ ἄρξομαι. quod laudant Philo Jud. T. I. p. 499. Seneca Pater Contr. III. p. 284. & praeter alios multos imitatur Virgil. Ecl. VIII. 11. ubi vide F. Urſinum. Heſiodus apud Euſtath. ad Il. Σ. p. 1163. Πάντες μὲν θρηνοῦσιν ἐν εἰλαπίναις τε, χόροις τε. Ἀρχόμενοι δὲ Λίνον, καὶ λήγοντες καλέουσιν. Sic corrige verſus, quos depravavit Simſonus Chronic. ad A. M. 2499. Ceterum hic locus confirmat ſcripturam vexatiſſimi verſus apud Heſiodum Theog. 48. Ἀρχόμεναί θ᾽ ὑμνεῦσι θεαὶ, λήγουσαί τ᾽ ἀοιδῆς. ubi ἀοιδῆς a veteribus pronunciabatur ᾠδῆς, ut deinceps etiam ſcribi coepit.
De

Σεῖ' ἐπιληθόμενον ἱερῆς μεμνῆσθαι ἀοιδῆς.
Καὶ σὺ μὲν οὕτω χαῖρε, Διώνυσ' εἰραφιῶτα,
Σὺν μητρὶ Σεμέλῃ, ἥν περ καλέουσι Θυώνην.

De talibus saepe ad Homerum monuit Clarkius. Vide ad H. in Cerer. vs. 425.

10. Σεῖ' ἐπιληθόμενον] MS. ἐπιλαθόμενοι, quod correxi ex altero Homerico Hymno in Bacchum vs. 58. Χαῖρε, τέκος Σεμέλης εὐώπιδος· οὐδέ πη ἐστὶ Σεῖό γε ληθόμενον, γλυκερὴν κοσμῆσαι ἀοιδάν. Obiter emendemus Orpheum apud Scholiast. Apoll. Rhod. III. 1. Οὐδέ τι λήγονται Μουσῶν βροτοί· αἱ γὰρ ἴασι Κοίρανοι, αἶσι μέμηλε χορὸς θαλίαι τ' ἐρατειναί. Lege: Οὐδέ τι λήθονται Μουσῶν βροτοί.

12. Θυώνην] Vide Cl. Valckenarium Diatrib. in Euripid. XV. p. 154.

ΟΜΗΡΟΥ

ΥΜΝΟΣ

ΕΙΣ ΤΗΝ ΔΗΜΗΤΡΑΝ.

Δήμητρ' ἠΰκομον, σεμνὴν θεὰν, ἄρχομ' ἀείδειν,
Αὐτὴν, ἠδὲ θύγατρα τανύσφυρον, ἣν Ἀϊδωνεὺς
Ἥρπαξεν, δῶκε δὲ βαρύκτυπος εὐρύοπα Ζεὺς,
Νόσφιν Δήμητρος χρυσαόρου ἀγλαοκάρπου
Παίζουσαν κούρῃσι σὺν Ὠκεανοῦ βαθυκόλποις,
Ἄνθεά τ' αἰνυμένην, ῥόδα, καὶ κρόκον, ἠδ' ἴα καλὰ,
Λειμῶνα μαλακὸν, καὶ ἀγαλλίδας, ἠδ' ὑάκινθον,

Νάρ-

1. Δήμητρ] Eodem initio est Hymnus in Cererem, tribus tantum versibus constans, inter Homericos n. x. Δήμητρ' ἠΰκομον, σεμνὴν θεὰν, ἄρχομ' ἀείδειν, Αὐτὴν, καὶ κούρην περικαλλέα Περσεφόνειαν.

2. Αὐτὴν, ἠδὲ θύγατρα] Post αὐτὴν interpunxi, ut ad Cererem referatur, non ad Proserpinam, ut in MS. Il. B. 761. Τίς τ' ἄρ τῶν ὄχ' ἄριστος ἔην, σύ μοι ἔννεπε, Μοῦσα, Αὐτῶν, ἠδ' ἵππων. Sic etiam interpungendum Il. N. 331.

Ibid. Ἣν Ἀϊδωνεὺς] Iisdem prope verbis Hesiodus Theog. 913. Ἣ τέκε Περσεφόνην λευκώλενον, ἣν Ἀϊδωνεὺς Ἥρπασε ἧς παρὰ μητρὸς, ἔδωκε δὲ μητίετα Ζεύς.

4. Χρυσαόρου] Χρυσάορος, perpetuum Apollinis epitheton, nullo modo convenit Cereri. Legendum: Νόσφιν Δήμητρος χρυσοθρόνου ἀγλαοκάρπου.

6. Ἄνθεά τ' αἰνυμένην] Moschus Eid. II. 65. Τῶν ἡ μὲν νάρ-

Νάρκισσόν θ', ὃν φῦσε δόλον καλυκώπιδι κούρῃ

Γαῖα Διὸς βουλῇσι χαριζομένη Πολυδέκτῃ,

Θαυ-

νάρκισσον εὔπνοον, ἡ δ' ὑάκινθον, Ἡ δ' ἴον, ἡ δ' ἕρπυλλον ἀπαίνυτο. Sed totus ille locus comparandus.

7. Λειμῶνα μαλακὸν] Scribendum, ut ſententia conſtet: Λειμῶν' ἂν μαλακόν. Infra vſ. 176. Ἄλλοντ' ἂι λειμῶνα Κορεσσάμεναι φρένα φορβῇ. Ovid. Faſt. IV. 425. *Filia, conſuetis ut erat comitata puellis, Errabat nudo per ſua prata pede.*

7. Ἀγαλλίδας] Nicander apud Athen. XV. p. 683. E. Ἴρις δ' ἐν ῥίζῃσιν ἀγαλλίδι τῇ θ' ὑακίνθῳ Αἰαστῇ προσίοικε. Sic locum bene correxit Sopingius ad Heſych. v. Ἀγαλλίς.

8. Νάρκισσόν θ'] Ne cui Poëta nimius in hoc narciſſo deſcribendo videatur, ſcire licet, eum vulgi hac de re fabulas ſecutum eſſe. Pamphus, cujus Hymnum in Cererem Homerus ſaepe ob oculos habuit, apud Pauſaniam in Boeot. 31. tradit, Κόρην τὴν Δήμητρος ἁρπασθῆναι παίζουσαν καὶ ἄνθη συλλέγουσαν· ἁρπασθῆναι δὲ οὐκ ἴοις ἀπατηθεῖσαν, ἀλλὰ ναρκίσσοις. Eodem reſpexit Sophocles Oed. Col. 673. Θάλλει δ' οὐρανίας ὑπ' ἄχνας Ὁ καλλίβοτρυς κατ' ἦμαρ αἰεὶ Νάρκισσος, μεγάλαιν θεαῖν Ἀρχαῖον στεφάνωμα. ubi vide Scholiaſt.

Ibid. Καλυκώπιδι] MS. καλικώπιδι.

9. Πολυδέκτῃ] Non ſemel Pluto a Poëta noſtro πολυδέκτης & πολυδέγμων, *multos recipiens*, vocatur. Quod nomen an apud alios poëtas reperiatur, neſcio. Sed ſatis illud confirmat Cornutus loco appoſitiſſimo de N. D. 35. ἐπονομάζεται δὲ ἐπιθετικῶς καὶ πολυδέκτης, καὶ πολυδέγμων, καὶ πολύαρχος. Forte πολυδέγμων reddendum Orpheo Hymno in Plutonem vſ. 11. p. 210. ubi nunc editur, quod non intelligo: Ὃς κρατέεις θνητῶν θανάτου χάριν, ὦ πολυδαῖμον. Nihil differt Ἀΐδης πανδοκεὺς apud Lycophron. 655. *Capacem Orcum* Horatio II. Carm. 18. 30. reſtituit R. Bentlejus. Simile Plutonis epitheton eſt νεκροδέγμων apud Aeſchyl. Prometh. 153.

Θαυμαστὸν γανόωντα, σέβας τότε πᾶσιν ἰδέσθαι
Ἀθανάτοις τε θεοῖς ἠδὲ θνητοῖς ἀνθρώποις·
Τοῦ καὶ ἀπὸ ῥίζης ἑκατὸν κάρα ἐξεπεφύκει,
Κῶδίς τ᾽. ὀδμῇ πᾶς δ᾽ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε
Γαῖά τε πᾶσ᾽ ἐγέλασσε καὶ ἁλμυρὸν οἶδμα θαλάσσης.
Ἡ δ᾽ ἄρα θαμβήσασ᾽ ὠρέξατο χερσὶν ἅμ᾽ ἄμφω

Κα-

10. Σέβας τότε πᾶσιν] Cl. Wyttenbachius malit: σέβας δέ τε πᾶσιν &c. Certe τότε friget.

12. Τοῦ καὶ ἀπὸ ῥίζης] Eadem forma Il. Α. 249. Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. ex quo Hermippus apud Athen. I. p. 29. F. Οὗ καὶ ἀπὸ στόματος στάμνων ἀνοιγομενάων Ὄζει ἴων. Cum sequentibus compares Il. Δ. 109. Τοῦ κέρα ἐκ κεφαλῆς ἑκκαιδεκάδωρα πεφύκει. ubi κέρα pro κέρατα ponitur, ut h. l. κάρα pro κάρατα. Sic δέπα pro δέπατα Od. Ο. 465. σφέλα pro σφέλατα Od. Ρ. 231. σκέπα pro σκέπατα Hesiod. Ἔ. κ. Ἡ. 532. ἄλειφα pro ἀλείφατα Callim. Fr. 12. γοῦνα pro γόνατα Aratus Phaen. 521. κρέα pro κρέατα passim.

13. Κῶδίς τ᾽.] Κωδὶς pro κωδεία est apud Hesychium, sed non aptum huic loco. Repone: Κηώδει δ᾽ ὀδμῇ πᾶς τ᾽ οὐρανὸς εὐρὺς ὕπερθε. Emendationem nostram secutus est Brunckius, elegantissimi vir ingenii, ad Apollon. Rhod. IV. 1171. Ut hic γελᾶν ὀδμῇ, sic γελᾶν ὀπὶ apud Hesiodum Theog. 40. γελᾷ δέ τε δώματα πατρὸς Ζηνὸς ἐριγδούποιο, θεᾶν ὀπὶ λειριοέσσῃ σκιδναμένῃ. Catullus quomodo hunc locum imitatus sit, in Praefatione ostendimus. Ceterum juvabit cum hoc loco contulisse Il. Ξ. 174.

15. Χερσὶν ἅμ᾽ ἄμφω] Ἄμφω indeclinabile est, sicut δύω. Vide Cl. Brunckium ad Apollon. Rhod. I. 1169.

Καλὸν ἄθυρμα λαβεῖν. χάνε δὲ χθὼν εὐρυάγυια
Νύσιον ἂμ πεδίον, τῇ ὄρουσεν ἄναξ Πολυδέγμων
Ἵπποις ἀθανάτοισι, Κρόνου πολυώνυμος υἱός.
Ἁρπάξας δ' ἀέκουσαν ἐπὶ χρυσέοισιν ὄχοισιν
Ἦγ' ὀλοφυρομένην, ἰάχησε δ' ἄρ' ὄρθια φωνῇ,

Κε-

16. Καλὸν ἄθυρμα] Sic Anacreon Od. 53. rosam vocat Ἀφροδίσιον ἄθυρμα. Nicander Alexiph. 234. τοῖά περ ὧραι Εἰαριναὶ φορέουσιν ἐνιψήματα κούραις. Idem apud Athen. II, p. 51. E. Καὶ μορέης ἢ παισὶ πέλει μείλιγμα νέοισι. Catull. Carm. LX. 22. *ramulis, Quos Hamadryades deae Ludicrum sibi roscido Nutriunt humore.* ubi Is. Vossius in voce *ludicrum*, quae nil nisi *oblectamentum* significat, argutatur. Vide D. Heinsium Lect. Theocr. 21. p. 368.

17. Νύσιον ἂμ πεδίον] Magna scriptorum veterum de loco, ubi Proserpina rapta sit, dissensio est. Alii enim Atticam, alii Argolidem, alii Arcadiam, plerique Siciliam fuisse tradunt. Quorum testimonia collecta a Spanhemio ad Callim. H. in Cerer. 9. nihil attinet repetere. His adde Orpheum Argon. 1194. qui raptum in occidentali litore Hispaniae ponit, ut placet Gesnero Prael. 1. de navig. extra col. Hercul. p. 432. item Propertium III. 21, 4. qui in Mysia circa Cyzicum; denique Tzetzen ad Hesiod. Ἐργ. κ. Ἡμ. 33. qui in Creta. Ab his omnibus discrepat Homerus, raptum in campis Nysiis locans. Verum cum tot urbes Nysae nomen habuerint, quaenam ex his intelligenda? Nempe Nysa Cariae, ubi raptam Proserpinam dicit Strabo XIV. p. 960. & numi veteres apud Spanhem. l. c. confirmant.

20. Ὄρθια φωνῇ] Infra vs. 432. ἰδόντα δ' ἄρ' ὄρθια φωνῇ. Utroque loco Codex MS. male ὀρθίᾳ. Il. Λ. 11. Ἔνθα στᾶσ' ἤϋσε θεὰ μέγα τε, δεινόν τε,

Κεκλομένη πατέρα Κρονίδην ὕπατον καὶ ἄριστον.
Οὐδέ τις ἀθανάτων, οὐδὲ θνητῶν ἀνθρώπων
Ἤκουσεν φωνῆς, οὐδ' ἀγλαόκαρποι ἐλαῖαι,
Εἰ μὴ Περσαίου θυγάτηρ ἀταλὰ φρονέουσα

Ἄϊεν

ἐνὶ, Ὄρθι' Ἀχαιοῖσιν. Apollon. Rhod. IV. 70. Ὀξείῃ δ' ἤϋσε διὰ κνέφας ὄρθια φωνῇ Ὁπλότατον Φρίξοιο περαιόθεν ἤπυε παίδων. Hinc tragicum verbum ὀρθιάζειν, de quo H. Valesius ad Harpocrat. p. 16.

23. Οὐδ' ἀγλαόκαρποι ἐλαῖαι] Bene quidem ἐλαῖαι ἀγλαόκαρποι dicuntur, ut ab Oppiano Ἁλιευτ. IV. 272. Ἔνθα γὰρ ἀγλαόκαρπος ἁλὸς σχεδόν ἐστιν ἐλαίη. Sed quid ad rem oleae? Lege: οὐδ' ἀγλαόμορφοι ἑταῖραι. Intelliguntur filiae Oceani, Proserpinae comites, de quibus vs. 5. De voce ἑταῖραι mihi convenit cum viris doctissimis, Fonteinio, Wyttenbachio, Brunckio, Eldikio, &c. Ἀγλαόκαρποι, est, qui servare malit, propterea quod Thetis ἀγλαόκαρπος dicitur a Pindaro Nem. III. 97. Νύμφευσε δ' αὖθις ἀγλαόκαρπον Νηρέος θύγατρα. Sed Thetis sic vocatur ob partum Achillis. Καρπὸς enim cum similibus verbis eleganter ad liberos transfertur. Vide Gatakerum de Stylo N. T. cap. 11. p. 71. Sic θάλος pro filia, Od. Ζ. 157. & in hoc Hymno vs. 66. item ὄρπηξ & στάχυς pro filio. Orpheus Argon. 213. Ναὶ μὴν καὶ δισσοὶ ὄρπηκες ἀμύμονες ἦκον. Oppian. Ἁλιευτ. II. 683. Θεσπέσιός τε πατὴρ καὶ φαίδιμος ὄρπηξ. Rursus Orpheus ibid. 216. Δισσὸν δ' αὖ Βορέω καλὸν στάχυν εἰσενόησα. quod, etsi veteris elegantiae est, tamen nuper aliquis tanquam novum & barbarum exagitavit. Adde Is. Casaubonum Lect. Theocr. 20. p. 279.

24. Περσαίου] Περσαῖος ab Homero dicitur, qui ab Hesiodo Theog. 409. & Apollodoro l. 2. p. 5. Πέρσης, frequenti talium formarum permutatione. Hinc Hecate Περσηΐς, vel Περσεία, ut in veteri monumento apud Dorvil-

Ἄϊεν ἐξ ἄντρου Ἑκάτη λιπαροκρήδεμνος,
Ἠέλιός τε ἄναξ, Ὑπερίονος ἀγλαὸς υἱός,
Κούρης κεκλομένης πατέρα Κρονίδην. ὁ δὲ νόσφιν
Ἧστο θεῶν ἀπάνευθε πολυκλίστῳ ἐνὶ νηῷ,
Δέγμενος ἱερὰ καλὰ παρὰ θνητῶν ἀνθρώπων.

Τὴν

villium ad Charit. p. 48. Quae posterior forma Orphei Hymno in Hecaten, qui in editionibus, etiam Gesneriana, temere cum Εὐχῇ πρὸς Μουσαῖον coaluit, e libro MS. restituta est a Guil. Cantero Novar. Lect. II. 3. Id quod, praeter alia multa, Gesnerum latuit in Orphicis edendis. Sed quoniam de Hecate agimus, corrigamus Bacchylidis fragmentum apud Schol. Apollon. Rh. III. 467. Βακχυλίδης δὲ Νυκτός φησιν Ἑκάτην θυγατέρα· Ἑκάτα δᾳδοφόρου Νυκτὸς μεγαλοκόλπου θύγατερ. Scribe: Ἑκάτα δᾳδοφόρος. Hanc enim δᾳδοφόρον esse, vel hic Homeri Hymnus docet vs. 52. Ἤντετο οἱ Ἑκάτη, σέλας ἐν χείρεσσιν ἔχουσα. Vide Spanhem. ad Callim. H. in Dian. 11.

Ibid. Ἀταλὰ φρονέοντα] Il. Σ. 567. ἠΐθεοι, ἀταλὰ φρονέοντες. In Hesiodo Theog. 989. editur: παῖδ' ἁπαλὰ φρονέοντα. Sed MS. Paris. habet ἀταλὰ, ut Gujetus scribi volebat.

25. Ἐξ ἄντρου] Hecates antrum, Zerynthus in Samothrace erat. Vide Lycophron. 77. & ibi Meursium. Sed id longius remotum a Nysa Cariae, quam ut hic intelligi possit.

28. Πολυκλίστῳ ἐνὶ νηῷ] Legendum, πολυλλίστῳ ἐνὶ νηῷ, ut H. in Apoll. 347. Ἀλλ' ἥ γ' ἐν νηοῖσι πολυλλίστοισι μένουσα Τέρπετο οἷς ἱεροῖσι βοῶπις πότνια Ἥρη. ubi in Cod. Moscov. eodem errore scribitur πολυκλίστοισι.

29. Δέγμενος ἱερὰ] H. in Apoll. 274. Δέξαι ἱερὰ καλὰ περικτιόνων ἀνθρώπων.

Τὴν δ' ἀεκαζομένην ἦγε Διὸς ἐννεσίῃσι
Πατροκασίγνητος πολυσημάντωρ Πολυδέγμων
Ἵπποις ἀθανάτοισι, Κρόνου πολυώνυμος υἱός.
Ὄφρα μὲν οὖν γαῖάν τε καὶ οὐρανὸν ἀστερόεντα
Λεῦσε θεά, καὶ πόντον ἀγάῤῥοον ἰχθυόεντα,
Αὐγάς τ' ἠελίου, ἔτι δ' ἤλπετο μητέρα κεδνὴν
Ὄψεσθαι, καὶ φῦλα θεῶν αἰειγενετάων,
Τόφρα οἱ ἐλπὶς ἔθελγε μέγαν νόον ἀχνυμένης περ.
Ἤχησαν δ' ὀρέων κορυφαὶ καὶ βένθεα πόντου
Φωνῇ ὑπ' ἀθανάτῃ. τῆς δ' ἔκλυε πότνια μήτηρ.
Ὀξὺ δέ μιν κραδίην ἄχος ἔλαβεν, ἀμφὶ δὲ χαίταις
Ἀμβροσίαις κρήδεμνα δαΐζετο χερσὶ φίλῃσι,

Κυά-

34. Λεῦσε] Sic Codex MS. per simplex σ, ut saepe scribitur alibi. Sed λεύσσω praefert Cl. Brunckius ad Apoll. Rhod. I. 1307.

35. Ἤλπετο] Ἤλπετο intellige *putabat*, *cogitabat*; ne frigeat, quod sequitur, Τόφρα οἱ ἐλπὶς ἔθελγε. Ἔλπεσθαι & ἐλπίζειν centies sic dici, nemo Graece doctus ignorat. Simillimus locus Od. Υ. vs. 328. Ὄφρα μὲν ὑμῖν θυμὸς ἐνὶ στήθεσσιν ἔολπει Νοστήσαι Ὀδυσῆα πολύφρονα ὅνδε δόμονδε, Τόφρ' οὔτις νέμεσις &c.

41. Χερσὶ φίλῃσι] MS. a manu prima, χερὶ φίλῃ.

42. Κυάνεον δὲ κάλυμμα] Il. Ω. 93.

Κυάνεον δὲ κάλυμμα κατ' ἀμφοτέρων βάλετ' ὤμων,
Σεύατο δ', ὥς' οἰωνὸς, ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρὴν
Μαιομένη. τῇ δ' οὔτις ἐτήτυμα μυθήσασθαι
Ἤθελεν, οὔτε θεῶν, οὔτε θνητῶν ἀνθρώπων,
Οὔτ' οἰωνῶν τις τῇ ἐτήτυμος ἄγγελος ἦλθεν.
Ἐννῆμαρ μὲν ἔπειτα κατὰ χθόνα πότνια Δηὼ
Στρωφᾶτ', αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχουσα,
Οὐδέ ποτ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρος ἡδυπότοιο
Πάσ-

Ω. 93. κάλυμμ' ἕλε δῖα θεάων Κυάνεον, τοῦ δ' οὔτι μελάντερον ἔπλετο ἔσθος. δ' ἰσὸς τανυσίπτερος· αὐτίκα δ' ἔγνω Φιλητὴν γιγνῶτα Διὸς παῖδα Κρονίωνος. Sic Polyidus vates ex avis volatu, ubi Glauci corpus ſitum eſſet, intellexit. Vide Euripidei Polyidi Fragmentum in praeclara illa Diatriba Valckenariana cap. XIX. p. 201.

43. Ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρὴν] Il. Ξ. 308. οἵ μ' οἴσουσιν ἐπὶ τραφερήν τε καὶ ὑγρήν.

46. Οὔτ' οἰωνῶν τις] Hunc verſum, caeſura & rhythmo carentem, ita reſtituit doctiſſimus Brunckius: Οὔτε τις οἰωνῶν οἱ ἐτήτυμος ἄγγελος ἦλθεν. cujus correctionem probat Valckenarius noſter. Οἰωνὸς eſt avis auguralis, ex cujus auſpicio aliquid certi intelligatur, ut loco ſimili H. in Mercur. 213. Οἰωνὸν

Ibid. Ἐτήτυμος ἄγγελος] Il. Χ. 438. οὐ γάρ οἵ τις ἐτήτυμος ἄγγελος ἐλθὼν Ἤγγειλ'.

48. Αἰθομένας δαΐδας] Od. Η. 101. Ἑστασαν, αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες.

49. Καὶ νέκταρος ἡδυπότοιο Πάσσατ' ἀκηχ.] Ita hunc locum

Πάσσατ' ἀκηχεμένη, οὐδὲ χρόα βάλλετο λουτροῖς.
Ἀλλ' ὅτε δὴ δεκάτη οἱ ἐπήλυθε φαινόλη ἠώς,
Ἤντετό οἱ Ἑκάτη, σέλας ἐν χείρεσσιν ἔχουσα,
Καί ῥά οἱ ἀγγελέουσα ἔπος φάτο φώνησέν τε·
Πότνια Δημήτηρ, ὡρηφόρε, ἀγλαόδωρε,
Τίς θεῶν οὐρανίων ἠὲ θνητῶν ἀνθρώπων
Ἥρπασε Περσεφόνην, καὶ σὸν φίλον ἤκαχε θυμόν;

Φω-

cum correximus. Codex MS. mendoſe: καὶ εἴκλαρος ἠδὲ πότοιο Πᾶσα τ' ἀκηχιμένη. Od. I. 87. Αὐτὰρ ἐπεὶ σίτοιο τ' ἐπασσάμεθ', ἠδὲ ποτῆτος. In verbo πάσσομαι, *edo*, ſigma duplicandum eſſe, docet Cl. Erneſtus ad Callim. H. in Cer. 69. 128. Homericum quoque eſt οἶνος ἡδύποτος. Eandem rem ſic expreſſit Callimach. H. in Cer. 17. Αὐσταλέα, ἄποτός τε· καὶ οὐ φάγες, οὐδ' ἐλούσω. & Poëta noſter vſ. 200. ἄπαστος ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος.

50. Βάλλετο λουτροῖς] Βάλλειν interdum *adſpergendi* vim habet. Il. Λ. 536. Ὡς ἄρ' ἀφ' ἱππείων ὁπλέων ῥαθάμιγγες ἔβαλλον. Il. Ψ. 502. Αἰεὶ δ' ἡνίοχον κονίης ῥαθάμιγγες ἔβαλλον. quo reſpiciens Heſychius ἔβαλλον explicat ἔρραινον. Aeſchyl. Agam. 1400. Βάλλει μ' ἐρεμνῇ ψακάδι φοινίας δρόσου. Vereor tamen, ne βάλλετο vitioſum ſit.

51. Φαινόλη ἠώς] Lege, φαινολὶς ἠώς, ut in notiſſimo illo Sapphonis: Ἕσπερε πάντα φέρων, ὅσα φαινολὶς ἐσκέδασ' αὔως. Heſychius: Φαινολίς. λαμπρά, φωσφόρος.

54. Ὡρηφόρε] Cod. MS. hoc loco habet ὠρεφόρε, vſ. 193. ὡραφόρος, ſed recte vſ. 497. ὡρηφόρε, quod recepi. Haec vox cum aliis pluribus hujus Hymni, Lexicis addatur.

Φωνῆς γὰρ ἤκουσ', ἀτὰρ οὐκ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν,
Ὅστις ἔην· σοὶ δ' ὦκα λέγω νημερτέα πάντα.
Ὣς ἄρ' ἔφη Ἑκάτη. τὴν δ' οὐκ ἠμείβετο μύθῳ
Ῥείης ἠϋκόμου θυγάτηρ, ἀλλ' ὦκα σὺν αὐτῇ
Ἤϊξ', αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχουσα.
Ἠέλιον δ' ἵκοντο, θεῶν σκοπὸν ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν,
Στὰν δ' ἵππων προπάροιθε, καὶ εἴρετο δῖα θεάων·
Ἠέλι', αἴδεσσαί με θεὰς ὕπερ, εἴ ποτε δή σευ

Ἠ

57. Φωνῆς γὰρ ἤκουσ'] Cl. Waſſenbergius malit: Φωνῆς γὰρ μὲν ἄκουσ'. Tamen γὰρ in caeſura producitur Od. Δ. 826. Τοίη γάρ οἱ πομπὸς ἅμ' ἔρχεται. Ceterum geminus locus eſt H. in Mercur. 208. Παῖδα δ' ἔδοξα, φέριστε, σαφὲς δ' οὐκ οἶδα νοῆσαι, Ὅστις ὁ παῖς. ubi reponendum videtur: Παῖδα δ' ὄπωπα, φέριστε, &c.

62. Θεῶν σκοπὸν] Hoc loco confirmatur ſcriptura Aeſchyli Prometh. 91. Καὶ τὸν πανόπτην κύκλον ἡλίου καλῶ. Ubi Stanlejus πάνοπτον legere malebat, immemor ſimilium locorum Choëph. 985. Fragm. p. 643. Pindarus apud Dionyſ. Hal. de Demoſth. p. 167. Ἀκτὶς ἀελίου πολύσκοπε. Ante quos omnes Homerus Il. Γ. 277. Ἠέλιός θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς, καὶ πάντ' ἐπακούεις. Apud Ovidium etiam Faſt. IV. 581. Ceres jubetur ex Sole quaerere, quis Proſerpinam rapuerit: *Solem de virgine rapta Conſule, qui late facta diurna videt.*

63. Στὰν δ' ἵππων] Il. Ω. 286. Στῆ δ' ἵππων προπάροιθεν.

64. Αἴδεσσαί με θεᾶς ὕπερ] Vir egregius, P. Fonteinius legebat: Ἠέλι', αἴδεσσαί με Διὸς ὕπερ, *per Jovem*. Od. O. 261.

Ἠ ἔπει, ἢ ἔργῳ κραδίην καὶ θυμὸν ἴηνα·
Κούρην τὴν ἔτεκον, γλυκερὸν θάλος, εἴδεϊ κυδρὴν,
Τῆς ἀδινὴν ὄπ' ἄκουσα δι' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο
Ὥστε βιαζομένης, ἀτὰρ οὐκ ἴδον ὀφθαλμοῖσιν,
Ἀλλὰ, σὺ γὰρ δὴ πᾶσαν ἐπὶ χθόνα καὶ κατὰ πόντον
Αἰθέρος ἐκ δίης καταδέρκεαι ἀκτίνεσσι,
Νημερτέως μοι ἔνισπε, φίλον τέκος, εἴ που ὄπωπας,
Ὅστις νόσφιν ἐμοῖο λαβὼν ἀέκουσαν ἀνάγκῃ
Οἴχεται ἠὲ θεῶν ἢ καὶ θνητῶν ἀνθρώπων.
Ὣς φάτο. τὴν δ' Ὑπεριονίδης ἠμείβετο μύθῳ·

Ῥείης

261. Λίσσομ' ὑπὲρ θυέων καὶ δαίμονος. Apollon. Rh. III. 701. Λίσσομ' ὑπὲρ μακάρων.

Ibid. Εἴ ποτε δή σευ] Il. Α. 37. Κλῦθί μευ — εἴ ποτέ τοι χαρίεντ' ἐπὶ νηὸν ἔρεψα, Ἢ εἰ δή ποτέ τοι κατὰ πίονα μηρί' ἔκηα. & ibid. 395. εἴ ποτε δή τι Ἢ ἔπει ὤνησας κραδίην Διὸς, ἠὲ καὶ ἔργῳ. Infra hoc Hymno vſ. 117. Αἴ κέ σε φιλωνται ἠμὲν ἔπει, ἠδὲ καὶ ἔργῳ.

70. Καταδέρκεαι] MS. male καταδέρκεται. Od. Λ. 15. οὐδέ ποτ' αὐτοὺς Ἠέλιος φαέθων ἐπιδέρκεται ἀκτίνεσσιν. ex quo Aeſchylus Prometh. 795. ἃς οὔθ' ἥλιος προσδέρκεται ἀκτῖσιν.

71. Ὄπωπας] Sic ſcripſi pro ὄπωπεν, quod erat in MS. Od. Γ. 92. αἴ κ' ἐθέλῃσθα Κείνου λυγρὸν ὄλεθρον ἐνισπεῖν, εἴ που ὄπωπας.

72. Νόσφιν ἐμοῖο] Malim, ἐμεῖο. De horum pronominum differentia ſaepe diſputat Brunckius ad Apollon. Rhod.

Ῥείης ἠϋκόμε θυγάτηρ, Δήμητερ ἄνασσα,
Εἰδήσεις. δὴ γὰρ μέγα ἅζομαι ἠδ' ἐλεαίρω
Ἀχνυμένην περὶ παιδὶ τανυσφύρῳ. ἐδέ τις ἄλλος
Αἴτιος ἀθανάτων, εἰ μὴ νεφεληγερέτα Ζεύς,
Ὅς μιν ἔδωκ' Ἀΐδῃ θαλερὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν
Αὐτοκασιγνήτῳ· ὁ δ' ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα
Ἁρπάξας ἵπποισιν ἄγεν μεγάλα ἰάχεσαν.
Ἀλλά, θεά, κατάπαυε μέγαν γόον. ἐδέ τι σε χρὴ
Μὰψ αὔτως ἄπλητον ἔχειν χόλον· ἔτοι ἀεικὴς

Γαμ-

76. Μέγα ἅζομαι] Est, qui hiatu offensus, σ' ἅζομαι scribat. Sed sic Hesiodus Theog. 532. Ταῦτ' ἄρα ἁζόμενος τίμα ἀριδείκετον υἱόν.

77. Οὐδέ τις ἄλλος] Od. Θ. 311. ἀτὰρ ὔτι μοι αἴτιος ἄλλος, Ἀλλὰ τοκῆε δύω.

79. Θαλερὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν] Il. Σ. 268. Δώσω ὀπυιέμεναι, καὶ σὴν κεκλῆσθαι ἄκοιτιν.

81. Μεγάλα ἰάχυσαν] Od. I. 392. Εἰν ὕδατι ψυχρῷ βάπτει μεγάλα ἰάχοντα. De hoc hiatu vide Clarkium ad Il. Δ. 456.

83. Μὰψ αὔτως ἄπλητον] Legendum videri possit: Μὰψ αὔτως ἀτέλεστον ἔχειν χόλον. ut Od. Π. 110. καὶ σῖτον ἔδοντας Μὰψ αὔτως ἀτέλεστον, ἀνηνύστῳ ἐπὶ ἔργῳ. praesertim cum vox ἄπλητος non sit Homerica. Verum, ne dicam, alias etiam voces, quae non sunt in Homeri carminibus, in hoc Hymno reperiri, ἄπλητος quam accommodate cum χόλος jungatur, ostendit Hesiodus Theog. 315. Ἄπλητον κοτέουσα βίῃ Ἡρακληείῃ. Idem aliis locis ἄπλητος posuit pro *vasto, immani*. Asp. 147. Τῦ

καὶ

Γαμβρὸς ἐν ἀθανάτοις πολυσημάντωρ Ἀϊδωνεὺς,
Αὐτοκασίγνητος καὶ ὁμόσπορος. ἀμφὶ δὲ τιμὴν
Ἔλλαχεν, ὡς τὰ πρῶτα διάτριχα δασμὸς ἐτύχθη,
Τοῖς

καὶ ὀδόντων μὲν πλῆτο σόμα λευκὰ θεόντων, Δ-ινῶν, ἀπλήτων. ubi vide Graevium. Simonides in Stobaeo Grotii p. 313. ἀλλὰ μαίνεται τότε Ἄπλητον, ὥσπερ ἀμφὶ τέκνοισιν κύων. Idem & origine & ſignificatione eſt ἄπλατος, quod interdum cum altero permutatur, ut apud Heſiod. Theog. 135. ubi pro Ἰσχὺς δ' ἄπλατος, κρατερὴ, Codex Reg. quem Pariſiis contuli, ἄπλητος habet. Ceterum ἄπλητος eximendum eſt Epigrammati apud Steph. Byz. v. Θούριοι· Ἡρόδοτον Λυξίω κρύπτει κόνις ἥδε θανόντα, Ἰάδος ἀρχαίης ἱστορίης πρύτανιν, Δωριέων πάτρης βλαστόντ' ἄπο. τὸν γὰρ ἄπλητον Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν Θούριον ἔσχε πάτρην, ubi cum MSS. ἄπλητος habeant, ſcribendum: τῶν δ' ἄρ' ἄδηκτος Μῶμον ὑπεκπροφυγὼν, Θούριον ἔσχε πάτρην.

83. Οὔτοι ἀεικὴς] Fonteinius ſcribit, οὐ τῷ, ſcil. Jovi. Ovid. Faſt. IV. 597. *Juppiter hanc lenit, factumque excuſat amore; Nec gener eſt nobis ille pudendus, ait. Non ego nobilior. poſita eſt mihi regia coelo. Poſſidet alter aquas: alter inane chaos.* Met. V. 526. *neque erit nobis gener ille pudori. — ut deſint cetera, quantum eſt Eſſe Jovis fratrem! quid quod nec cetera deſunt, Nec cedit niſi ſorte mihi.*

86. Ὡς τὰ πρῶτα διάτριχα] Il. O. 189. Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς. Propius accedit Heſiod. Theog. 425. Ἀλλ' ἔχει ὡς τὸ πρῶτον ἀπ' ἀρχῆς ἔπλετο δασμός. Callimach. H. in Jov. 61. Φάντο πάλαι Κρονίδῃσι διάτριχα δώματα νεῖμαι. ubi nihil cauſſae eſſe, quare cum Spanhemio & Erneſto διὰ τρίχα legatur, hic Homeri locus oſtendit. Eorum tamen ratio placet Brunckio V. C. ad Apoll. Rh. II. 997.

87. Τοῖς μετὰ ναίεται] Mendoſum verſum ita corrigebat Cl. Valckenarius: Τῶν μέτα ναιετάειν, ὧν ἔλλαχε κοίρανος

Τοῖς μετὰ ναίεται τῶν ἔλλαχε κοίρανος εἶναι.
Ὣς εἰπὼν, ἵπποισιν ἐκέκλετο. τοὶ δ' ὑπ' ὀμοκλῆς
Ῥίμφα φέρον θοὸν ἅρμα, τανύπτεροι ὥς' οἰωνοί.
Τὴν δ' ἄχος αἰνότερον καὶ κύντερον ἵκετο θυμόν.
Χωσαμένη δ' ἤπειτα κελαινεφεῖ Κρονίωνι,
Νοσφισθεῖσα θεῶν ἀγορὴν καὶ μακρὸν Ὄλυμπον,
Ὤιχετ' ἐπ' ἀνθρώπων πόλιας καὶ πίονα ἔργα,

ΕΙ-

μανος εἶναι. Vere, ut opinor. Brunckio autem nostro hic versus loco motus, & post vs. 81. reponendus videtur. Quam commodiorem sedem esse, facile concedo.

88. Τοὶ δ' ὑπ' ὁμοκλῆς] Plane ut Hesiod. Asp. 340. Σμερδαλέον δ' ἵπποισιν ἐκέκλετο. τοὶ δ' ὑπ' ὁμοκλῆς Ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα, κονίοντες πεδίοιο. Il. Λ. 532. τοὶ δὲ, πληγῆς ἀΐοντες, Ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα. Notandum est, ὁμοκλῆς cum in Hymno nostro, tum apud Hesiodum, sine adspiratione scribi; quod Iones faciunt in ἴρηξ, ὁδὸς pro ὁδὸς, ὅρος pro ὅρος. &c. Vide Eustath. ad Il. N. p. 926. Od. P. p. 1815. In compositis verbis idem fieri, docet Hemsterhusius in Auctar. Emend. Hesych. v. Κακόβας.

89. Ῥίμφα φέρον] Malim, Ῥίμφ' ἔφερον, ut apud Homerum & Hesiodum locis allatis.

90. Αἰνότερον καὶ κύντερον] Od. Λ. 426. Ὣς οὐκ αἰνότερον καὶ κύντερον ἄλλο γυναικός. Utrumque vocabulum etiam conjungitur vs. 306.

92. Νοσφισθεῖσα θεῶν] Vir doctus legere tentabat: Νόσφιν ἰοῦσα θεῶν ἀγορῆς καὶ μακροῦ Ὀλύμπου. Est tamen ἀπονοσφίζεσθαι cum accusativo Il. in Mercur. 559.

Il.

Εἶδος ἀμαλδύνουσα πολὺν χρόνον. οὐδέ τις ἀνδρῶν
Εἰσορόων γίνωσκε, βαθυζώνων τε γυναικῶν,
Πρίν γ' ὅτε δὴ Κελεοῖο δαΐφρονος ἵκετο δῶμα,
Ὃς τότ' Ἐλευσῖνος θυοέσσης κοίρανος ἦεν.
Ἕζετο δ' ἐγγὺς ὁδοῖο, φίλον τετιημένη ἦτορ,

Παρ-

Ἦν δ' ἀπονοσφισθῶσι θεῶν ἠδ' ἀνθρώπων εἰδωδῆς.

94. Εἶδος ἀμαλδύνουσα] Inscriptio vetus apud R. Chandlerum p. 5. Γρηῒ δὲ θνήσκαλο μὲν πάντ' ἴκελον..... Κάλλος ἀμαλδύνουσα καὶ ἀγλαΐην ἐρατεινήν. Sic scribendum. Ne Graecum quidem est, quod editur: Κάλλος ἀπαλλύνασα καὶ ἀγλαΐην ἐρατεινήν. Idem verbum restituendum Hesychio: Ἀμυδάναι. κρύψαι. Lege: Ἀμαλδῦναι. Glossa pertinet ad Il. M. 18. Δὴ τότε μητιόωντο Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων Τεῖχος ἀμαλδῦναι.

96. Κελεοῖο] De Celeo omnia collegit Jo. Meursii diligentia Athen. Att. III. 1. & Att. Lect. IV. 21. Patrem ejus Eleusinem vocat Homerus vs. 105. quem inter heroës Atticos referunt Pausan. in Attic. 38. & Libanius T. I. p. 550. & Triptolemi patrem edunt Panyasis apud Apollodor. I. p. 15. & Hyginus Fab. 147. Contra Suidas v. Ῥαρίας, Celei patrem Rharum appellat. Ita nihil certi in his genealogiis.

98. Τετιημένη ἦτορ] Il Θ. 436. Αὐταὶ δὲ χρυσέοισιν ἐπὶ κλισμοῖσι κάθιζον Μίγδ' ἄλλοισι θεοῖσι, φίλον τετιημέναι ἦτορ.

99. Παρθενίῳ φρέατι] Pamphus, quem fere Homerus in hac fabula narranda secutus videtur, hunc fontem Ἄνθιον vel Ἄνθιμον vocat. Pausan. in Attic. 39. Ταύτην ἐρχομένοις τὴν ὁδὸν, φρέαρ ἐστὶν Ἄνθιον καλούμενον· ἐποίησε δὲ Πάμφως ἐπὶ τούτῳ τῷ φρέατι καθῆσθαι Δήμητρα μετὰ τὴν ἁρπαγὴν τῆς παιδὸς, γραῒ εἰκασμένην. Ego vero vix dubitem, quin Pamphus, & ex

Παρθενίῳ Φρέατι, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται,
Ἐν σκιῇ, αὐτὰρ ὕπερθε πεφύκει θάμνος ἐλαίης,
Γρηῒ παλαιγενέϊ ἐναλίγκιος, ἥ τε τόκοιο
Εἴργηται, δώρων τε φιλοστεφάνου Ἀφροδίτης,
Οἷαί τε τροφοὶ εἰσὶ θεμιστοπόλων βασιλήων

Παι-

eo Pausanias, Παρθένιον scripserint, sicut Homerus. Παρθενίου nomen fons traxit a pura & integra aqua; quam ut Latini *virginem*, sic Graeci παρθένον dicebant. Aeschyl. Perf. 615. Λιβάσιν ὑδρηλαῖς παρθένου πηγῆς μέτα. Vide Cl. Valckenar. ad Euripid. Hippol. 1005. Alii Cererem in fonte Callichoro, vel prope illum in πέτρᾳ Ἀγελάστῳ, consedisse dicunt. Vide Meursium Eleusin. cap. 3. & Interpretes ad Callim. H. in Cerer. 16. Ab his omnibus diversus Etymologus M. p. 96. l. 29. scribit: Ἀνακληθρὶς, πέτρα ἐν Μεγάροις, ὅτι ἡ Δήμητρα καθισθεῖσα ἐπ' αὐτῆς, ἀνεκαλεῖτο τὴν Κόρην· καὶ ἐκ τῆς ἀνακλήσεως τὴν πέτραν Ἀνακληθρίδα καλοῦσι.

99. Ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται] Idem hemistichium est Od. H. 131. ubi prava lectio ὑδρεύονται, qua nonnulli usi sunt, ut diphthongos ante consonantes corripi posse ostenderent, hujus etiam Hymni auctoritate repudiatur.

101. Γρηῒ παλαιγενέϊ] Il. Γ. 386. Γρηῒ δέ μιν εἰκυῖα παλαιγενέϊ. MS. male παλαιγενέῃ. Ovid. Fast. IV. 517. *simularat anum, mitraque capillos Presserat.*

103. Θεμιστοπόλων βασιλήων] Hesiodus apud Schol. Lycophr. 284. Ἕλλην δ' ἐγένοντο θεμιστοπόλοι βασιλῆες. Hesychius: Θεμιστοπόλοι. ἄρχοντες δίκαιοι. Sic ille locus distinguendus. Apud eundem alio loco est: Θεμιστός. δίκαιος. βασιλεύς. ὅσιος. Scribendum: Θεμιστοπόλος. δίκαιος βασιλεὺς, ὅσιος. Idem est δικασπόλος, de quo Spanhem. ad Callim. H. in Jov. 3.

Παίδων, ϗ ταμίαι κατὰ δώματα ἠχήεντα.
Τὴν δὲ ἴδον Κελεοῖο Ἐλευσινίδαο θύγατρες,
Ἐρχόμεναι μεθ' ὕδωρ εὐήρυτον, ὄφρα φέροιεν
Κάλπισι χαλκείῃσι φίλα πρὸς δώματα πατρὸς,
Τέσσαρες, ὥστε θεαὶ, κουρήϊον ἄνθος ἔχουσαι,
Καλλιδίκη, ϗ Κλεισιδίκη, Δημώ τ' ἐρόεσσα,

Καλ-

105. Κελέοιο Ἐλευσινίδαο θύγατρες] Rem eodem modo ex Pampho narrat Pausan. in Attic. 39. Ἐντεῦθεν δὲ αὐτὴν, ἅτε γυναῖκα Ἀργείαν, ὑπὸ τῶν θυγατέρων τῶν Κελεοῦ κομισθῆναι παρὰ τὴν μητέρα. ϗ αἱ τὴν Μετάνειραν οὕτω πιστεῦσαι τοῦ παιδὸς τὴν ἀνατροφήν. ubi forte legendum: ἅτε γυναῖκα γραῖαν. item Photius Lex. MS. Κελεὸς, οὗ αἱ θυγατέρες ὑπεδέξαντο τὴν Δήμητραν ἐν Ἐλευσῖνι. Alii aliter, ut Ovidius Fast. IV. 511. unam tantum Celei filiam commemorans.

106. Ἐρχόμεναι μεθ' ὕδωρ] Od. Υ. 154. ταὶ δὲ μεθ' ὕδωρ Ἔρχεσθε κρήνηνδε, ϗ οἴσετε θᾶσσον ἰοῦσαι. Εὐήρυτος addendum Lexicis. Κοτυλήρυτος est Il. Ψ. 34.

107. Κάλπισι χαλκείῃσι] Od. Η. 20. Παρθενικῇ εἰκυῖα νεήνιδι, κάλπιν ἐχούσῃ. Apollon. Rh. I. 1107. Τόφρα δ' Ὕλας χαλκῇ σὺν κάλπιδι νόσφιν ὁμίλου Δίζητο κρήνης ἱερὸν ῥόον. Vide Valckenarium nostrum ad Euripid. Hippol. 121. MS. κάλπησι, quam formam lex carminis repudiat, etsi Hesychius & alii Grammatici eam agnoscant.

108. Κουρήϊον ἄνθος ἔχουσαι] Il. Ν. post vs. 433. hunc versum cum aliis insertum reperit Eustathius: Ἕως ἔτ' ἥβην εἶχεν, ὄφελλε δὲ κούριον ἄνθος. Orpheus Argon. 1336. Καὶ τότε παρθενίης νοσφίζετο κούριον ἄνθος. Eodem fere sensu ὥριον ἄνθος dixit auctor Epigrammatis apud Sponium Itin. T. III. p. 149. Παρθένον ἧς ἀπέλυσε μίτρην, ἧς ὥριον ἄνθος Ἔσχεν ἐν ἡμετέρῳ δεῖ παυσάμενον θαλάμῳ.

Καλλιθόη θ', ἡ τῶν προγενεστάτη ἦεν ἁπασῶν,
Οὐδ' ἔγνων· χαλεποὶ δὲ θεοὶ θνητοῖσιν ὁρᾶσθαι.
Ἀγχοῦ δ' ἱστάμεναι ἔπεα πτερόεντα προσηύδων·
Τίς, πόθεν ἐσσὶ, γρηῦ, παλαιγενέων ἀνθρώπων;
Τίπτε δὲ νόσφι πόληος ἀπέστιχες, οὐδὲ δόμοισι
Πιλνᾷς, ἔνθα γυναῖκες ἀνὰ μέγαρα σκιόεντα
Τήλικαι, ὡς σύ περ ὧδε, καὶ ὁπλότεραι γεγάασιν,
Αἵ κέ σε φίλωνται ἠμὲν ἔπει, ἠδὲ καὶ ἔργῳ.

Ὡς

109. Κλεισιδίκη] Posterior pars hujus nominis, ubi Καλλιδίκη praecessit, vitiosa videtur.

111. Χαλεποὶ δὲ θεοὶ] Il. Υ. 131. Χαλεποὶ δὲ θεοὶ φαίνεσθαι ἐναργεῖς. Sed hic idem sensus est, qui Od. Λ. 155. χαλεπὸν δὲ τάδε ζωοῖσιν ὁρᾶσθαι. aut Od. Κ. 573. τίς ἂν θεὸν οὐκ ἐθέλοντα Ὀφθαλμοῖσιν ἴδοιτ', ἢ ἔνθ', ἢ ἔνθα κιόντα;

113. Τίς, πόθεν ἐσσὶ] Il. Φ. 150. Τίς, πόθεν εἶς ἀνδρῶν, ὅ μευ ἔτλης ἀντίος ἐλθεῖν; Mox MS. πόλιος pro πόληος, ut variatur in Cod. Apollon. Rh. III. 887.

115. Πιλνᾷς] Scribe cum Vossio, Πίλνασαι, quod magis Homericum est.

116. Τήλικαι] Sic scripsi pro τήλικας, quod MS. habet. Il. Ω. 486. Μνῆσαι πατρὸς σεῖο, θεοῖς ἐπιείκελ' Ἀχιλλεῦ, Τηλίκου, ὥσπερ ἐγὼν, ὀλοῷ ἐπὶ γήραος οὐδῷ. Sophocles Oed. Tyr. 1507. Ἀλλ' οἴκτισον σφᾶς, ὧδε τηλικάσδ' ὁρῶν. Vide Cl. Valckenarium Diatrib. in Euripid. cap. 13. p. 141.

Ibid. Ὡς σύ περ ὧδε] Il. Ω. 398. Ἀφνειὸς μὲν ὅδ' ἐστὶ, γέρων δὲ δὴ, ὡς σύ περ ὧδε.

117. Αἵ κέ σε φίλωνται] Re-

Ὡς ἔφαθ'. ἡ δ' ἐπέεσσιν ἀμείβετο πότνα θεάων·
Τέκνα φίλα, τίνες ἐστὲ γυναικῶν θηλυτεράων,
Χαίρετ'. ἐγὼ δ' ὑμῖν μυθήσομαι. οὔτι ἀεικὲς
Ὑμῖν εἰρομένῃσιν ἀληθέα μυθήσασθαι.
Δὼς ἐμοί γ' ὄνομ' ἐστί· τὸ γὰρ θέτο πότνια μήτηρ.

Νῦν

Recte Cl. Brunckius scribit: Αἴ κέ σε φιλήσαιντ', *quae te exciperent.*

118. Ὡς ἔφαθ'] Cl. Vossius, Ὡς ἔφαν. Plures enim loquebantur.

119. Τέκνα φίλα, τινὲς ἐστὶ] Placet mihi conjectura Petri Fonteinii, viri pereruditi: Τέκνα φίλ', αἵτινες ἐστὲ &c.

120. Οὔτι ἀεικὲς] Fonteinius malit: ἦτοι ἀεικές.

122. Δὼς ἐμοί γ' ὄνομ'] Od. I. 366. Οὖτις ἐμοί γ' ὄνομ' ἐστ'· Οὖτιν δέ με κικλήσκουσι Μήτηρ, ἠδὲ πατὴρ, ἠδ' ἄλλοι πάντες ἑταῖροι. Apollon. Rhod. IV. 1514. Εὐρυμέδων. καὶ γάρ τὸ κάλεσκέ μιν οὔνομα μήτηρ. At metrum claudicans, non Δὼς, sed aliud nomen, a poëta positum arguit. Lege: Δωρὶς ἐμοί γ' ὄνομ' ἐστί. Nec temere Ceres nomen, quod alioqui Deae marinae proprium est, assumsit. Etymol. M. p. 293. Δωρὶς, ὄνομα θεᾶς· διὰ τὴν γενομένην δωρεὰν τοῖς ἀνθρώποις. Et hoc alia Cereris nomina, quae *dandi* vel *donandi* significationem habent, quodam modo confirmant. Grammaticus MS. in Catalog. Bibl. Riccardianae p. 38. Κλήσεις Δήμητρος· Βότειρα, ζείδωρος, ὀνησιδώρα, βωτιάνειρα, φυσίζοος, Δηὼ, ζωοδίτειρα. ubi pro ὀνησιδώρα scribendum ἀνησιδώρα. Vide St. Berglerum ad Alciphron. I. 3. Haec mea de hoc loco sententia est, in qua non acquiescens Cl. Fonteinius, scribere malebat: Δηὼ ἐμοί γ' ὄνομ' ἐστί. ut Ceres, nondum nota Δηῶς nomine, tum primum illud, quo melius lateret, assumsisse intelligatur. Doctissimus Brunckius,

ni-

Νῦν αὖτε Κρήτηθεν ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Ἤλυθον οὐκ ἐθέλουσα. βίῃ δ' ἀέκουσαν ἀνάγκῃ
Ἄνδρες ληϊστῆρες ἀπήγαγον. οἱ μὲν ἔπειτα
Νηῒ θοῇ Θορικόνδε κατέσχεθον, ἔνθα γυναῖκες
Ἠπείρου ἐπέβησαν ἀολλέες, ἠδὲ καὶ αὐτοὶ
Δεῖπνον ἐπηρτύνοντο παρὰ πρυμνήσια νηός.
Ἀλλ' ἐμοὶ οὐ δόρποιο μελίφρονος ἤρατο θυμός.
Λάθρῃ δ' ὁρμηθεῖσα δι' ἠπείροιο μελαίνης,
Φεῦγον ὑπερφιάλους σημάντορας, ὄφρα κε μή με
Ἀπριάτην περάσαντες ἐμῆς ἀπονείατο τιμῆς.

Οὕτω

nihil offensus nomine Δὼς, emendabat: Δὼς μὲν ἐμοί γ' ὄνομ' ἐστί.

123. Νῦν αὖτε] Scribe: Νῦν δ' αὖτε.

126. Θορικόνδε] Stephan. Byz. Θορικὸς, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. — ὁ δημότης Θορίκιος, καὶ Θορικεύς. τὰ τοπικὰ, ἐκ Θορικοῦ, Θορικόνδε, Θορικοῖ. Formam Θορικεῖς restitue in Inscriptione apud Chandler. p. 70. ubi editur Θορακεῖς. Vide Harpocrat. in v. & ibi Valesium. Idem Stephanus v. Ἄστυ versum laudat ex Eratosthenis Erigona: Εἰσόκε δὴ Θορικοῦ καλὸν ἵκεν ἐς ἄστυ. Sic lege, & intellige de Baccho cum Cerere ad Thoricum appellente. Quam fabulam plenius narrat Apollodor. III. 13. p. 227.

127. Ἠπείρου ἐπέβησαν] Od. Ο. 497. Κατὰ δὲ πρυμνήσι' ἔδησαν· Ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ βαῖνον ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης, Δεῖπνόν τ' ἐντύνοντο.

132. Ἀπριάτην] Il. Α. 99.

Πρὶν

Οὔτω δεῦρ' ἱκόμην ἀλαλημένη, ὐδέ τι οἶδα,
Ἥτις δὴ γαῖ' ἐςὶ, ἠδ' οἵτινες ἐγγεγάασιν;
Ἀλλ' ὑμῖν μὲν πάντες Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
Δοῖεν κυριδίυς ἄνδρας, ἠδ' τέκνα τεκέσθαι,
Ὡς ἐθέλυσι τοκῆες· ἐμὲ δ' αὖτ' οἰκτείρατε, κῦραι,
Προφρονέως, φίλα τέκνα, τέως πρὸς δώμαθ' ἵκωμαι
Ἀνέρος ἠδὲ γυναικὸς, ἵνα σφίσιν ἐργάζωμαι
Πρόφρων, οἷα γυναικὸς ἀφήλικος ἔργα τέτυκται.
Καί κεν παῖδα νεογνὸν ἐν ἀγκοίνῃσιν ἔχυσα

Κα-

Πρὶν γ' ἀπὸ πατρὶ φίλῳ δόμεναι ἑλικώπιδα κύρην Ἀπριάτην, ἀνάποινον. Περάσαντες est *vendentes*, ut Od. Ξ. 297. Κεῖθι δέ μ' ὡς περάσῃσι, ἠδ' ἄσπετον ὦνον ἕλοιτο.

134. Οἵτινες ἐγγεγάασι] Od. Ν. 232. ὄφρ' εὖ εἰδῶ, Τίς γῆ, τίς δῆμος, τίνες ἀνέρες ἐγγεγάασιν; Η. in Apoll. 467. ὄφρ' εὖ εἰδῶ, Τίς δῆμος, τίς γαῖα, τίνες βροτοὶ ἐγγεγάασιν; MS. ἐκγεγάασιν, ut semper in verbis hujus compositionis variatur.

135. Δοῖεν κυριδίυς ἄνδρας] Od. Ζ. 180. Σοὶ δὲ θεοὶ τόσα δοῖεν, ὅσα φρεσὶ σῇσι μενοινᾷς, Ἄνδρα τε ἠδ' οἶκον.

136. Ὡς ἐθέλυσι τοκῆες] Sequor Cl. Fonteinii correctionem: Οἷ' ἐθέλυσι τοκῆες· ἐμὲ αὖτ' οἰκτείρατε, κῦραι. Vt hoc versu κῦραι & φίλα τέκνα, sic τέκος & φίλος vicina sunt Il. Ψ. 626. Ναὶ δὴ ταῦτά γε πάντα, τέκος, κατὰ μοῖραν ἔειπες. Οὐ γὰρ ἔτ' ἔμπεδα γυῖα, φίλος, πόδες.

138. Τέως] Sic scripsi pro τείως, quod est in MS.

D

Καλὰ τιθηνοίμην, καὶ δώματα τηρήσαιμι,

Καί κε λέχος στορέσαιμι μυχῷ θαλάμων εὐπήκτων

Δεσπόσυνον, καί κ' ἔργα διαθήσαιμι γυναικός.

Φῆ ῥα θεά. τὴν δ' αὐτίκ' ἀμείβετο παρθένος ἀδμής,

Καλλιδίκη, Κελεοῖο θυγατρῶν εἶδος ἀρίστη·

Μαῖα, θεῶν μὲν δῶρα, καὶ ἀχνύμενοί περ, ἀνάγκη

Τέ-

144. Δεσπόσυνον] Post hunc versum in Cod. MS. alius legitur, ex vs. 144. & 145. corruptus: Φῆ ῥα θεά. καὶ κ' ἔργα διαθήσ' αὐτίκ' ἀμεί. Quem delendum esse, librarius monuit punctis subnotatis.

Ibid. Καί κ' ἔργα διαθήσαιμι γυναικός.] Nihil certius emendatione viri eruditissimi, Jo. Henr. Vossii: Καί κ' ἔργα διδασκήσαιμι γυναῖκας. Hesiodus Ἔ. καὶ Ἡμ. 64. αὐτὰρ Ἀθήνην, Ἔργα διδασκῆσαι, πολυδαίδαλον ἱστὸν ὑφαίνειν. Od. X. 421. Πεντήκοντά τοι εἰσὶν ἐνὶ μεγάροισι γυναῖκες Δμωαί, τὰς μέν τ' ἔργα διδάξαμεν ἐργάζεσθαι, Εἴριά τε ξαίνειν, καὶ δουλοσύνης ἀνέχεσθαι.

145. Παρθένος ἀδμής] Od. Ζ. 109. Ὡς ἥγ' ἀμφιπόλοισι μετέπρεπε παρθένος ἀδμής.

147. Θεῶν μὲν δῶρα] Od. Σ. 141. Ἀλλ' ὅγε σιγῇ δῶρα θεῶν ἔχοι, ὅ, ττι διδοῖεν. Ζ. 190. Καί που σοὶ τάδ' ἔδωκε, σὲ δὲ χρὴ τετλάμεν ἔμπης. Hesiod. Ἔργ. καὶ Ἡμ. 718. Μηδέ ποτ' οὐλομένην πενίην θυμοφθόρον ἀνδρὶ Τέτλαθ' ὀνειδίζειν, μακάρων δόσιν αἰὲν ἐόντων. Theognis vs. 446. ἀλλ' ἐπιτολμᾷν Χρὴ δῶρ' ἀθανάτων, οἷα διδοῦσιν ἔχειν. Recte Veteres, tanquam Plutarchus de aud. poët. p. 32. δῶρα θεῶν in Homero interpretantur *sortem divinitus datam.* Quod Tragici imitatione sua confirmant. Aeschyl. Pers. 343. Ὅμως δ' ἀνάγκη πημονὰς βροτοὺς φέρειν, Θεῶν διδόντων. Sophocles Philoct. 1309. ἀνθρώποισι τὰς μὲν ἐκ θεῶν Τύχας δοθείσας ἔστ' ἀναγκαῖον φέρειν. Euripides in Stobaeo Grotii p. 451. τὰς δὲ δαιμόνων τύχας Ὅστις φέρει

κάλ-

Τέτλαμεν ἄνθρωποι· δὴ γὰρ πολὺ φέρτεροί εἰσι.
Ταῦτα δέ τοι σαφέως ὑποθήσομαι, ἠδ᾽ ὀνομήνω
Ἀνέρας οἷσιν ἔπεσι μέγα κράτος ἐνθάδε τιμῆς,
Δήμου τε προὔχουσιν, ἰδὲ κρήδεμνα πόληος
Εἰρύαται βουλῇσι καὶ ἰθείῃσι δίκῃσιν.

Ἡ

κάλλιστ᾽, ἀνὴρ ὅτῳ σοφός. Nec aliter hanc locutionem accipiam H. in Apoll. 190. Ὑμνεῦσίν ῥα θεῶν δῶρ᾽ ἄμβροτα, ἠδ᾽ ἀνθρώπων Τλημοσύνας. & *munera Deorum* in Horatio IV. Carm. 9. 46. *rectius occupat Nomen beati, qui Deorum Muneribus sapienter uti, Duramque callet pauperiem pati.* Δῶρα θεῶν pro *sorte* eo modo ponuntur, quo δῶρα Μουσῶν pro *carmine*, δῶρα Ἀφροδίτης pro *venustate*, & ejus generis alia, de quibus Dorvillius Crit. Vann. p. 643.

Ibid. Καὶ ἀχνύμενοί περ] MS. ἀχνύμενοι. Cl. Brunckius bene corrigit: καὶ ἀχνυμένοις περ ἀνάγκη Τετλάμεν ἀνθρώποις. Haec tamen scriptura sine ulla varietate repetitur vs. 216.

148. Δὴ γὰρ πολὺ φέρτεροί εἰσι] Simili sententia Theognis vs. 617. Οὔτι μάλ᾽ ἀνθρώποις καταθύμια πάντα τελεῖται· Πολλὸν γὰρ θνητῶν κρείσσονες ἀθάνατοι.

151. Κρήδεμνα πόληος Εἰρύαται] Il. Π. 542. Ὃς Λυκίην εἴρυτο δίκῃσί τε καὶ σθένεϊ ᾧ. Hesiodus Asp. 105. Ὃς Θήβης κρήδεμνον ἔχει, ῥύεταί τε πόληα.

Ibid. Δήμου τε προὔχουσιν] Ex οἷσιν, quod praecessit, οἳ assumendum. Od. Β. 54. Δοίη δ᾽, ᾧ κ᾽ ἐθέλοι, καί οἱ κεχαρισμένος ἔλθοι. Homeric. Hymn. IX. 4. ἣ σὺν Ἄρηϊ μέλει πολεμήϊα ἔργα, Καί τ᾽ ἐρρύσατο λαόν. ubi hujus constructionis ratio fefellit Ernestum meum, qui eandem recte ceperat H. in Mercur. 165. Ταρβαλέον, καὶ μητρὸς ὑπαιδείδοικεν ἐνιπάς. Pausan. Phocic. 14. οἷς γε οὐκ ἀρχεῖα, οὐ γυμνάσιόν ἐστιν, οὐ θέατρον, οὐκ ἀγορὰν ἔχουσιν.

Ἡ μὲν Τριπτολέμου πυκιμήδεος, ἡ δὲ Διόκλου,

Ἡ δὲ Πολυξείνου, καὶ ἀμύμονος Εὐμόλποιο,

Καὶ

153. Ἡ μὲν Τριπτολέμου] In ἡ μὲν intelligo οἰκία vel στέγη Quae frequentissima ellipsis est. Vide Marklandum ad Lysiam Or. XII. p. 559. De hac interpretatione nos haud dubitare finit similis scena Od. κ. 105. ubi Ulyssis socii, ut regionem cognoscerent, praemissi, obviam fiunt regis Antiphatae filiae, aquam ex fonte, qui extra urbem esset, petenti. Quae illis quaerentibus, quis imperium in ea regione teneret, non modo regis nomen, sed etiam regias aedes indicat: Ἡ δὲ μάλ᾽ αὐτίκα πατρὸς ἐπέφραδεν ὑψερεφὲς δῶ. Notandum est, Triptolemum ab Homero, non Celei filium dici, ut a plerisque, sed principem vel regulum Eleusinis. De eo nota omnia. At minus vulgare est, quod habet Lexicon Rhetoricum MS. Κορωνίδαι, γένος Ἀθήνησιν ἱερὸν ἀπὸ Κάνωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς Κόρωνος. Καὶ Κορωνίδαι, γένος ἱερὸν Ἀθήνησιν. ἀμφότεροι δὲ ἦσαν παῖδες Τριπτολέμου. ubi ex Harpocratione v. Κοιρωνίδαι, corrigendum: Κοιρωνίδαι, γένος Ἀθήνησιν ἱερὸν ἀπὸ Κοίρωνος, ὃς ἦν ἀδελφὸς Κρόκωνος. καὶ Κροκωνίδαι, γένος &c. Croconi Saesaram, Celei filiam, nupsisse, narrat Pausanias in Attic. 38. Quod ipsum argumento est, Triptolemum, Croconis patrem, non fuisse Celei filium.

Ibid. Διόκλου] Dioclis memoriam, praeter Homerum, unus conservavit Plutarchus Thes. p. 5. B. ἀλλὰ Θησέα φασὶν, οὐχ ὅτε τὸ πρῶτον ἐβάδιζεν εἰς Ἀθήνας, ἀλλ᾽ ὕστερον, Ἐλευσῖνά τε λαβεῖν Μεγαρέων ἐχόντων, παρακρουσάμενος Διοκλέα τὸν ἄρχοντα. Qui hic Διόκλος, infra Διοκλῆς dicitur. Nec tamen Διόκλος mutem. Nam certissimum est, quicquid Munckerus ad Antonin. Lib. 34. contra disputet, veteres promiscue dixisse Ἴφικλος, Ἰφικλῆς, Πάτροκλος, Πατροκλῆς, Δήμοκλος, Δημοκλῆς, Ἐτέοκλος, Ἐτεοκλῆς, &c. Vide Eustath. ad Il. A. p. 112. & Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Mort. XI. p. 377. Pro ἡ δὲ MS. ἠδὲ habet.

154. Καὶ ἀμύμονος Εὐμόλποιο

ποιο

Καὶ Δολιχοῦ, καὶ πατρὸς ἀγήνορος ἡμετέροιο.
Τῶν πάντων ἄλοχοι κατὰ δώματα πορσαίνουσι.
Τάων οὐκ ἄν τίς σε κατὰ πρώτιστον ὀπωπὴν
Εἶδος ἀτιμήσασα, δόμων ἀπονοσφίσειεν,
Ἀλλά σε δέξονται· δὴ γὰρ θεοείκελός ἐσσι.
Εἰ δὲ θέλεις, ἐπίμεινον, ἵνα πρὸς δώματα πατρὸς
Ἔλθωμεν, καὶ μητρὶ βαθυζώνῳ Μετανείρῃ

ΕΙ-

ποιο] Hunc locum laudat Pausanias, de Eumolpo agens, in Attic. 38. Ὁμήρῳ δὲ ἐς μὲν τὸ γένος ἐστὶν αὐτοῦ πεποιημένον οὐδέν· ἐπονομάζει δὲ ἀγήνορα ἐν τοῖς ἔπεσι τὸν Εὔμολπον. Ex quo apparet, Pausaniam in Hymni exemplo, quo utebatur, duorum epithetorum sede permutata, scriptum reperisse: Ἠδὲ Πολυξείνου, καὶ ἀγήνορος Εὐμόλποιο, Καὶ Δολιχοῦ, καὶ πατρὸς ἀμύμονος ἡμετέροιο. Quod nec mihi displicet, praesertim cum epitheton ἀμύμων patri etiam tribuatur Od. Η. 29. ἐπεί μοι πατρὸς ἀμύμονος ἐγγύθι ναίει. De Eumolpo videndi Interpretes ad Ovidii Met. XI. 93. Polyxeni & Dolichi nulla, quod sciam, apud alios mentio reperitur.

156. Πορσαίνουσι] Hoc loco firmatur lectio Homeri Il. Γ. 411. Κείνου πορσανέουσα λέχος: ubi in aliis libris est πορσυνέουσα. Vide Schol. & Eustath. Κατὰ cum verbo jungendum, ut sit δώματα καταπορσαίνουσιν, *domos curant*. MS. πορσαίνουσιν.

158. Ἀπονοσφίσειεν] Sic veteres scribebant, sed ἀπονοσφίσσειεν pronunciabant. Vide ad vs. 339.

160. Ἵνα πρὸς δώματα πατρὸς] Ἵνα, *ut*, vix aptum huic loco. Scribe igitur cum Brunckio: ἕως πρὸς δώματα πατρὸς, ut vs. 138.

161. Μετανείρῃ] De *Metanira*,

Εἴπωμεν τάδε πάντα διαμπερὲς, αἴ κέ σ' ἀνώγει
Ἡμέτερόνδ' ἰέναι, μηδ' ἄλλων δώματ' ἐρευνᾶν.
Τηλύγετος δέ οἱ υἱὸς ἐνὶ μεγάρῳ εὐπήκτῳ
Ὀψίγονος τρέφεται, πολυεύχετος, ἀσπάσιός τε.
Εἰ τόν γ' ἐκθρέψαιο, καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο,
Ῥεῖά κε τίς σε ἰδοῦσα γυναικῶν θηλυτεράων

Ζη-

nira, cujus nomen per librariorum errorem saepe abiit in *Meganira*, vide Meursium Athen. Att. III. 1. &, qui Meursiana repetiit, N. Heinsium ad Ovid. Fast. IV. 539. Quae ab omnibus constanter Μετάνειρα, in Marmore chronico Oxon. p. 22. Νεαίρα vocatur, forte marmorarii culpa. Eandem non Celei, sed Hippothoontis, uxorem dicit Schol. Nicandri Alexiph. 130. &, qui hunc compilavit, Schol. Eurip. Orest. 964. Sed Nicandri Scholiastes in aliis quoque variat, ut ad Theriac. 486. ἡ Δημήτηρ Κελεὸν λαβοῦσα, ἀνέτρεφεν ὡς υἱόν. nisi corrigere malis: ἡ Δημήτηρ Τριπτόλεμον Κελεοῦ λαβοῦσα. Certius est, apud eundem ex Antonino Liber. cap. 24. legendum esse: τῆς δὲ θυσίας γενομένης ἐπ' αὐτῇ, παρὼν Ἀσκάλαβος ὁ υἱὸς Μετανείρας. Vulgo pro Ἀσκάλαβος legitur Ἄβας, vitio facile nato ex scripturae compendio.

162. Αἴ κέ σ' ἀνώγει] Brunckius legit ἀνώγοι, quem vide ad Apoll. Rh. I. 623. Fonteinius ἀνώγῃ, ut Il. Δ. 353. καὶ αἴ κεν τοι τὰ μεμήλῃ.

166. Ἥβης μέτρον ἵκοιτο] Od. Σ. 216. Νῦν δ', ὅτι δὴ μέγας ἐσσὶ, καὶ ἥβης μέτρον ἱκάνεις. Vide Graevium ad Hesiodum Ἔργ. καὶ Ἡμ. 132.

167. Ῥεῖά κε τίς σε] Cl. Brunckius & hic, & vs. 222. scribere malit: Ῥεῖά σε τίς κεν ἰδοῦσα.

Ζηλῶσαι· τόσα κέν τοι ἀπὸ θρεπτήρια δοίη.
Ὣς ἔφαθ'. ἡ δ' ἐπένευσε καρήατι. ταὶ δὲ φαεινὰ
Πλησάμεναι ὕδατος φέρον ἄγγεα κυδιάουσαι.
Ῥίμφα δὲ πατρὸς ἵκοντο μέγαν δόμον, ὦκα δὲ μητρὶ
Ἔννεπον, ὡς εἶδόν τε καὶ ἔκλυον. ἡ δὲ μάλ' ὦκα
Ἐλθούσας ἐκέλευε καλεῖν ἐπ' ἀπείρονι μισθῷ.
Αἱ δ', ὥς' ἢ ἔλαφοι, ἢ πόρτιες ἤαρος ὥρῃ

Ἄλ-

163. Ἀπὸ θρεπτήρια δοίη] In Cod. MS. & hic, & infra vs. 223. ubi idem versus repetitur: τόσα κέν τοι ἀποθρεπτήρια δοίη. Perperam. Il. Δ. 478. οὐδὲ τοκεῦσι θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε. Hesiodus Ἔργ. καὶ Ἡμ. 188. οὐδὲ μὲν οἵγε γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοῖεν. Oppian. Ἁλιευτ. V. 85. Φροντίσι γηροκόμοισιν ἀπὸ θρεπτήρια τίνων. Vide Cl. Valckenarium ad Euripid. Phoeniss. 45.

170. Κυδιάουσαι] Praeferam formam Ionicam, κυδιόωσαι. Quanquam altera forma aliis etiam locis, quae Cl. Ernestus ad Homer. Hymn. V. 41. collegit, reperitur.

172. Ὡς εἶδόν τε] Scribe, ὅσσ' εἶδόν τε. Frequens error.

174. Αἱ δ', ὥς' ἢ ἔλαφοι,] Brunckius, vir Graece doctus in paucis, ad Apoll. Rh. I. 540. recte scribit: Αἱ δ', ὥς' ἢ ἔλαφοι &c. quod recepi pro Codicis scriptura, ὥς τοι ἐλ. Il. Ο. 270. Οἱ δ' ὥς' ἢ ἔλαφον κεραὸν, ἢ ἄγριον αἶγα &c. Comparandus similis locus Od. Κ. 410. Ὡς δ' ὅταν ἄγραυλοι πόρτιες περὶ βοῦς ἀγελαίας Ἐλθούσας ἐς κόπρον, ἐπὴν βοτάνης κορέσωνται, Πᾶσαι ἅμα σκαίρουσιν ἐναντίαι. Dionysius Perieg. 843. Σὺν καὶ παρθενικαὶ, νεοθηλέες οἷά τε νεβροὶ, Σκαίρουσι.

Ibid. Ἤαρος] Scrib. εἴαρος, quamvis ea scriptura bis occurrat apud Hesych. v. Ἦαρ, & v. Ἠεροπότης.

Ἄλλοντ' ἂν λειμῶνα, κορεσσάμεναι φρένα φορβῇ,
Ὣς αἳ ἐπισχόμεναι ἑανῶν πτύχας ἱμεροέντων,
Ἤϊξαν κοίλην κατ' ἀμαξιτόν· ἀμφὶ δὲ χαῖται
Ὤμοις ἀΐσσοντο κροκηΐῳ ἄνθει ὁμοῖαι.
Τέτμον δ' ἐγγὺς ὁδοῦ κυδρὴν θεὰν, ἔνθα πάρος περ
Κάλλιπον· αὐτὰρ ἔπειτα φίλα πρὸς δώματα πατρὸς
Ἡγεῦνθ'. ἡ δ' ἄρ' ὄπισθε, φίλον τετιημένη ἦτορ,
Στεῖχε κατακρῆθεν κεκαλυμμένη· ἀμφὶ δὲ πέπλος
Κυάνεος ῥαδινοῖσι θεῆς ἐλελίζετο ποσσίν.

Αἶψα

176. Ὣς αἳ ἐπισχόμεναι] Apollon. Rhod. III. 875. αἳ δὲ χιτῶνας λεπταλέους λευκῆς ἐπιγουνίδος ἄχρις ἄειρον. ubi hoc loco usus est Brunckius. De Catulliana horum versuum imitatione vide Praefat.

Ibid. Ἑανῶν] Sic sine adspiratione scribitur in MS. Vide supra ad vs. 88.

177. Ἀμφὶ δὲ χαῖται] Il. Ζ. 509. ἀμφὶ δὲ χαῖται Ὤμοις ἀΐσσονται. Mox κροκηΐῳ ἄνθει, ut Ovid. Art. I. 530. *croceas irreligata comas.*

182. Κατακρῆθεν κεκαλυμμένη] Od. Θ. 92. Ἂψ Ὀδυσσεὺς κατὰ κρᾶτα καλυψάμενος γοάασκεν. Vox κατακρῆθεν divisim scribitur apud Hesiod. Theog. 574. & Hesych. conjuncte Il. Π. 548. Od. Λ. 587. & apud Etymol. M. quod praeferendum. Cod. MS. male κατ' ἀκρῆθεν.

183. Θεῆς ἐλελίζετο ποσσίν.] Q. Calaber XII. 529. τῆς δ' ὑπὸ δείρη, Ἐξ ἀνέμων ἅτε πρέμνον, ἄδην ἐλελίζετο πάντη.

Αἶψα δὲ δώμαθ' ἵκοντο διοτρεφέος Κελεοῖο,
Βὰν δὲ δι' αἰθούσης, ἔνθα σφίσι πότνια μήτηρ
Ἧστο παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῖο,
Παῖδ' ὑπὸ κόλπῳ ἔχουσα, νέον θάλος. αἱ δὲ παρ' αὐτὴν
Ἔδραμον. ἡ δ' ἄρ' ἐπ' οὐδὸν ἔβη ποσί· καί ῥα μελάθρου
Κῦρε κάρη· πλῆσε δὲ θύρας σέλαος θείοιο.
Τὴν δ' αἰδώς τε, σέβας τε, ἰδὲ χλωρὸν δέος εἷλεν.

Εἶξε

186. Ἧστο παρὰ σταθμὸν] Od. Δ. 333. Στῆ ῥα παρὰ σταθμὸν τέγεος πύκα ποιητοῖο.

188. Μελάθρου Κῦρε κάρη] Nobilem illam Eridis mensuram, quae est Il. Δ. 443. Οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη, καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει. non modo Poëta noster, sed etiam Callimachus transtulit ad Cereris magnitudinem declarandam, H. in Cer. 59. γείνατο δ' αὖ θεῦς· Ἴθματα μὲν χέρσῳ, κεφαλὰ δέ οἱ ἅψατ' Ὀλύμπω. Ex hoc autem loco emendandus est Homericus Hymnus in Vener. 173. Ἑσταμένη δ' εὖ πάντα περὶ χροῒ δῖα θεάων, Ἔστη πὰρ κλισίῃ εὐποιήτοιο μελάθρου. Ἧρε κάρη. Lege & distingue: Ἑσταμένη δ' εὖ πάντα περὶ χροῒ δῖα θεάων, Ἔστη πὰρ κλισίῃ· εὐποιήτου δὲ μελάθρου Κῦρε κάρη. In hac correctione quod praecipuum est κῦρε, suppeditavit Codex Moscov. eximiae bonitatis. Brunckius, V. C. ad Apoll. Rh. IV. 219. versum concinniorem futurum putat, si scribatur: Ἔστη πὰρ κλισίῃ· ἀτὰρ εὐτύκτοιο μελάθρου Κῦρε κάρη. Sed haec conjectura a vulgatis literis nimis recedit, nec necessaria videtur. Μελάθρου κῦρε κάρη explica, *caput trabes tecti tetigit*. Verbum κύρειν vel κυρεῖν praeclare illustravit Valckenarius noster ad Euripid. Hippol. 744.

190. Πλῆσε δὲ θύρας σέλαος] Od. Τ. 38. in simili ἐπιφανείᾳ Minervae: Εἰλάτιναί

Εἷζε δέ οἱ κλισμοῖο, καὶ ἑδριάασθαι ἄνωγεν.
Ἀλλ' οὐ Δημήτηρ ὡρηφόρος, ἀγλαόδωρος,
Ἤθελεν ἑδριάασθαι ἐπὶ κλισμοῖο φαεινοῦ,
Ἀλλ' ἀκέουσα ἔμιμνε, κατ' ὄμματα καλὰ βαλοῦσα·
Πρίν γ' ὅτε δή οἱ ἔθηκεν Ἰάμβη κέδν' εἰδυῖα

Πηκ-

καί τε δοκοὶ, καὶ κίονες ὑψόσ' ἔχοντες, Φαίνοιντ' ὀφθαλμοῖς, ὡσεὶ πυρὸς αἰθομένοιο. Ἦ μάλα τις θεὸς ἔνδον. Saepe Deorum praesentia lumine cognoscebatur. Vide, ne in re notá sim longior, inf. vs. 281. Ovid. Fast. VI. 251. & Jo. Pricaeum ad A. A. XII. 7.

191. Εἷζε δέ οἱ κλισμοῖο] Od. II. 42. Τῷ δ' ἕδρης ἐπιέντι πατὴρ ὑπόειξεν Ὀδυσσεύς. Theognis vs. 931. ὁμῶς ἴσοι, οἵ τε κατ' αὐτὸν Εἴκουσιν χώρης, οἵ τε παλαιότεροι. Phocylides vs. 207. Αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφους, εἴκειν δὲ γέρουσιν Ἕδρης.

194. Κατ' ὄμματα καλὰ βαλοῦσα] Idem hemistichium est H. in Vener. 157. quod venuste expressit Virgil. Aen. XI. 480. *oculos dejecta decoros*. Apollon. Rhod. III. 1062. σῖγα ποδῶν πάρος ὄσσε βαλοῦσα. Achilles Tat. VI. p. 371. ἀνανεύσασα μικρὸν, αὖθις τοὺς ὀφθαλμοὺς κατέβαλεν.

195. Ἰάμβη] Hunc locum laudat Scholiastes ad Nicandri Alexiph. 130. Μετάνειρα παρέθηκεν αὐτῇ τράπεζαν, καὶ ἐκέρασεν αὐτῇ οἶνον ἐπὶ τῇ θλίψει. ἡ δὲ θεὸς οὐκ ἐδέξατο, λέγουσα, μὴ θεμιτὸν εἶναι πιεῖν αὐτῇ οἶνον, ἐπὶ τῇ θλίψει τῆς θυγατρός· ἄλφιτον δὲ αὐτὴν κυκεῶνα ἐκέλευσε κατασκευάσαι· ὃν δεξαμένη ἔπιεν. Ἰάμβη δέ τις δούλη τῆς Μετανείρας, ἀθυμοῦσαν τὴν θεὸν ὁρῶσα, γελοιώδεις λόγους καὶ σκώμματά τινα πρὸς τὸ γελάσαι τὴν θεὸν ἔλεγεν. — ὅτι δὲ διὰ γλήχωνος ἔπιεν ἡ Δημήτηρ τὸν κυκεῶνα, καὶ διὰ τὴν χλεύην Ἰάμβης ἐγέλασεν ἡ θεὰ, ἐν τοῖς εἰς Ὅμηρον ἀναφερομένοις ὕμνοις λέγεται. Ita Scholion correxi ex Scholiaste ad Euripid. Orest. 965. qui Nicandri interpretem descripsit.

Πηκτὸν ἕδος, καθύπερθε δ' ἐπ' ἀργύφεον βάλε κῶας.
Ἔνθα καθεζομένη προκατέσχετο χερσὶ καλύπτρην,
Δηρὸν δ' ἄφθογγος τετιημένη ἧστ' ἐπὶ δίφρου,
Οὐδέ τιν' οὔτ' ἔπεϊ προσπτύσσετο, οὔτε τι ἔργῳ,
Ἀλλ' ἀγέλαστος, ἄπαστος ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος,

Ἧστο,

sit. De Jambe, vide quos laudat Kusterus ad Suid. v. Ἰάμβη.

Ibid. Κέδν' εἰδυῖα] Od. Α. 428. Τῷ δ' ἄρ' ἅμ' αἰθομένας δαΐδας φέρε κέδν' εἰδυῖα Εὐρύκλεια.

196. Βάλε κῶας] Sic correxi, quod in Cod. MS. legebatur, κῶα. Od. Τ. 100. ἡ δὲ μάλ' ὀτραλέως κατέθηκε φέρουσα δίφρον ἔυξεστον, καὶ ἐπ' αὐτῷ κῶας ἔβαλλεν.

197. Προκατέσχετο χερσὶ καλύπτρην] Od. Π. 416. Ἄντα παρειάων σχομένη λιπαρὰ κρήδεμνα.

199. Οὔτ' ἔπεϊ προσπτύσσετο] Pro eo supra vs. 117. dixit: Αἵ κέ σε φιλήσωντ' ἠμὲν ἔπει, ἠδὲ καὶ ἔργῳ. Προσπτύσσεσθαι elegans est & Homericum. Od. Β. 77. Τόφρα γὰρ ἂν κατὰ ἄστυ ποτιπτυσσοίμεθα μύθῳ. quo pertinet glossa Hesychii: Προτιπτυσσοίμεθα. ἀσπαζοίμεθα, παρακαλοῖμεν.

200. Ἀγέλαστος] Lexicon Sangermanense MS. Ἀγέλαστος, ὁ μὴ πρὸς γέλωτα ἐπιτήδειος, καὶ ὁ σκυθρωπός. ἔστι δὲ καὶ πέτρα Ἀθήνησιν οὕτως λεγομένη. Αἰσχύλος δὲ φησὶ καὶ φρὴν ἀγέλαστος. οὔκουν οὐκ ἐκώλυσε λέγειν καὶ νοῦς ἀγέλαστος, καὶ διάνοια ἀγέλαστος, καὶ τὰ ὅμοια. Idem: Ἀγέλαστα πρόσωπα, Αἰσχύλος. scil. Agam. vs. 803. & alio loco: Ἄδουλος βίος ἐρεῖς, τουτέστιν, ὁ μὴ δοῦλον ἔχων. ἐρεῖς δὲ καὶ ἀδιάλεκτος βίος, καὶ ἀγέλαστος βίος, καὶ ἄγαμος βίος. Φρύνιχος ἐν Μονοτρόπῳ· Ὄνομα δέ μοὔστι Μονότροπος. Ζῶ δὲ Τίμωνος βίον, ἄγαμον, ἄζυγον, ὀξύθυμον, ἀπρόσοδον, ἀγέλαστον, ἀδιάλεκτον, ἰδιογνώμονα. Quae omnia sumta sunt ex Phrynichi Apparatu Sophistico in-

Ἧστο, πόθῳ μινύθουσα βαθυζώνοιο θυγατρός·
Πρίν γ᾽ ὅτε δὴ χλεύης μιν Ἰάμβη κέδν᾽ εἰδυῖα
Πολλὰ παρασκώπτουσα τρέψατο πότνιαν, ἁγνὴν,
Μειδῆσαι, γελάσαι τε, καὶ ἵλαον σχεῖν θυμόν.
Ἥδη οἱ καὶ ἔπειτα μεθύστερον ἕαδεν ὀργαῖς.

Τῇ

integriore, quam nunc superest. A personis vox transiit ad res tristes & acerbas. Od. Θ. 307. Δεῦθ᾽, ἵνα ἔργ᾽ ἀγέλαστα καὶ οὐκ ἐπιεικτὰ ἴδησθε. Aeschylus, qui hac voce delectatus videtur, Choëph. 28. ἀγελάστοις ξυμφοραῖς.

Ibid. Ἄπαστος ἐδητύος] Od. Δ. 788. Κεῖτ᾽ ἄρ᾽ ἄσιτος, ἄπαστος ἐδητύος ἠδὲ ποτῆτος. Il. Τ. 320. Ἄκμηνον πόσιος καὶ ἐδητύος. Attici dicunt ἄγευστος τροφῆς. Phrynichus Παρασκ. Σοφ. MS. Ἄγευστος θοίνης, καὶ τροφῆς, καὶ τῶν ὁμοίων, κατὰ γενικήν. item ἀναρίστητος καὶ οὐδὲν βεβρωκώς. Lexicon Sang. MS. Ἀλλὰ γὰρ, ἀντὶ τοῦ δέ. Εὔπολις Βάπταις· ἀναρίστητος ὢν καὶ οὐδὲν βεβρωκὼς, ἀλλὰ γὰρ στέφανον ἔχων.

201. Πόθῳ μινύθουσα] Apollon. Rhod. I. 286. Σῷ πόθῳ μινύθουσα δυσάμμορος. Vide J. F. Gronovium ad Liv. XXI. 52.

203. Παρασκώπτουσα τρέψατο] Cl. Vossius metri caussa legit: παρασκώπτουσ᾽ ἐτρέψατο.

204. Μειδῆσαι γελάσαι τε] Plus est γελάσαι, quam μειδῆσαι. Est igitur in his gradatio quaedam. Aelianus V. H. VIII. 13. Ἀναξαγόραν φασὶ μὴ γελῶντά ποτε ὀφθῆναι,. μήτε μειδιῶντα τὴν ἀρχήν.

Ibid. Καὶ ἵλαον σχεῖν θυμόν.] Huic manifestae corruptelae, non habeo, quomodo medear.

205. Ἥδη οἱ καὶ ἔπειτα] Lege: Ἡ δή οἱ καὶ ἔπειτα μεθύστερον εὔαδεν ὀργαῖς. *Jambe etiam in posterum ei placuit moribus suis, sive, Ceres etiam in posterum delectata est Jambes*

Τῇ δὲ δέπας Μετάνειρα δίδου μελιηδέος οἴνου
Πλήσασ'. ἡ δ' ἀνένευσ'. οὐ γὰρ θεμιτόν τοι, ἔφασκε,
Πίνειν οἶνον ἐρυθρόν· ἄνωγε δ' ἄρ' ἄλφι καὶ ὕδωρ
Δοῦναι μίξασαν πιέμεν γλήχωνι τερείνῃ.
Ἡ δὲ κυκεῶ τεύξασα θεᾷ πόρεν, ὡς ἐκέλευε.

Δεξα-

bes dicacitate. Od. Φ. 24. Αἲ δή οἱ καὶ ἔπειτα φόνος καὶ μοῖρα γένοιτο. Ὀργαὶ sunt *mores, ingenium;* quam vocis vim multi illuſtrarunt. Alcman in Scholio Hippocrat. apud Foëſ. Oecon. v. Ὀργῶν· Ἐν μὲν ἀνθρώπῳ ὀργαὶ βεβριμέναι μυρίαι. ubi lege, ὀργαὶ διακεκριμέναι, e Zenobio III. 25. & Heſychio v. Δίχολοι, qui Bacchylidi verſum tribuunt. Vide quae diximus ad Xenophont. Ἀπομν. II. 6.

207. Θεμιτόν τοι, ἔφασκε,] Scrib. θεμιτὸν γ' οἱ, ἔφασκε. ut legit Schol. Nicandri l. c.

208. Ἄλφι καὶ ὕδωρ] Ἄλφι pro ἄλφιτα. Cujus amputationis auctorem Antimachum laudat Strabo VIII. p. 560. Epicharmum Suidas in v. Antimachi locus eſt ap. Etym. M. p. 18. l. 39. ἐν δ' ἀδόμοισι χέεν εὐάλφιτον ἄλφι. Quomodo hos verſus ſoluta oratione expreſſerit Scholiaſtes Nicandri l. c. vide ſupra ad vſ. 195. Ἀλφίτων κυκεῶνα cum pulegio etiam alii in hac fabula commemorant. Nicander l. c. Τῷδε σὺ πολλάκι μὲν γληχὼ ποταμηΐσι νύμφαις, Ἐμβλάδην κυκεῶνα πόροις ἐν κύμβεσι τεύξας, Νηστείρας Δηοῦς μορόεν ποτόν. Ex ejusdem Ἑτεροιουμένοις haec narrat Antonin. Liberal. cap. 29. Καὶ δίδωσι ποτὸν ὕδωρ, ἐμβαλοῦσα γλήχωνα καὶ ἄλφιτα εἰς αὐτό. Ovid. Metam. V. 450. *Dulce dedit, teſta quod coxerat ante polenta.*

209. Τερείνῃ.] MS. τερείνη. Hipponax apud Hephaeſt. p. 16. Εἴ μοι γένοιτο παρθένος καλή τε καὶ τέρεινα. Apollon. Rhod. I. 1143. Αὐτομάτη φύε γαῖα τερείνης ἄνθεα ποίης. III. 898. τάδε καλὰ τερείνης ἄνθεα ποίης. Quibus Apollonii locis uſus eſt Etymologus M. p. 752. l. 31.

Δεξαμένη δ' ὁσίης ἕνεκεν πολυπότνια Δηώ.
Τῇσι δὲ μύθων ἦρχεν ἐΰζωνος Μετάνειρα·
Χαῖρε, γύναι, ἐπεὶ ὄ σε κακῶν ἄπ' ἔολπα τοκήων
Ἔμμεναι, ἀλλ' ἀγαθῶν· ἐπεί τοι πρέπει ὄμμασιν αἰδὼς
Καὶ χάρις, ὥσεί πέρ τε θεμιστοπόλων βασιλήων.
Ἀλλὰ θεῶν μὲν δῶρα, καὶ ἀχνύμενοί περ, ἀνάγκη
Τετλαμεν ἄνθρωποι· ἐπὶ γὰρ ζυγὸς αὐχένι κεῖται.

Νῦν

211. Δεξαμένη δ' ὁσίης ἕνεκεν] Ingeniose Cl. Vossius legit: Δεξαμένη δ' ὁσίης ἐπέβη. ut sensus sit: *Ceres, potionem accipiens, sacri honoris compos est facta*, vel *sacro honore frui coepit*. H. in Mercur. 173. ἀμφὶ δὲ τιμῆς Κἀγὼ τῆς ὁσίης ἐπιβήσομαι, ἧσπερ Ἀπόλλων. Hesiod. Theog. 396. Τιμῆς καὶ γεράων ἐπιβησέμεν ἣ θέμις ἐστί. Librario, ἐπέβη in ἕνεκεν mutanti, notior erat formula ὁσίας ἕνεκα, *dicis caussa*, quam rara significatio verbi ἐπιβῆναι. Poëta forte respicit ad ritum sacrum, quem initiati in Eleusiniis celebrabant, primum, Cereris exemplo, jejunantes, deinde cinnum sumentes. Clemens Alex. Protr. p. 18. Κἄστι τὸ σύνθημα Ἐλευσινίων μυστηρίων· ἐνήστευσα. ἔπιον τὸν κυκεῶνα. quae sic vertit Arnob. V. p. 175. *Eleusiniorum vestrorum notas producunt: Jejunavi, atque ebibi cyceonem.* Vide Jo. Meursium Eleus. cap. 10.

213. Οὔ σε κακῶν ἄπ'] Il. Ξ. 472. οὐ μέν μοι κακὸς εἴδεται, οὐδὲ κακῶν ἐξ. Poëtam nostrum imitatur Auctor Carminis inter Theocritea XXV. 38. ἐπεὶ οὔ σέ γε φημὶ κακῶν ἐξ Ἔμμεναι, οὐδὲ κακοῖσιν ἐοικότα φύμεναι αὐτὸν, Οἷόν τοι μέγα εἶδος ἐπιπρέπει. ex quo, metro etiam postulante, scribendum, ἐπεί τοι πρέπει.

217. Ἐπὶ γὰρ ζυγὸς] Orpheus H. in Nemesin: Ἣν πάντες δεδίασι βροτοὶ ζυγὸν αὐχέ-

Νῦν δ', ἐπεὶ ἵκεο δεῦρο, παρέσσεται, ὅσσα τ' ἐμοί περ.
Παῖδα δέ μοι τρέφε τόνδε, τὸν ὀψίγονον καὶ ἄελπτον
Ὤπασαν ἀθάνατοι· πολυάρητος δέ μοί ἐστιν.
Εἰ τόν γε θρέψαιο, καὶ ἥβης μέτρον ἵκοιτο,
Ἦ ῥά κε τίς σε ἰδοῦσα γυναικῶν θηλυτεράων
Ζηλώσαι· τόσα κέν τοι ἀπὸ θρεπτήρια δοίην.
Τὴν δ' αὖτε προσέειπεν ἐϋστέφανος Δημήτηρ·
Καὶ σὺ, γύναι, μάλα χαῖρε, θεοὶ δέ τοι ἐσθλὰ πόροιεν.
Παῖδα δέ τοι πρόφρων ὑποδέξομαι, ὥς με κελεύεις,

Θρέ-

χθονὶ θεῖτε. Moschio in Stobaeo Grot. p. 127. Πᾶν τλᾶμ' ἀνάγκης συγγὸν, ἢ κατ' αὐχένων Ἡλῶν ἱρείδεις τῆσδε λατρείας ζυγόν.

220. Πολυάρητος δέ μοι ἐστίν.] Non dubitavi hanc lectionem reponere pro corrupta Codicis MS. πολυήρατος δέ μοι ἐστίν. Od. Τ. 404. Αὐτόλυκ', αὐτὸς νῦν ὄνομ' εὕρεο, ὅττι κε θείης Παιδὸς παιδὶ φίλῳ· πολυάρητος δέ τοι ἐστί. Idem est πολυεύχετος supra vs. 165. Vide magnum Hemsterhusium ad Hesych. v. Ἀπόθετος. Πολυάρητος autem & πολυήρατος non solum librarii confuderunt, sed ipse etiam Hesychius v. Πολυήρατος.

221. Εἰ τόν γε θρέψαιο] Supra vs. 166. Εἰ τόν γ' ἐκθρέψαιο.

226. Ὥς με κελεύεις] H in Vener. 284. Τῷδε σὺ μυθεῖσθαι μεμνημένος, ὥς σε κελεύω.

227. Θρέψω. κοὔ μιν] Vossius scribere malit: Θρέψω τ'. οὔ μιν. Certe κοὔ pro καὶ οὐ nusquam reperitur apud Homerum.

Θρέψω. κȣ̉ μιν, ἔολπα, κακοφραδίῃσι τιθήνης,
Οὔτ᾽ ἄρ᾽ ἐπηλυσίη δηλήσεται, ȣ̉̈θ᾽ ὑποταμνόν.
Οἶδα γὰρ ἀντίτομον μέγα φέρτερον ὑλοτόμοιο,
Οἶδα δ᾽ ἐπηλυσίης πολυπήμονος ἐσθλὸν ἐρυσμόν.

Ὡς

Ibid. Κακοφραδίῃσι τιθήνης] Nimirum peritae nutricis erat, infantum collo alligare amuleta veneficiorum, incantationis, invidiae. Orpheus de Lapid. 34. p. 310. Ἀμφὶ δ᾽ ἄρ᾽ αὐχένι παιδὸς ἀειρτάζουσα τιθήνη Λᾶαε, ἐρυτόρ᾽ κακομήτιος ὄσσε Μεγαίρης.

228. Ἐπηλυσίη δηλήσεται] Codex MS. ἐπηλυσίῃσι δηλήσεται. quod, metro & constructione postulante, correxi. Vox ἐπηλυσίη etiam reperitur H. in Mercur. 37. de quo loco mox dicemus. Bene & ad hunc locum accommodate Hesychius: Ἐπηλυσία. ἐπῳδὴ φαρμακῶν. Eandem fere vim habent vocabula ἐπαγωγὴ & ἐπιπομπὴ, de quibus disputavimus ad Timaei Lex. Platon. p. 84.

Ibid. Οὐθ᾽ ὑποταμνόν] Ab hoc ulcere manum abstineo.

229. Οἶδα γὰρ. ἀντίτομον] Frequens est loquendi forma, τέμνειν φάρμακον, pro *medicamentum parare*. Plato de Legg. VIII. p. 645. G. καὶ τί τεμὼν φάρμακον τούτοις ἑκάστοις, τȣ̃ τοιȣ́τȣ κινδύνȣ διαφυγὴν εὑρήσει; Vide Salmasium Plin. Exerc. p. 96. Hinc ἄκος τομαῖον pro *remedio* apud Aeschyl. Choëphor. 537. & ἀντίτομοι eadem potestate. Hesychius: Ἀντίτομον. φάρμακον ἀντιπαθὲς, ὅπερ ὁ πιὼν ȣ̉ βλάπτεται ὑπό τινος. ἀλεξιφάρμακον. ubi vide Interpretem. Eandem vocem Polluci V. 132. praeter alios, vindicavit Adr. Heringa Observ. 3. p. 27. Sed nemo melius explicuit, quam Stanlejus ad Aeschyl. Agam. 17.

230. Οἶδα δ᾽ ἐπηλυσίης] Hunc versum ubi primum vidi, nullo negotio similem & verbis & sententia restitui, Hymn. in Mercur. 37. Ἦ γὰρ ἐπηλυσίης πολυπήμονος ἔσσεαι αἴχμα. sive, ut in Cod. Mos-

Ὣς ἄρα φωνήσασα, θυώδεϊ δέξατο κόλπῳ,
Χερσίν τ' ἀθανάτῃσι. γεγήθει δὲ φρένα μήτηρ.
Ὣς ἡ μὲν Κελεοῖο δαΐφρονος ἀγλαὸν υἱὸν,
Δημοφόωνθ', ὃν ἔτικτεν ἐΰζωνος Μετάνειρα,
Ἔτρεφεν ἐν μεγάροις. ὁ δ' ἀέξετο δαίμονι ἶσος,
Οὔτ' οὖν σῖτον ἔδων, οὐ θησάμενος. Δημήτηρ

Χρίεσκ'

Moscov. αἶχμα. Repone: Ἡ γὰρ ἐπηλυσίης πολυπήμονος ἔσσεαι ἔχμα. Ἔχμα idem est, quod ἐρυσμός. Sic Apollon. Rhod. IV. 201. scuta vocat δηΐων θοοῖς ἔχμα βολάων. ubi vide Scholiast. Quo autem errore librarius αἶχμα pro ἔχμα, eodem Hesychius scripsit: Αἴχματα. κωλύματα. ut viri docti viderunt. Ἐρυσμὸς, forma tantum discrepans ab ἔρυμα, in Lexicis desideratur.

231. Θυώδεϊ δέξατο κόλπῳ] Il. Z. 483. ἡ δ' ἄρα μιν κηώδεϊ δέξατο κόλπῳ.

234. Δημοφόωνθ'] Δημοφῶν Celei filius etiam dicitur ab Apollodoro I. 5. p. 14. in libris scriptis, quos Th. Galeus vidit. Vulgati male habent Δημοφῶν. Ovidius & alii idem de Triptolemo narrant. MS. Δημοφόονθ'.

236. Δημήτηρ Χρίεσκ' ἀμβροσίῃ] Hunc locum imitando suum fecit Apollonius Rhod. IV. 869. idem de Thetide & Achille narrans, quod Homerus de Cerere & Demophonte: Ἡ μὲν γὰρ βροτέας αἰεὶ περὶ σάρκας ἔδαιεν Νύκτα διὰ μέσσην φλογμῷ πυρός· ἤματα δ' αὖτε Ἀμβροσίῃ χρίεσκε τέρεν δέμας, ὄφρα πέλοιτο Ἀθάνατος, καὶ οἱ στυγερὸν χροῒ γῆρας ἀλάλκοι. Αὐτὰρ ὅ γ' ἐξ εὐνῆς ἀναπάλμενος εἰσενόησε Παῖδα φίλον σπαίροντα διὰ φλογός· ἧκε δ' ἀϋτὴν Σμερδαλέην ἐσιδὼν, μέγα νήπιος. ἡ δ' ἀΐουσα Τὸν μὲν ἄρ' ἁρπάγδην χαμάδις βάλε κεκληγῶτα. &c. Hinc σποδεύνας dicitur Achilles in Dosiadae Ara secunda p. 141. ubi vide Salmasium.

Χρίεσκ' ἀμβροσίῃ, ὡσεὶ θεοῦ ἐκγεγαῶτα,
Ἡδὺ καταπνείουσα, καὶ ἐν κόλποισιν ἔχουσα.
Νύκτας δὲ κρύπτεσκε πυρὸς μένει, ἠΰτε δαλὸν,
Λάθρα φίλων γονέων. τοῖς δὲ μέγα θαῦμ' ἐτέτυκτο,
Ὡς προθαλὴς τελέθεσκε, θεοῖσι δὲ ἄντα ἐῴκει.
Καί κεν μιν ποίησεν ἀγήρων τ' ἀθάνατόν τε,
Εἰ μὴ ἄρ' ἀφραδίῃσιν ἐΰζωνος Μετάνειρα,

Νύκτ'

238. Ἡδὺ καταπνείουσα] Id est, divinum ei vigorem afflabat. Ovid. Fast. IV. 540. *Jungere dignata est os puerile suo. Pallor abit, subitaeque vigent in corpore vires. Tantus coelesti venit ab ore vigor.* Claudianus de Laude Seren. 86. *Nec tua mortalis meruit cunabula nutrix. Ubera prima dabant gremiis redolentibus Horae, Ternaque te nudis innectens Gratia membris Afflavit.*

239. Νύκτας δὲ κρύπτεσκε] Ovidius Fast. IV. 553. *Inque foco pueri corpus vivente favilla Obruit, humanum purget ut ignis onus.* ubi non imiter Burmannum, ex uno Cod. *opus* praeferentem. *Onus* est, quicquid terrenum & mortale est in homine, quicquid, ut Virgilii verbis utar Aen VI. 730. igneum coelestemque vigorem hebetat & tardat. Philosophi Platonici ὄγκον & ὄχλον dicunt. Vide quae discipulorum meorum optimus, Daniel Wyttenbachius ad Plutarch. de S. N. V. p. 34. disputavit.

241. Θεοῖσι δὲ ἄντα ἐῴκει] Idem hemistichium Il. Ω. 630.

242. Καί κεν μιν ποίησε] Od. E. 136. ἠδὲ ἔφασκον Θήσειν ἀθάνατον καὶ ἀγήραον ἤματα πάντα. Hesiod. Theog. 949. Τὴν δέ οἱ ἀθάνατον καὶ ἀγήρω θῆκε Κρονίων. Pro ποίησεν MS. ποίησα.

Νύκτ' ἐπιτηρήσασα, θυώδεῦ ἐκ θαλάμοιο
Σκέψατο, κώκυσεν δὲ, καὶ ἄμφω πλήξατο μηρὼ,
Δείσασ' ᾧ περὶ παιδὶ, καὶ ἀάσθη μέγα θυμῷ,
Καί ῥ' ὀλοφυρομένη, ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Τέκνον Δημοφόων, ξείνη σε πυρὶ ἐνὶ πολλῷ
Κρύπτει, ἐμοὶ δὲ γόον καὶ κήδεα λυγρὰ τίθησιν.
Ὣς φάτ' ὀδυρομένη· τῆς δ' ἄϊε δῖα θεάων.
Τῇ δὲ χολωσαμένη καλλιστέφανος Δημήτηρ,
Παῖδα φίλον, τὸν ἄελπτον ἐνὶ μεγάροισιν ἔτικτε,
Χείρεσσ' ἀθανάτῃσιν ἀπὸ ἕο θῆκε πέδονδε,
Ἐξανελοῦσα πυρὸς, θυμῷ κοτέσασα μάλ' αἰνῶς,
Καί ῥ' ἄμυδις προσέειπεν ἐΰζωνον Μετάνειραν·
Νήϊδες ἄνθρωποι καὶ ἀφράδμονες, οὔτ' ἀγαθοῖο

Αἰ-

245. Καὶ ἄμφω πλήξατο μηρὼ] Il. M. 162. Δή ῥα τότ' ᾤμωξέν τε καὶ ὣ πεπλήγετο μηρώ.

253. Ἀπὸ ἕο θῆκε πέδονδε] Il. M. 205. ὁ δ' ἀπὸ ἕθεν ἧκε χαμᾶζε. Od. I. 461. τὸν κ' ἐὼν ἀπὸ ἕο πέμπε θύραζε. MS. habet, ἄπο ἕο.

254. Ἐξανελοῦσα πυρὸς] Apollodorus I. 5. p. 15. in ceteris fere consentiens Homero, Demophontem igni consumtum tradit.

256. Νήϊδες ἄνθρωποι] Hunc locum manifesta imitatione expressit Pseudo-Orpheus Fragm.

Αἶσαν ἐπερχομένε προγνώμενοι, ὅτε κακόν.
Καὶ σὺ γὰρ ἀφραδίῃσι τεῆς μήκιστον ἀάσθης.
Ἴστω γὰρ, θεῶν ὅρκος, ἀμείλικτον Στυγὸς ὕδωρ,
Ἀθάνατον κέν τοι καὶ ἀγήραον ἤματα πάντα
Παῖδα φίλον ποίησα, καὶ ἄφθιτον ὤπασα τιμήν.
Νῦν δ' ἐκ ἔσθ' ὥς κεν θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξοι.
Τιμὴ δ' ἄφθιτος αἰὲν ἐπέσσεται, οὕνεκα γούνων
Ἡμετέρων ἐπέβη, καὶ ἐν ἀγκοίνῃσιν ἴαυσεν.
Ὥρῃσι δ' ἄρα τῷ γε, περιπλομένων ἐνιαυτῶν,

Παῖ-

Fragm. p. 394. ed. Gesn. Θνητοί τ' οἰωνοί τε, βροτῶν δ' ἀλιτήρια φῦλα, Ἄχθεα, γῆς εἴδωλα τετυγμένα, μηδαμὰ μηδὲν Εἰδότες οὔτε κακοῖο προσερχομένοιο νοῆσαι Φράδμονες, οὔτ' ἄποθε μάλ' ἀποστρέψαι κακότητος, Οὔτ' ἀγαθοῦ παρεόντος ἐπιστρέψαι τε καὶ ἔρξαι Ἴδμονες, ἀλλὰ μάτην ἀδαήμονες, ἀπρονόητοι. Forte etiam Tryphiodorus vſ. 300. Σχέτλιοι ἀφραδέων μερόπων γένος, οἷσιν ὀμίχλη Ἄσκοπος ἐσσομένων· κενεῷ δ' ὑπὸ χάρματι πολλοὶ Πολλάκις ἀγνώσσοντι περιπταίουσιν ὀλέθρῳ. Notiſſimum eſt illud Virgilii Aen. x. 501. *Neſcia mens hominum fati ſortisque futurae.*

261. Ποίησα] MS. ποιήσασα.

262. Νῦν δ' ἐκ ἔσθ'] Leviter mutavi ſcripturam Codicis, quae haec eſt: Νῦν δ' οὐκ ἔσθ' ὥς κεν θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξαι. Il. Φ. 565. Οὐκ ἔτ' ἔπειτ' ἔσται θάνατον καὶ κῆρας ἀλύξαι.

263. Ἄφθιτος] MS. ἄφθιτον.

264. Καὶ ἐν ἀγκοίνῃσιν ἴαυσεν] Il. Ξ. 213. Ζηνὸς γὰρ τοῦ ἀρίστου ἐν ἀγκοίνῃσιν ἰαύεις.

265. Ὥρῃσι δ' ἄρα τῷ γε] Cl.

Παῖδες Ἐλευσινίων πόλεμον καὶ φύλοπιν αἰνὴν
Αἰὲν ἐν ἀλλήλοισι συναυξήσουσ' ἤματα πάντα.
Εἰμὶ δὲ Δημήτηρ τιμάοχος, ἥ τε μέγιστον
Ἀθανάτοις θνητοῖσί τ' ὄνειαρ καὶ χάρμα τέτυκται.

Ἀλλ'

Cl. Fontelnius corrigit: Ὥρῃσι δ' ἄρα τοῦ γε. ut significet, *matura ejus aetate.*

267. Αἰὲν ἐν ἀλλήλοισι συναυξήσουσ'] Lege cum elegantissimo Vossio: Αἰὲν ἐν ἀλλήλοισιν ἀέξουσ' ἤματα πάντα. Ceterum ex hoc loco intelligitur, bellum civile inter Eleusinios fuisse; cujus historia nullam, quod sciam, mentionem facit.

268. Τιμάοχος] H. in Vener. 31. de Vesta: πᾶσιν δ' ἐν ναοῖσι θεῶν τιμάοχός ἐστι. Τιμοῦχος, vel poëtice τιμάοχος est, qui primum locum tenet, summo honore praeditus est. Unde magistratus in nonnullis Graecorum civitatibus τιμοῦχοι dicebantur. Vide If. Casaubonum ad Athen. IV. 13.

269. Θνητοῖσί τ'] MS. θνητοῖσι. Ut versus rectis pedibus incedat, scribendum: Ἀθανάτοις θνητοῖσί τ' ὄνειαρ, χάρμα τ', ἐτύχθη, vel ἐτύχθην. Nam parum refert, prima, an tertia persona ponatur. Il. P. 248. Ὦ φίλοι, Ἀργείων ἡγήτορες, ἠδὲ μέδοντες, Οἵτε παρ' Ἀτρεΐδῃ, Ἀγαμέμνονι καὶ Μενελάῳ, Δήμια πίνουσι. Plato Phaedon. p. 393. G. ὥσπερ ἄν τις λέγων ὅτι Σωκράτης πάντα ὅσα πράττει, νῷ πράττει, κἄπειτα ἐπιχειρήσας λέγειν τὰς αἰτίας ἑκάστων ὧν πράττω, λέγοι &c. Curtius IV. 13. *Vos ite ad copias, quibus quisque praeest.* ubi Acidalius & Heinsius frustra rescribunt *praeestis.* Petron. cap. 126. *Rogo, inquam, num quid illa, quae me amat, tu es.* De hoc transitu ab altera persona ad alteram vide Dorvillium ad Chariton. p. 89. Ὄνειαρ ut hic de Cerere, sic de Jove dicitur apud Aratum Phaen. 15. Χαῖρε πάτερ, μέγα θαῦμα, μέγ' ἀνθρώποισιν ὄνειαρ. Sic etiam χάρμα de Apolline, H. in Apoll. 25. Λητὼ τέκε χάρμα βροτοῖσι.

Ἀλλ᾽ ἄγε, μοι νηόν τε μέγαν, καὶ βωμὸν ὑπ᾽ αὐτῷ,
Τευχόντων πᾶς δῆμος ὑπαὶ πόλιν, αἰπύ τε τεῖχος,
Καλλιχόρου καθύπερθεν, ἐπὶ προὔχοντι κολωνῷ.
Ὄργια δ᾽ αὐτὴ ἐγὼν ὑποθήσομαι, ὡς ἂν ἔπειτα,
Εὐαγέως ἕρδοντες, ἐμὸν νόον ἱλάσκοισθε.
Ὣς εἰποῦσα θεὰ, μέγεθος καὶ εἶδος ἄμειψε,
Γῆρας ἀπωσαμένη. περί τ᾽ ἀμφί τε κάλλος ἄητο,

Ὀδ-

269. Νηόν τε μέγαν] Hoc est inclytum illud ἐν Ἐλευσῖνι ἱερὸν, vel τελεστήριον, interdum simpliciter Ἐλευσὶς appellatum; quod, dubito, an satis perspexerint Interpretes ad Ovid. Ep. IV. 67. Ab eo diversum est τὸ Ἐλευσίνιον Ἀθήνησιν. Lysias c. Andocid. p. 105. ex emendatione Valckenariana: θυσιάσει — τὰ μὲν ἐν τῷ ἐνθάδε Ἐλευσινίῳ ἱερῷ, τὰ δὲ ἐν Ἐλευσῖνι. ubi vide Jo. Taylorum. Nullam hujus templi descriptionem dedit Pausanias Attic. 38. religione, ut ipse fatetur, tactus. Situm quidem accurate finivit Poëta noster. De Callichoro fonte vide Spanhemium ad Callim. H. in Cerer. 16.

273. Ἐμὸν νόον] MS. ἐμὸν νηόν.

274. Μέγεθος καὶ εἶδος] Scribe: μέγεθός τε καὶ εἶδος. quia καὶ fere semper corripitur ante vocalem. Et sic e Codicibus Moscoviensi & Parisino legendum H. in Vener. 82. Παρθένῳ ἀδμήτῃ μέγεθός τε καὶ εἶδος ὁμοίῃ. Vulgo τε omittitur.

275. Κάλλος ἄητο] Hesiodus Asp. 8. Τῆς καὶ ἀπὸ κρῆθεν, βλεφάρων τ᾽ ἀπὸ κυανεάων Τοῖον ἄηθ᾽, οἷόν τε πολυχρύσου Ἀφροδίτης. ad quem locum respexit Etymologus M. p. 23. l. 15. ἄητο explicans ἀπαυγάζει. Hoc verbum, quod in primis frequentavit Apollon.

Ὀδμὴ δ' ἱμερόεσσα θυηέντων ἀπὸ πέπλων
Σκίδνατο, τῆλε δὲ φέγγος ἀπὸ χροὸς ἀθανάτοιο
Λάμπε θεῆς, ξανθαὶ δὲ κόμαι κατενήνοθεν ὤμους,
Αὐγῆς δ' ἐπλήσθη πυκινὸς δόμος, ἀστεροπῆς ὥς.
Βῆ δὲ δὶ ἐκ μεγάρων. Τῆς δ' αὐτίκα γούνατ' ἔλυντο,
Δηρὸν δ' ἄφθογγος γένετο χρόνον, οὐδέ τι παιδὸς
Μνήσατο τηλυγέτοιο ἀπὸ δαπέδου ἀνελέσθαι.
Τοῦ δὲ κασίγνηται φωνὴν ἐσάκουσαν ἐλεινὴν,

Καδ'

lon. Rhod. II. 81. III. 288. 688. IV. 1673. interdum iisdem translationibus inſervit, quibus Latinum *ſpiro*. Vide Euſtath. ad Il. Φ. p. 1242.

278. Κόμαι κατενήνοθεν ὤμους] Lege: ξανθὴ δὲ κόμη κατενήνοθεν ὤμους. Heſiodus Aſp. 269. πολλὴ δὲ κόνις κατενήνοθεν ὤμους. ubi quam inanis ſit Gueti conjectura, πολλὴ δὲ κόνις ἐπενήνοθεν ὤμοις, hic locus oſtendit.

279. Αὐγῆς δ' ἐπλήσθη] Sic correxi quod erat in Cod. MS Αὐτῆς δ' ἐπλήσθη. Hegeſippi Epigramma ex emendatione noſtra Ep. Crit. II. p. 44. ἔφαινε γάρ οἱ αὐτὰ (Diana) Ἰσοῦ παρὰ κρόκαισιν, ὡς αὐγὰ πυρός. Vide ſupra ad vſ. 189.

281. Δηρὸν — χρόνον] Il. Ξ. 206. Ἤδη γὰρ δηρὸν χρόνον ἀλλήλων ἀπέχονται. Hymn. Homer. XXVI. 13. στῆσεν δ' Ὑπερίονος ἀγλαὸς υἱὸς Ἵππους ὠκύποδας δηρὸν χρόνον.

283. Ἐλεινὴν] Pro ἐλεεινὴν, quod in Cod. MS. eſt, rariorem formam ἐλεινὴν repoſui, ut verſui laboranti mederer. Grammaticus MS. in Bibl. Sangermanenſi: Ἐλεινὸν, ἀντὶ τοῦ, ἐλεεινόν. Εὔπολις Αἰξίν. Sophocles Philoct. 867.

Κὰδ δ' ἄρ' ἀπ' εὐστρώτων λεχέων θόρον. ἡ μὲν ἔπειτα,
Παῖδ' ἀνὰ χερσὶν ἑλοῦσα, ἑῷ ἐγκάτθετο κόλπῳ·
Ἡ δ' ἄρα πῦρ ἀνέκαι'· ἡ δ' ἔσσυτο πόσσ' ἁπαλοῖσι,
Μητέρ' ἀναστήσουσα θυώδεος ἐκ θαλάμοιο.
Ἀγρόμεναι δέ μιν ἀμφὶς ἐλήεον ἀσπαίροντα,
Ἀμφαγαπαζόμεναι. τοῦ δ' οὐ μειλίσσετο θυμός.
Χειρότεραι γὰρ δή μιν ἔχον τροφοὶ ἠδὲ τιθῆναι.
Αἳ μὲν παννύχιαι κυδρὴν θεὸν ἱλάσκοντο,
Δείματι παλλόμεναι, ἅμα δ' ἠοῖ φαινομένηφι
Εὐρυβίῃ Κελεῷ νημερτέα μυθήσαντο,

Ὣς

867. Τλῆναί σ' ἐλεινῶς ὧδε τάμα πήματα. Eustath. ad Il. X. p. 1276. Ὅτι δὲ τὸ ἐλεινὸν, καὶ ἐλεινὸν τρισυλλάβως ἐλέγετο, παραδεδώκασιν οἱ τεχνικοί. Sic ἀνελήμων pro ἀνελεήμων. Lexicon Sangerm. MS. Ἀνελήμων καὶ ἀνελεήμων φασίν. Νικόχαρις δὲ ἀνηλεήμων λέγει. Et ἀνήλης pro ἀνηλεής. Vide Dorvill. ad Chariton. p. 724.

284. κὰδ δ' ἄρ' ἀπ' εὐστρώτων] Moschus II. 16. Ἡ δ' ἀπὸ μὲν στρωτῶν λεχέων θόρε δειμαίνουσα.

286. Πῦρ ἀνέκαι'] Hanc lectionem de correctione nostra in textum recepimus. Codex MS. habet, πυρὰν ἧκαι'. Eundem librariorum errorem in Homero Od. Ι. 251. Ernestus, in Herodoto IV. 145. Wesselingius & Valckenarius notarunt.

288. Ἐλήεον] Haec forma nobis suspecta est.

Ὣς ἐπέτελλε θεά, καλλιστέφανος Δημήτηρ.
Αὐτὰρ ὅ γ' εἰς ἀγορὴν καλέσας πολυπείρονα λαὸν,
Ἤνωγ' ἠϋκόμῳ Δημήτερι πίονα νηὸν
Ποιῆσαι, καὶ βωμὸν ἐπὶ προὔχοντι κολωνῷ.
Οἱ δὲ μάλ' αἶψ' ἐπίθοντο, καὶ ἔκλυον αὐδήσαντος,
Τεῦχον δ', ὡς ἐπέτελλ'. ὁ δ' ἀέξετο δαίμονος αἴσῃ.
Αὐτὰρ ἐπεὶ ἐτέλεσσαν, καὶ ἐρώησαν καμάτοιο,
Βὰν δ' ἴμεν οἴκαδ' ἕκαστος. ἀτὰρ ξανθὴ Δημήτηρ
Ἔνθα καθεζομένη, μακάρων ἀπὸ νόσφιν ἁπάντων,
Μίμνε πόθῳ μινύθουσα βαθυζώνοιο θυγατρός.
Αἰνότατον δ' ἐνιαυτὸν ἐπὶ χθόνα πουλυβότειραν

Ποίη-

295. Ὡς ἐπέτελλε] Fonteinius & Vossius legunt: ὣς ἐπέτελλε θεά. Bene. Idem vitium sustulimus supra vs. 172.

297. Ἤνωγ'] MS. Ἠνώγει.

301. Αὐτὰρ ἐπεὶ ἐτέλεσσαν] Monuit me amicissimus Valckenarius, versum justo longiorem sic corrigendum esse: Αὐτὰρ ἐπεὶ τέλεσαν, καὶ ἐρώησαν καμάτοιο. Mox cum Cl. Wyttenbachio scribe: Βὰν ῥ' ἴμεν.

305. Αἰνότατον δ' ἐνιαυτὸν] Crudele Cereris consilium etiam Ovidius narrat Met. V. 477. seqq. *Ergo illic saeva vertentia glebas Fregit aratra manu: parilique irata colonis Ruricolasque*

bu

Ποίησ' ἀνθρώποις καὶ κύντατον. οὐδέ τι γαῖα
Σπέρμ' ἀνίει· κρύπτε γὰρ ἐϋστέφανος Δημήτηρ.
Πολλὰ δὲ καμπύλ' ἄροτρα μάτην βόες εἷλκον ἀρούραις·
Πολλὸν δὲ κρῖ λευκὸν ἐτώσιον ἔμπεσε γαίῃ.
Καί νύ κε πάμπαν ὄλεσσε γένος μερόπων ἀνθρώπων
Λιμοῦ ὑπ' ἀργαλέης, γεράων τ' ἐρικυδέα τιμὴν
Καὶ θυσιῶν ἤμερσεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντας,
Εἰ μὴ Ζεὺς ἐνόησεν, ἑῷ δ' ἐφράσατο θυμῷ.
Ἶριν δὲ πρῶτον χρυσόπτερον ὦρσε καλέσσαι
Δήμητρ' ἠΰκομον, πολυήρατον εἶδος ἔχουσαν.

Ὣς

boves leto dedit: arvaque jussit Fallere depositum; vitiataque semina fecit. &c. Contra Carcinus, poëta tragicus, apud Diodor. Sicul. V. p. 334. tradit, Siculos prae moerore, quem ex Proserpinae raptu cepissent, agriculturam neglexisse, & sic fame periisse: πένθεσι δὲ παρθένου Σίτου ἄμοιρον διοτρεφὲς φθίνειν γένος.

305. Ἀνθρώποις] MS. ἀνθρώποισι, invito metro.

309. Ἐτώσιον ἔμπεσε γαίῃ] Il. Ρ. 633. de telis frustra jactis: ἐτώσια πίπτει ἔραζε.

314. Ἶριν δὲ πρῶτον] Hanc certam & liquidam emendationem recepi. In Cod. MS. legitur, Ἥρην δὲ πρῶτον χρυσόπτερον, errore nato ex recentiorum Graecorum pronuntiatione. Il. Θ. 398. Ἶριν δ' ὄτρυνε χρυσόπτερον ἀγγελέουσαν. Iridis ministerium in hac fabula etiam commemorat Claudianus de Rapt. Proserp. III. 1.

Ὣς ἔφαθ'. ἡ δὲ Ζηνὶ κελαινεφέϊ Κρονίωνι
Πείθετο, καὶ μεσσηγὺ διέδραμεν ὦκα πόδεσσιν.
Ἵκετο δὲ πτολίεθρον Ἐλευσῖνος θυοέσσης,
Εὗρε δ' ἐνὶ νηῷ Δημήτερα κυανόπεπλον,
Καί μιν φωνήσασ', ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Δημῆτερ, καλέει σε πατὴρ Ζεὺς ἄφθιτα εἰδὼς,
Ἐλθέμεναι μετὰ φῦλα θεῶν αἰειγενετάων.
Ἀλλ' ἴθι, μηδ' ἀτέλεστον ἐμὸν ἔπος ἐκ Διὸς ἔστω.
Ὣς φάτο λισσομένη. τῆς δ' οὐκ ἐπεπείθετο θυμός.
Αὖτις ἔπειτα μάκαρας θεοὺς αἰὲν ἐόντας

Παν-

316. Ὣς ἔφαθ'.] Ante hunc versum, Jovis ad Iridem orationem elapsam suspicatur Wyttenbachius noster.

317. Μεσσηγὺ διέδραμεν] H. in Apoll. 107. Αὐτὰρ ἐπεὶ τό γ' ἄκουσε ποδήνεμος ὠκέα Ἶρις, Βῆ ῥα θέειν, ταχέως δὲ διήνυσε πᾶν τὸ μεσσηγύ.

319. Εὗρε δ' ἐνὶ νηῷ] Sic edidi, cum MS. habeat, Εὗρε δ' ἐν νηῷ.

321. Καλέει σε πατὴρ] Forte, ejectis vocibus, σε πατὴρ, legendum: Δημῆτερ, καλέει Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς. ut Il. Ω. 88. Ὄρσο, Θέτι, καλέει Ζεὺς ἄφθιτα μήδεα εἰδώς. Eadem formula est H. in Vener. 453. & apud Hesiod. Theog. 545. 561.

323. Μηδ' ἀτέλεστον ἐμὸν ἔπος] Pro eo dicitur Il. Β. 361. Οὔτοι ἀπόβλητον ἔπος ἔσσεται. Il. Ω. 92. οὐδ' ἅλιον ἔπος ἔσσεται. H. in Apoll. 540. Ἠέ τι τηΰσιόν γ' ἔπος ἔσσεται.

325. Αὖτις ἔπειτα] Libens

am-

Πάντας ἐπιπροΐαλλεν. ἀμοιβηδὶς δὲ κιόντες
Κίκλησκον, καὶ πολλὰ δίδον περικαλλέα δῶρα,
Τιμάς θ', ἅς κ' ἐθέλοιτο μετ' ἀθανάτοισιν ἑλέσθαι.
Ἀλλ' ὄτις πεῖσαι δύνατο Φρένας οὐδὲ νόημα
Θυμῷ χωομένης· στερεῶς δ' ἠναίνετο μύθους.
Οὐ μὲν γάρ ποτε, φάσκε, θυώδεος Οὐλύμποιο
Πρίν γ' ἐπιβήσεσθ', οὐ πρὶν γῆς καρπὸν ἀνήσειν,
Πρὶν ἴδοι ὀφθαλμοῖσιν ἑὴν εὐώπιδα κούρην.

Αὐ-

amplector virorum eruditissimorum, Wassenbergii & Fonteinii, emendationem: Αὖτις ἔπειτα θεοὺς μάκαρας Ζεὺς αἰὲν ἐόντας. Eodem fere modo legendum conjecit Valckenarius.

328. Τιμάς θ'] Intellige partes. quas Ceres haberet in hujus universi administratione. Vim vocis, paucis cognitam, egregie explicuerunt Hemsterhuſ ad Lucian. Dial. Deor. XXVI. p 285. & Valckenarius ad Euripid. Hippol. 107. Vide infra vſ. 346. Μοῖραν vocat Hesiodus Theog. 204. γέρας 393. δῶρον 939. αἶσαν 422. λάξιν Callimach. H. in Jov. 80.

329. Φρένας οὐδὲ νόημα] Bene Brunckius & Vossius corrigunt: φρένας ἠδὲ νόημα. Haec enim nomina copulanda, non disjungenda. Sic vſ. 65. κραδίην καὶ θυμόν.

330. Στερεῶς δ' ἠναίνετο μύθους] Il. I. 506. Ὅς δέ κ' ἀνήνηται, καί τε στερεῶς ἀποείπῃ.

332. Πρίν γ' ἐπιβήσεσθ'] Vossius hunc versum bene sic constituit: Πρὶν γ' ἐπιβήσεσθαι, οὐ πρὶν γῆς καρπὸν ἀνήσειν.

333. Πρὶν ἴδοι] Metro flagitante, ſcribe: Πρίν γ' ἴδοι. Πρὶν ſaepe duplicavit Homerus,

Αὐτὰρ ἐπεὶ τό γ' ἄκουσε βαρύκτυπος εὐρύοπα Ζεύς,
Εἰς Ἔρεβος πέμψε χρυσόρραπιν Ἀργειφόντην,
Ὄφρ', Ἀΐδην μαλακοῖσι παραιφάμενος ἐπέεσσιν,
Ἁγνὴν Περσεφόνειαν ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος
Ἐς φάος ἐξαγάγοι μετὰ δαίμονας, ὄφρα ἑ μήτηρ
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδοῦσα, μεταλλήξειε χόλοιο.
Ἑρμῆς δ' οὐκ ἀπίθησεν, ἄφαρ δ' ὑπὸ κεύθεα γαίης
Ἐσσυμένως κατόρουσε, λιπὼν ἕδος Οὐλύμποιο.

Τέτ-

mis, ut Od. Δ. 475. Οὐ γάρ τοι πρὶν μοῖρα φίλους τ' ἰδέειν — Πρίν γ' ὅτ' ἂν Αἰγύπτοιο διϊπετέος ποταμοῖο Αὖτις ὕδωρ ἔλθῃς. &, Homeri exemplo, Sophocles Trachin. 637. δέδοικα γάρ, Μὴ πρὶν λέγοις ἂν τὸν πόθον τὸν ἐξ ἐμοῦ, Πρὶν εἰδέναι τἀκεῖθεν εἰ ποθούμεθα. nisi ibi cum doctissimo Brunckio ad Aeschyl. Prometh. 702. legere malis: Μὴ πρὶν λέγοις ἂν &c. Pro πρὶν, πρὶν eodem pleonasmo etiam dicitur πάρος πρὶν Od. B. 127. πρόσθε πρὶν Od. Ψ. 137. item πρότερον, vel πρῶτον, πρίν. Plato Phaedon. p. 389. F. μὴ πρότερον κομήσειν, πρὶν ἂν νικήσω ἀναμαχόμενος. Vide Dukerum ad Thucyd. VI. 57.

339. Μεταλλήξειε] Sic MS. Quam scripturam antiquiorem judicant viri eximii, Ernestus ad Il. O. 31. & Brunckius ad Apoll. Rh. I. 1271. III. 110. 951. In talibus veteres literam pronunciando geminabant. Ita in hoc Hymno vs. 14. ἐγέλασσε, vs. 40. ἔλλαβεν, vs. 158. ἀπονοσφίσσειεν, vs. 313. ἐφράσσατο.

Ibid. Μεταλλήξειε χόλοιο] Il. I. 157. Ταῦτά κέ οἱ τελέσαιμι μεταλλήξαντι χόλοιο.

Τέτμε δὲ τόν γε ἄνακτα δόμων ἔντοσθεν ἐόντα,
Ἥμενον ἐν λεχέεσσι σὺν αἰδοίῃ παράκοιτι,
Πόλλ᾽ ἀεκαζομένῃ μητρὸς πόθῳ· ἠδ᾽ ἐπ᾽ ἀτλήτων
Ἔργοις θεῶν μακάρων μητίσετο βουλῇ.
Ἀγχοῦ δ᾽ ἱστάμενος προσέφη κρατὺς Ἀργειφόντης·
Ἅιδη κυανοχαῖτα, καταφθιμένοισιν ἀνάσσων,
Ζεύς σε πατὴρ ἤνωγεν ἀγαυὴν Περσεφόνειαν
Ἐξαγαγεῖν Ἐρέβευσφι μετὰ σφέας, ὄφρα ἑ μήτηρ
Ὀφθαλμοῖσιν ἰδοῦσα, χόλου καὶ μήνιος αἰνῆς
Ἀθανάτοις παύσειεν· ἐπεὶ μέγα μήδεται ἔργον,
Φθῖσαι φῦλ᾽ ἀμενηνὰ χαμαιγενέων ἀνθρώπων,

Σπέρμ᾽

344. Ἠδ᾽ ἐπ᾽ ἀτλήτων &c.] Pro μητίσετο βουλῇ, facile patet, scribendum esse, μητίετο βουλάς. Sed reliqua felicioribus ingeniis emendanda relinquo.

346. Κρατὺς Ἀργειφόντης] MS κρατερὸς Ἀργειφόντης. Vide vs. 377.

448. Ζεύς σε πατὴρ] Malim cum Cl. Wyttenbachio: Ζεύς με πατήρ. ut hoc ipse de se dicat Mercurius.

351. Παύσειεν] Pro παύσαιτο.

Ibid. Ἐπεὶ μέγα μήδεται ἔργον] Od. Γ. 261. μάλα γὰρ μέγα μήσατο ἔργον.

352. Χαμαιγενέων ἀνθρώπων] H. in Vener. 108. κύδιστε χαμαιγενέων ἀνθρώπων. Hesiodus Theog. 879. Ἔργ᾽ ἐρατὰ φθείρουσι χαμαιγενέων ἀνθρώπων.

Σπέρμ' ὑπὸ γῆς κρύπτουσα, καταφθινύθουσα δὲ τιμὰς
Ἀθανάτων. ἡ δ' αἰνὸν ἔχει χόλον, οὐδὲ θεοῖσι
Μίσγεται, ἀλλ' ἀπάνευθε θυώδεος ἔνδοθι νηοῦ
Ἧσται, Ἐλευσῖνος κραναὸν πτολίεθρον ἔχουσα.
Ὣς φάτο. μείδησεν δὲ ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεὺς
Ὀφρύσιν, οὐδ' ἀπίθησε Διὸς βασιλῆος ἐφετμῆς.
Ἐσσυμένως δ' ἐκέλευσε δαΐφρονι Περσεφονείῃ·
Ἔρχεο, Περσεφόνη, παρὰ μητέρα κυανόπεπλον,
Ἤπιον ἐν στήθεσσι μένος καὶ θυμὸν ἔχουσα,
Μηδέ τι δυσθύμαινε λίην περιώσιον ἄλλων.
Οὔτοι ἐν ἀθανάτοισιν ἀεικὴς ἔσσομ' ἀκοίτης,
Αὐτοκασίγνητος πατρὸς Διός. ἐνθάδ' ἰοῦσα,

Δε-

357. Μείδησεν—ὀφρύσιν] Ita Hermesianax apud Athen. XIII. p. 597. C de Cocyto: Κωκυτόν τ' ἀθέμιστον ἐπ' ὀφρύσι μειδήσαντα.

Ibid. Ἐνέρων] MS. ἀνέρων.

362. Δυσθύμαινε λίην] Eleganter Wyttenbachius conjicit: Μηδέ τι δυσθύμαινε, φίλη, περιώσιον ἄλλως. Ἄλλως est *frustra*. Vide Il. Ψ. 144. & ibi Eustath. Supra vs. 83. οὐδέ τί σε χρὴ Μὰψ αὔτως ἄπλητον ἔχειν χόλον.

363. Οὔτοι] Scribe, οὔ τοι, *non tibi*, & vide vs. 83.

364. Ἐνθάδ' ἰοῦσα] Lege: ἔνθα δ' ἰοῦσα.

Δεσπόσσεις πάντων, ὁπόσα ζώει τε καὶ ἕρπει·
Τιμὰς δὲ σχήσησθα μετ' ἀθανάτοισι μεγίστας.
Τῶν δ' ἀδικησάντων τίσις ἔσσεται ἤματα πάντα,
Οἵ κεν μὴ θυσίῃσι τεὸν μένος ἱλάσκωνται,
Εὐαγέως ἔρδοντες, ἐναίσιμα δῶρα τελοῦντες.
Ὣς φάτο. γήθησε δὲ περίφρων Περσεφόνεια,
Καρπαλίμως δ' ἀνόρουσ' ὑπὸ χάρματος. Αὐτὰρ ὅγ' αὐτὸς
Ῥοιῆς κόκκον ἔδωκε φαγεῖν μελιηδέα λάθρη
Ἀμφὶ ἓ νωμήσας, ἵνα μὴ μένοι ἤματα πάντα

Αὖθι

365. Δεσπόσσεις] Corrige Δεσπόζεις. Cum hoc loco comparandus Claudianus de Rapt. Proferp. II. 294. feqq.

Ibid. Ὁπόσα ζώει τε καὶ ἕρπει] Pro eo II. P. 447. ὅσσα τε γαῖαν ἔπι πνείει τε καὶ ἕρπει.

366. Τιμὰς δὲ σχήσησθα] Forte: Ἀμφὶ δὲ τιμὰς ἕξησθα μετ' ἀθανάτοισιν μεγίστας. ut ἀμφὶ redundet, ficut fup. 85. ἀμφὶ δὲ τιμὴν Ἔλλαχεν.

368. Ἱλάσκωνται] MS. ἱλάσκονται. Sed recepi neceffariam Valckenarii correctionem.

272. Ῥοιῆς κόκκον ἔδωκε] Veterum de hac fabula locis, a Jo. Meurfio Eleufin. cap. 25. collectis, adde Ovidium Met. V. 536. & Porphyrium de Abft. An. IV. p. 353.

Ibid. Μελιηδέα λάθρη] Lege: Ῥοιῆς κόκκον ἔδωκε φαγεῖν, μελιηδέα δαῖτα. ut infra vf. 392. Ἔμβαλέ μοι ῥοιῆς κόκκον, μελιηδέ' ἐδωδήν. MS. hoc verfu nullum diftinctionis fignum habet; ut λάθρη etiam ad fequens, Ἀμφὶ ἓ νωμήσας, referri poffit. Quod tamen ne fic quidem intelligo.

373. Ἀμφὶ ἓ νωμήσας] Hoc non fatis intelligo.

Αὖθι παρ' αἰδοίῃ Δημήτερι κυανοπέπλῳ.
Ἵππȣς δὲ προπάροιθεν ὑπὸ χρυσέοισιν ὄχεσφιν
Ἔντυεν ἀθανάτȣς πολυσημάντωρ Ἀϊδωνεύς.
Ἡ δ' ὀχέων ἐπέβη, παρὰ δὲ κρατὺς Ἀργειφόντης,
Ἡνία καὶ μάστιγα λαβὼν μετὰ χερσὶ φίλῃσι,
Σεῦε δι' ἐκ μεγάρων· τὼ δ' ȣ̓κ ἄκοντε πετέσθην.
Ῥίμφα δὲ μακρὰ κέλευθα διήνυσαν· ȣ̓δὲ θάλασσα,
Οὔθ' ὕδωρ ποταμῶν, ȣ̓τ' ἄγκεα ποιήεντα,
Ἵππων ἀθανάτων, ȣ̓τ' ἄκριες, ἔσχεθον ὁρμήν,
Ἀλλ' ὑπὲρ αὐτάων βαθὺν ἠέρα τέμνον ἰόντες.
Στῆσε δ' ἄγων, ὅθι μίμνεν ἐϋστέφανος Δημήτηρ,

Νηοῖο

375. Ἵππȣς — Ἔντυεν] Il. Ε. 720. Ἡ μὲν ἐποιχομένη χρυσάμπυκας ἔντυεν ἵππȣς. ubi nihil opus eſſe Clarkii conjectura ἔντυνεν, hic locus oſtendit. Quanquam Heſychius etiam vulgatam in Homero lectionem ſatis confirmat.

377. Ἡ δ' ὀχέων ἐπέβη] Simillimus locus Il. Ε. 364. Ἡ δ' ἐς δίφρον ἔβαινεν, ἀκηχεμένη φίλον ἦτορ. Πὰρ δέ οἱ Ἶρις ἔβαινε, καὶ ἡνία λάζετο χερσί· Μάστιξεν δ' ἐλάαν, τὼ δ' ȣ̓κ ἀέκοντε πετέσθην.

384. Στῆσε δ' ἄγων] Hunc locum emendavi ex Il. Β. 557. Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας, Στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες. In Cod. MS. erat, Στῆσε δ' ἀγῶν.

Νηοῖο προπάροιθε θυώδεος. ἡ δὲ ἰδοῦσα
Ἤϊξ', ἠΰτε μαινὰς ὄρος κατὰ δάσκιον ὕλης.
Περσεφόνη δ' ἑτέρω - - - - -
Μητρὸς ἑῆς κατ - - - - - - - -

Ἄλ-

386. Ἠΰτε μαινὰς] Saepe irati & furiosi Maenadibus comparantur. At quis, sana mente praeditus, matrem ad conspectum filiae, quam periisse putabat, exultantem, Maenadi similem faciat? Repone: ἡ δὲ ἰδοῦσα Ἤϊξ', ἠΰτε κεμμὰς ὄρος κατὰ δάσκιον ὕλης. Hesychius: Κεμμάς. ἔλαφος νέος. Latine, *hinnulus*. Pro κεμμὰς saepe κνικὰς scribitur. Supra vs. 174. Αἱ δ', ὥς τ' ἢ ἔλαφοι, ἢ πόρτιες εἴαρος ὥρῃ, Ἅλλοντ' ἂν λειμῶνα. ubi vide annotationem. Ὄρεος sive ὄρευς κατὰ δάσκιον ὕλην legere malit Cl. Vossius. Od. E. 470. Εἰ δέ κεν ἐς κλιτὺν ἀναβὰς καὶ δάσκιον ὕλην. Euripid. Androm. 850. Κατὰ πόντον, ἢ καθ' ὕλαν ὀρέων. ubi miror, Sam. Musgravio durum visum esse ὕλα ὀρέων. Ego tamen minore mutatione corrigam: ὄρος κατὰ δάσκιον ὕλῃ.

387. Περσεφόνη δ' ἑτέρω] Hic complurium versuum nunquam reparandam jacturam fecimus. De qua lacuna, non alienum fuerit, Cl. Matthaei verba apponere: „ Hic versu 387. „ seqq. & infra vs. 462. „ seqq. ex medio folio pars „ prioris & vetustioris char„ tae interiit. Ejus locum „ nunc recentior charta oc„ cupat, quae glutine est „ priori juncta. Ubi hic „ spatium vacuum reliqui, „ ibi in Codice etiam est „ vacuum spatium. Quae „ autem linea notavi, a ma„ nu recentiori partim scrip„ ta sunt, partim denuo atra„ mento inducta. Quia au„ tem Codicis singula folia „ binas columnas habent, „ accidit, ut in altera pa„ gina exciderent postrema „ verba versuum, in altera „ priora". Hactenus ille. Nos, quicquid manus recentior scripsit, minusculis literis exscribendum curavimus.

Ἄλτο θέειν - - - - - - - - -
Τῇδε - - - - - - - - - - -
Ἀ - - - - - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - -
Τέκνον, μή ῥ' ἀτίμ - - - - - -
Βρώμης. ἐξαύδ - - - - - - -
Ὡς μὲν γάρ κε νέοσ - - - - -
Καὶ παρ' ἐμοὶ καὶ πατρὶ κελαινεφέϊ Κρονίωνι
Ναιετάεις πάντεσσι τετιμημένη ἀθανάτοισι.
Εἰ δὲ πτᾶσα πάλιν ἰοῦσ' ὑπὸ κεύθεσι γαίης

Οἰ-

393. Μὴ ῥ' ἀτίμ.] Vossius scribit: μὴ ῥά τι μ... Certe, quod editum est, non recipit versus.

395. Ὡς μὲν γάρ κε νέοσ..] Lege: Ὡς μὲν γάρ κ' ἀνιοῦσ', & mox vs. 397. de Cl. Vossii correctione, ναιετάοις. Sic habet κε, quo referatur.

397. Τετιμημένη ἀθανάτοισι] Graeculus, lacunas explere conatus, metri inscitiam non uno prodidit indicio, velut hic τετιμημένη scribens pro τετιμένη.

398. Εἰ δὲ πτᾶσα] Sensus mutili loci hic esse videtur: Si nihil in Orco gustasti, apud me & Jovem patrem manebis. Sin quid gustasti, tertiam anni partem in Orco deges. Quo magis mihi blanditur conjectura Wyttenbachii: Εἰ δ' ἐπάσω, *si gustasti*. Totum locum sic constituam: Εἰ δ' ἐπάσω, πάλιν αὖτις ἰοῦσ' ὑπὸ κεύθεσι γαίης,

 Οἰκή-

Οἰκήσεις ὀρέων τριτάτην μοῖραν εἰς ἐνιαυτὸν,
Τὰς δὲ δύω παρ' ἐμοί τε καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι.
Ὁππότε δ' ἄνθεσι γαῖ' εὐώδεσιν ἠαρινοῖσι
Παντοδαποῖς θάλλει, τότ' ἀπὸ ζόφου ἠερόεντος
Αὖτις ἀνεῖ μέγα θαῦμα θεοῖς θνητοῖς τ' ἀνθρώποις.
Καί τιν' ἐξαπάτησε δόλῳ κρατερὸς Πολυδέγμων.
Τὴν δ' αὖ Περσεφόνη περικαλλὴς ἀντηύδα·
Τοὶ γάρ ἐγώ σοι, μῆτερ, ἐρῶ νημερτέα πάντα·

Εὖτ

Οἰκήσεις ὀρέων τριτάτην μοῖραν παρ' ἀκοίτῃ. Πάλιν & αὖτις centies junguntur. Hesiod. Theog. 772. Ἐξελθεῖν δ' οὐκ αὖτις ἐᾷ πάλιν. Comparandus infra vſ. 445. Νεῦσε δέ οἱ κούρην ἔτεος περιτελλομένοιο Τὴν τριτάτην μὲν μοῖραν ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα, Τὰς δὲ δύω παρὰ μητρὶ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι. Hinc Graeculus bene ſupplevit μοῖραν. Sed εἰς ἐνιαυτὸν alienum eſt, & metrum perimit. Mihi placet Cl. Fonteinii ſupplementum: παρ' ἀκοίτῃ.

401. Εὐώδεσιν ἠαρινοῖσι] Melius doctiſſimus Fonteinius ſupplet: Ὁππότε δ' ἄνθεσι γαῖ' εὐώδεσιν, ἔαρος ὥρῃ.

403. Αὖτις ἀνεῖ] Sic vetus Codex. Wyttenbachius legit ἄνει, ſecunda perſona futuri verbi ἄνειμι, *ſurſum eo, redeo.*

404. Καί τιν' ἐξαπάτησεν] Lege per interrogationem: Καὶ τίνι σ' ἐξαπάτησε. quanquam καὶ vix ferri poteſt hoc loco. Videtur unus alterve verſus, quibus hic per καὶ jungeretur, excidiſſe.

405. Περικαλλὴς ἀντηύδα] Supple potius: περικαλλὴς ἀντίον ηὔδα.

406. Τοὶ γὰρ ἐγώ σοι] Od. O. 266. Τοὶ γὰρ ἐγώ τοι, ξεῖνε, μάλ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω.

Εὖτέ μοι Ἑρμῆς ἐριούνιος, ἄγγελος ὠκὺς,
Πὰρ πατέρος Κρονίδαο καὶ ἄλλων οὐρανιώνων
Ἐλθεῖν ἐξ Ἐρέβευς ἄμ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδοῦσα,
Λήξαις ἀθανάτοισι χόλου καὶ μήνιος αἰνῆς,
Αὐτὰρ ἐγὼν ἀνόρουσ' ὑπὸ χάρματος· αὐτὰρ λάθρῃ
Ἔμβαλέ μοι ῥοιῆς κόκκον, μελιηδέ' ἐδωδὴν,
Ἄκουσαν δὲ βίῃ με προσηνάγκασε πάσασθαι.
Ὡς δέ μ' ἀναρπάξας Κρονίδεω πυκινὴν διὰ μῆτιν,

Ὡι-

407. Ἑρμῆς ἐριούνιος] Lex metri postulat: Ἑρμείας ἐριούνιος.

409. Ἐλθεῖν ἐξ Ἐρέβευς] Scribendum: Ἤλυθεν ἐξαγαγὼν, ὄφρ', ὀφθαλμοῖσι μ' ἰδοῦσα, Λήξαις ἀθανάτοισι χόλου καὶ μήνιος αἰνῆς. Supra vs. 348. Ζεύς με πατὴρ ἤνωγεν ἀγαυὴν Περσεφόνειαν Ἐξαγαγεῖν Ἐρέβευσφι μετὰ σφέας, ὄφρα, ἑ μήτηρ Ὀφθαλμοῖσιν ἰδοῦσα, χόλου καὶ μήνιος αἰνῆς Ἀθανάτοις παύσειεν. Inde Graeculus versum 410. bene quidem supplevit: at temere arripuit Ἐρέβευς, quod contextus repudiat.

411. Αὐτὰρ ἐγὼν ἀνόρουσ' ὑπὸ χάρματος] Lege: Εἶθαρ ἐγὼν ἀνόρουσ' ὑπὸ χάρματος. Quod confirmat vs. 371. unde supplementum sumtum est: Καρπαλίμως δ' ἀνόρουσ' ὑπὸ χάρματος.

Ibid. Αὐτὰρ λάθρῃ Ἔμβαλέ μοι] Miror, hunc locum sic esse interpolatum ex corrupto vs. 372. cum in promtu esset ex vs. 371. legere: αὐτὰρ ὅ γ' αὐτὸς Ἔμβαλέ μοι &c. Vossius tamen malit: ἀλλ' ὅγε λάθρῃ.

412. Με προσηνάγκασε] Vitioso versui sic medetur Fonteinius: Ἄκουσαν δὲ βίῃ μέρος ἠνάγκασσε πάσασθαι.

Ὤιχετο πατρὸς ἐμοῖο φέρων ὑπὸ κεύθεα γαίης,
Ἐξερέω, καὶ πάντα διΐξομαι, ὡς ἐρεείνεις·
Ἡμεῖς μὲν μάλα πᾶσαι ἀν' ἱμερτὸν λειμῶνα,
Λευκίππη, Φαινώ τε, καὶ Ἠλέκτρη, καὶ Ἰάνθη,
Καὶ Μελίτη, Ἰάχη τε, Ῥόδεια τε, Καλλιρόη τε,

Μηλο-

416. Ἐξερέω, καὶ πάντα] Il. I. 61. Ἐξείπω, καὶ πάντα διΐξομαι. Mox Cl. Fonteinius legit: ὅττ' ἐρεείνεις. quod probo.

417. Ἡμεῖς μὲν μάλα πᾶσαι] Hunc locum laudat Pausanias Messen. cap. 30. ut Τύχης nomen ab Homero omnium primo commemoratum doceat: Πρῶτος δὲ, ὧν οἶδα, ἐποιήσατο ἐν τοῖς ἔπεσιν Ὅμηρος Τύχης μνήμην. ἐποιήσατο δὲ ἐν ὕμνῳ τῷ ἐς τὴν Δήμητρα, ἄλλας τε τοῦ Ὠκεανοῦ θυγατέρας καταριθμούμενος, ὡς ὁμοῦ Κόρῃ τῇ Δήμητρος παίζοιεν, καὶ Τύχην, ὡς Ὠκεανοῦ καὶ ταύτην παῖδα οὖσαν. καὶ οὕτως ἔχει τὰ ἔπη· Ἡμεῖς μὲν μάλα πᾶσαι ἀν' ἱμερτὸν λειμῶνα, Λευκίππη, Φαινώ τε, καὶ Ἠλέκτρη, καὶ Ἰάνθη, Μηλόβοσίς τε, Τύχη τε, καὶ Ὠκυρόη καλυκῶπις. Πέρα δὲ ἐδήλωσεν οὐδὲν ἔτι, &c. Versum interjectum 419. quia nihil ad rem pertinebat, sive ipse Pausanias, sive ejus librarius, omisit.

418. Λευκίππη, Φαινώ τε] Has nymphas omnes Oceani filias dicit Poëta noster vs. 5. Sed ab aliis partim ut Oceani, partim ut Nerei filiae, commemorantur. Vide Homerum Il. Σ. 39. Hesiod. Theog. 243. inprimis 349. Apollodor. I. 2. p. 5. 6. & Hygin. Fab. 1. Electra Proserpinae nutrix dicitur a Claudiano de Rapt. Proserp. III. 171.

419. Ἰάχη τε] Sic MS. non Ἰαχή τε.

Ibid. Ῥόεια τε] Scribe, Ῥοδεία τε, ex Hesiodo Theog. 451. ubi Ῥοδία secunda longa.

Μηλοβότη τε, Τύχη τε, ϗ᾽ Ὠκυρόη καλυκῶπις,
Χρυσηΐς τ᾽, Ἰάνειρά τ᾽, Ἀκάστη τ᾽, Ἀδμήτη τε,
Καὶ Ῥοδόπη, Πλουτώ τε, ϗ᾽ ἱμερόεσσα Καλυψὼ,
Καὶ Στὺξ, Οὐρανίη τε, Γαλαξαύρη τ᾽ ἐρατεινὴ,
Παλλάς τ᾽ ἐγρεμάχη, ϗ᾽ Ἄρτεμις ἰοχέαιρα,
Παίζομεν, ἠδ᾽ ἄνθεα δρέπομεν χείρεσσ᾽ ἐρόεντα,
Μίγδα κροκόεντα γαιὸν, ϗ᾽ ἀγαλλίδας, ἠδ᾽ ὑάκινθον,

Καὶ

420. Μηλοβότη τε] Apud Pausaniam l. c. rectius legitur, Μηλόβοσίς τε Atque ita Hesiodus l. c. 354. hanc nympham appellat.

Ibid. Ὠκυρόη καλυκῶπις] MS. Ὠκύρθη καλλικῶπις. Recepi Pausaniae lectionem.

421. Ἀκάστη τ᾽] Sic scripsimus ex Hesiodo l. c. 356. Male Cod. MS. Ἀκαστάστη, Ἀδμήτη τε.

423. Γαλαξαύρη τ᾽] Hoc quoque nomen restituimus ex Hesiodo l. c. 353. MS. Ταλαξαύρη.

424. Παλλάς τ᾽ ἐγρεμάχη] Minervam & Dianam, propter commune virginitatis studium, una cum Proserpina flores legisse, magno consensu tradunt Diodor. Sicul. V. p. 332. Pausan. in Arcad. 31. Valer. Flacc. V. 345. Statius Achill. II. 150. & Claudian. de Rapt. Proserp. I. 227. quanquam hic Venerem quoque Proserpinae comitem dedit, secutus fortasse Orpheum Argon. 1190. Ὥς ποτε Φερσεφόνην τέρεν᾽ ἄνθεα χερσὶ δρέπουσαν Ἐξήρπαξαν συνόμαιμοι ἀν᾽ εὐρύ τε ϗ᾽ μέγα ἄλσος. qui sororum nomine Venerem videtur comprehendisse.

425. Ἄνθεα] Non scribendum, sed pronunciandum, ἄνθη, ut saepe ad Homerum monuit Clarkius.

426. Κροκόεντα γαιὸν] Vox γαιὸς

Καὶ ῥοδέας κάλυκας, ϗ λείρια θαῦμα ἰδέσθαι,
Νάρκισσόν θ', ὃν ἔφυσ', ὥσπερ κρόκον, εὐρεῖα χθών.
Αὐτὰρ ἐγὼ δρεπομένη περὶ χάρματι. γαῖα δ' ἔνερθε
Χώρησεν. τῇ δ' ἔκθορ' ἄναξ κρατερὸς Πολυδέγμων.
Βῆ δὲ φέρων ὑπὸ γαῖαν ἐν ἅρμασι χρυσείοισι

Πόλλ'

γανὶς pro *flore*, dubito, an Graeca sit. Valckenario nostro placebat: Μίγδα κρόκῳ τε γάνος. ut *crocum* dixerit per periphrasin γάνος κρόκου. Hoc si cui Tragicis proprium videatur, is cum viro optimo, Fonteinio legat: Μίγδα κρόκῳ κύανον. De flore cyano vide Salmasium Plin. Exerc. p. 93.

427. Καὶ ῥοδέας κάλυκας] Sic viri praestantissimi, Heynius, Wassenbergius, Brunckius, & Eldikius, duarum literarum transpositione, pulcre emendant scripturam Codicis, Καὶ ῥόδα ἐς κάλυκας. Rufinus Anthol. VII. p. 616. Ἔστι κρίνον, ῥοδέη τε κάλυξ. Paulus Silentiarius ibid. p. 592. χείλεϊ σῷ ῥοδέων ἁβροτέρῳ καλύκων.

428. Ὥσπερ κρόκον] In croco perinde, atque in narcisso, aliquid μυστηριῶδες fuisse, colligas e Sophocle Oed. Col. 673. Θάλλει δ' οὐρανίας ὑπ' ἄχνας Ὁ καλλιβότρυς κατ' ἦμαρ αἰεὶ Νάρκισσος, μεγάλαιν θεαῖν Ἀρχαῖον στεφάνωμ', ὅ, τε χρυσαυγὴς κρόκος. Vide supra ad vs. 8. Fateor tamen, verba ὥσπερ κρόκον vehementer frigere.

429. Δρεπομένη περὶ χάρματι] Pro δρεπομένη scribe δρεπόμην. Suidas: Δρέπομαι — τὰ κάλλιστα δρεπόμενος τῆς φιλίας ἄνθη. ubi corrige, τῆς φιλοσοφίας. In περὶ χάρματι vitium haeret.

430. Τῇ δ' ἔκθορ'] Supra vs. 16. χάνε δὲ χθὼν εὐρυάγυια Νύσιον ἂμ πεδίον, τῇ ὄρουσεν ἄναξ Πολυδέγμων. Sed hic verbum ἐκθορεῖν Genitivum postulat, τῆς δ' ἔκθορ'. Sic etiam Brunckio & Fonteinio placebat.

Πόλλ' ἀκαχαζομένην· ἐβόησα δ' ἄρ' ὄρθια φωνῇ.
Ταῦτά τοι ἀχνυμένη περ ἀληθέα πάντ' ἀγορεύω.
Ὣς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ ὁμόφρονα θυμὸν ἔχουσαι,
Πολλὰ μάλ' ἀλλήλων κραδίην καὶ θυμὸν ἴαινον,
Ἀμφαγαπαζόμεναι· ἀχέων δ' ἀπεπαύετο θυμός.
Γηθόσυναι δὲ δέχοντο παρ' ἀλλήλων ἐδίδοντο.
Τῇσιν δ' ἐγγύθεν ἦλθ' Ἑκάτη λιπαροκρήδεμνος·
Πολλὰ δ' ἄρ' ἀμφαγάπησε κόρην Δημήτερος ἁγνήν,
Ἐκ τοῦ οἱ πρόπολος καὶ ὀπάων ἔπλετ' ἄνασσα.
Ταῖς δὲ μετ' ἄγγελον ἧκε βαρύκτυπος εὐρύοπα Ζεὺς
Ῥείην ἠΰκομον, Δημήτερα κυανόπεπλον

Ἀξέ-

433. Ταῦτά τοι ἀχνυμένη] Od. Η. 297. Ταῦτά τοι, ἀχνύμενός περ, ἀληθείην κατέλεξα.

434. Ὣς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ] Idem hemistichium Od. Ι. 161. Pro ἔχουσαι MS. ἴχουσα.

437. Γηθόσυναι] Forte scribendum: Γηθοσύνας δὲ δέχοντο παρ' ἀλλήλων, ἔδιδόν τε. Od. Υ. 8. Ἀλλήλῃσι γέλω τε καὶ εὐφροσύνην παρέχουσαι. Forma ἐίδω est supra vs. 307.

542. Ῥείην ἠΰκομον, Δημήτερα] Hanc scripturam reposui de verissima Fonteinii emendatione. Cod. MS. habet: Ῥείην ἠΰκομον, ἣν μητέρα κυανόπεπλον, Ἀξέμεναι &c. Primum ἣν non convenit huic loco, quod Rhea non ad solam Cererem, sed ad Cererem

&

Ἀξέμεναι μετὰ φῦλα θεῶν, ὑπέδεκτο δὲ τιμὰς
Δωσέμεν, ἅς κεν ἕλοιτο μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.
Νεῦσε δέ οἱ κούρην ἔτεος περιτελλομένοιο
Τὴν τριτάτην μὲν μοῖραν ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα,
Τὰς δὲ δύω παρὰ μητρὶ καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισιν.
Ὣς ἔφατ'. οὐδ' ἀπίθησε θεὰ Διὸς ἀγγελιάων.
Ἐσσυμένως δ' ἤϊξε κατ' Οὐλύμποιο καρήνων,
Εἰς δ' ἄρα ῥίον ἶξε, Φερέσβιον οὖθαρ ἀρούρης

Τὸ

& Proserpinam, missa est. Deinde verbum ἀξέμεναι non potest carere casu suo.

445. Νεῦσε δέ οἱ] Desideret aliquis verbum, a quo pendeat κούρην ἔτεος &c. *fore*, vel *mansuram*. Vide, an vulgata lectio defendi possit ex Il. Θ. 175. ubi κατένευσε sic fere est sine verbo: Γιγνώσκω δ', ὅτι μοι πρόφρων κατένευσε Κρονίων Νίκην καὶ μέγα κῦδος, ἀτὰρ Δαναοῖσί γε πῆμα.

448. Οὐδ' ἀπίθησε — ἀγγελιάων] Lesbonax p. 181. hoc schema ῥνσιωτικὸν vocat. Sed Poëta haud dubie scripsit: οὐδ' ἀπίθησε θεὰ Διὸς ἀγγελίῃσιν. ut vs. 358. οὐδ' ἀπίθησε Διὸς βασιλῆος ἐφετμῇς.

450. Εἰς δ' ἄρα ῥίον ἶξε] Repone: Εἰς δ' ἄρ' Ῥάριον ἶξε. Nobilis est in historia Attica *campus Rharius*: de quo veterum loca, quae Jo. Meursius de Regn. Att. I. 14. congessit, repetere nolim. Nec tamen, quae Pausanias Attic. 38. ad hunc locum accommodate tradit, sine fraude lectoris omitti possunt: Τὸ δὲ πεδίον τὸ Ῥάριον σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι, καὶ πρῶτον αὐξῆσαι καρποὺς, καὶ διὰ τοῦτο οὐλαῖς ἐξ αὐτοῦ χρῆσθαί σφισι, καὶ ποιεῖσθαι πέμματα ἐς

τὰς

Τὸ πρὶν, ἀτὰρ τότε γ' ὔτι φερέσβιον; ἀλλὰ ἕκηλον
Εἱστήκει πανάφυλλον· ἔκευθε δ' ἄρα κρῖ λευκὸν

Μή-

τὰς θυσίας καθέστηκεν. Ἐνταῦθα ἅλως καλυμένη Τριπτολέμυ, καὶ βωμὸς δείκνυται. Adde, quod Meursio videre non contigit, Marmor Oxon. p. 23. ἀφ' ὗ Τριπτόλεμος καρπὸν ἔσπειρεν ἐν τῇ Ῥαρίᾳ καλυμένῃ Ἐλευσῖνι. Rhari celebratissimum in hac fabula nomen, ex quo non modo campus Rharius, sed ipsa etiam Ceres dicta est *Rharias*, restituendum videtur Scholiastae ad Aristid. Panathen. p. 91. Ὁ γὰρ μῦθος αὐτὺς πρώτυς λέγει παρὰ θεῶν δεξαμένυς τὰ σπέρματα δι' Ἅδυ, καὶ διὰ Κλεῦ, καὶ διὰ Τριπτολέμυ. Sic etiam habet vetus Codex Scholiastae, nuper ex Bibliotheca Burmanniana in publicam Leidensem translatus. Sed legendum: διὰ Ῥάρυ, καὶ διὰ Κελεῦ, &c. Quae certissima est correctio. Suidas: Ῥαριάς. Δημήτηρ. Ῥάρος γὰρ ἔσχεν υἱὸν Κελεόν· Κελεὸς δὲ, Τριπτόλεμον. ὁ δὲ Ῥάρος πλανωμένην τὴν Δήμητρα, καὶ ζητῦσαν τὴν Κόρην ὑπεδέξατο ἐν τῷ οἴκῳ. ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ὖν χάριτος ἡ Δημήτηρ τὸν ἀπόγονον Ῥάρυ Τριπτόλεμον ἐδίδαξε τὴν τῦ σίτυ γεωργίαν. Eadem opera emendandus Servius ad Georg. I. 19. *Triptolemus frumenta divisit. Quod munus ei Ceres dedit propter humanitatem patris Icari, qui eam, cum Proserpinam raptam in conjugium a Plutone quaereret, in Attica suscepit hospitio.* Lege: *propter humanitatem patris Rhari.* Nam Choerilus apud Pausan. Attic. 14. Photius Lex. MS. & Hesychius in v. Rharum, non avum Triptolemi, sed patrem, dicunt.

Ibid. Οὖθαρ ἀρύρης] Il. I. 142. Εἰ δέ κεν Ἄργος ἱκοίμεθ' Ἀχαιϊκὸν, ὖθαρ ἀρύρης. Mox forma, πρὶν, ατὰρ τότε, est Il. Z. 125.

451. Ἀλλὰ ἕκηλον Εἱστήκει πανάφυλλον] Lege partim de mea, partim de Cl. Wyttenbachii conjectura: ἀλλ' ἀπέτηλον Ἔστη καὶ πανάφυλλον. nisi praeferas quod Fonteinio placebat: ἀλλ' ἀπέτηλον Εἱστήκει καὶ ἄφυλλον. Ἀπέτηλον accipio *sine culmis*, sive *sterile*. Sic πέτηλα *culmos*

Μήδεσι Δήμητρος καλλισφύρου· αὐτὰρ ἔπειτα
Μέλλεν ἄφαρ τανάοισι κομήσειν ἀσταχύεσσιν,
Ἦρος ἀεξομένοιο, πέδῳ δ' ἄρα πίονες ὄγμοι
Βρυσέμεν ἀσταχύων, τὰ δ' ἐν ἐλλεδανοῖσι δεδέσθαι.
Ἔνθ' ἐπίβη πρώτιστον ἀπ' αἰθέρος ἀτρυγέτοιο.
Ἀσπασίως δ' ἴδον ἀλλήλας, κεχάρηντο δὲ θυμῷ.
Τὴν δ' ὧδε προσέειπε Ῥέη λιπαροκρήδεμνος·
Δεῦρο, τέκος, καλέει σε βαρύκτυπος εὐρύοπα Ζεὺς,
Ἐλθέμεναι μετὰ φῦλα θεῶν, ὑπέδεκτο δὲ τιμὰς

Δωσέ-

dixit Hesiodus Asp. 289. ubi vide Graevium.

454. Τανάοισι κομήσειν ἀσταχύεσσιν] Malim: τανάοισι κομήσειν ἀνθερίκεσσιν. Est enim ingrata ejusdem vocis, tantillo intervallo, repetitio. Il. Υ. 227. Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέον, οὐδὲ κατέκλων.

455. Πέδῳ δ' ἄρα πίονες ὄγμοι Βρυσέμεν] Βρυσέμεν, cujus prima semper corripitur, lex metri respuit. Lege: Ἦρος ἀεξομένου, πεδίων δ' ἄρα πίονες ὄγμοι Βρίθεμεν ἀσταχύων, τὰ δ' ἐν &c. Βρίθειν, quod eodem errore apud Orpheum H. XXXIX. 18. cum βρύειν permutatur, proprium in tali copia verbum esse, docet Gatakerus ad M. Antonin. III. §. 21. Simillimus est locus Hesiodi Asp. 289. οἵ γε μὲν ἤμων Αἰχμῇς ὀξείῃσι κορωνιόωντα πέτηλα, Βριθόμενα σταχύων, ὡς τε Δημήτερος ἀκτήν. Οἱ δ' ἄρ' ἐν ἐλλεδανοῖσι δέον, καὶ ἔπιπλον ἀλωήν. Infra vs. 457. Πᾶσα δὲ φύλλοισίν τε καὶ ἄνθεσιν εὐρεῖα χθὼν Ἔβρισ'. Sed locus ne sic quidem persanatus videtur.

Δωσέμεν, ἅς κε θέλησθα μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.
Νεῦσε δέ σοι κύρην ἔτεος περιτελλομένοιο
Τὴν τριτάτην μὲν μοῖραν ὑπὸ ζόφον ἠερόεντα,
- - - - - - - - ἀθανάτοισι.
- - - - - - - - - ων
- - - - - - - - - ων
- - - - Φερέσβιον οὖθαρ ἀρ - - -
- - - γ' ἔτι Φερέσβιον, ἀλλὰ - - - -
- - - ἔκευθε δ' ἄρα κρῖ - - - -
Δύο δὲ παρ' σοὶ ἔσεσθαι, ἐῷ δ' ἐπένευσε κάρητι.
'Αλλ' ἴθι, τέκνον ἐμὸν, καὶ πείθεο, μηδέ τι λίην

'Αζη-

462. Δωσέμεν, ἅς κε] Has lacunas Graeculus explevit ex vſ. 444. & ſeqq. unde etiam vſ. 465. ſic reſtituere poterat: Τὰς δὲ δύω παρὰ σοί τε καὶ ἄλλοις ἀθανάτοισι. Sed ille hoc ſupplementum alieno loco, id eſt, vſ. 466. intruſit.

Ibid. 'Αθανάτοισι] Hos ſex verſus, teſte Cl. Matthaeo, manus recentior lineis ſubductis notaverat, tanquam alienos ab hoc loco.

466. Δύο δὲ παρ' σοὶ ἔσεσθαι] Hoc ſupplementum turpiter claudicat, nec aptum eſt loco. Res talem ſententiam deſiderat: *Hoc Jupiter promiſit, & capitis nutu confirmavit*, ut Il. O. 75. 'Ως οἱ ὑπέστην πρῶτον, ἐμῷ δ' ἐπένευσα κάρητι. Ad hanc rationem Cl. Voſſius ſupplebat: 'Ως μὲν ὑπέσχετ' ἔρεξε.

Ἀζηχὲς μενέαινε κελαινεφέϊ Κρονίωνι.
Αἶψα δὲ καρπὸν ἄεξε φερέσβιον ἀνθρώποισι.
Ὣς ἔφατ᾽. οὐδ᾽ ἀπίθησεν ἐϋστέφανος Δημήτηρ·
Αἶψα δὲ καρπὸν ἀνῆκεν ἀρουράων ἐριβώλων.
Πᾶσα δὲ φύλλοισίν τε καὶ ἄνθεσιν εὐρεῖα χθὼν
Ἔβρισ᾽. Ἡ δὲ κιοῦσα θεμιστοπόλοις βασιλεῦσι
Εἶπε, Τριπτολέμῳ τε, Διοκλεῖ τε πληξίππῳ,
Εὐμολ-

475. Ὣς ἔφατ᾽. οὐδ᾽ ἀπίθησεν] Hoc supplementum ductum est ex vs. 448.

477. Πᾶσα δὲ φύλλοισίν τε] Ovid. Fast. IV. 615. *Tum demum vultusque Ceres animumque recepit; Imposuitque suae spicea serta comae. Largaque provenit cessatis messis in arvis; Et vix congestas area cepit opes.*

479. Εἶπε, Τριπτολέμῳ] Tres ex hoc loco versus, 479. 480. 481. cum varietate quadam lectionis, laudat Pausanias Corinth. 14. Οὐ γὰρ ἄν ποτε Ὅμηρος παρῆκεν αὐτὸν (Dysaulen) ἐν τοῖς ἔπεσιν. ἔστι γὰρ καὶ Ὁμήρῳ πεποιημένα ἐς Δήμητρα, ἐν δὲ αὐτοῖς καταλέγων τοὺς διδαχθέντας ὑπὸ τῆς θεοῦ τὴν τελετὴν, Δυσαύλην οὐδένα οἶδεν Ἐλευσίνιον. ἔχει δὲ οὕτω τὰ ἔπη· Δεῖξε Τριπτολέμῳ τε, Διοκλεῖ τε πληξίππῳ, Εὐμόλπου τε βίῃ, Κελεῷ θ᾽, ἡγήτορι λαῶν, Δρησμοσύνην ἱερῶν, καὶ ἐπέφραδεν ὄργια πᾶσιν. Primum Pausanias pro εἶπε habet δεῖξεν, quod non spreverim. Nam δεικνῦναι exquisite ponitur pro dicere, docere. Od. κ. 302. πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης, Ἐκ γαίης ἐρύσας, καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν. Euripid. Phoeniss. 532. ἀλλ᾽ ἡ ᾽μπειρία Ἔχει τι δεῖξαι τῶν νέων σοφώτερον. ubi alia exempla plena manu dedit Cl. Valckenarius. Mox in Cod. MS. legitur, Χρησμοσύνην θ᾽ ἱερῶν· quod cum nullam sententiam haberet, quantivis pretii lectio-

Εὐμόλπϐ τε βίῃ, Κελεῷ θ', ἡγήτορι λαῶν,
Δρησμοσύνην θ' ἱερῶν, ϰ̀ ἐπέφραδεν ὄργια καλά.
Τριπ]ολέμῳ τε, Πολυξείνῳ, ἐπὶ τοῖς δὲ Διοκλεῖ.

Σεμ-

ctionem, quae eſt apud Pauſaniam, Δρησμοσύνην ἱερῶν recepi. Etymologus M. p. 287. l. 1. & Heſych. Δρησμοσύνην. θεραπείαν, ὑπηρεσίαν. Altera forma δρηστοσύνη eſt Od. o. 320. Denique Pauſanias pro ὄργια καλὰ legit ὄργια πᾶσιν· quod Codicis veteris ſcripturae non videtur praeferendum.

480. Τριπτολέμῳ τε] Scribendum: Τριπ]ολέμῳ τε, Πολυξείνῳ τ', ἐπὶ τοῖς δὲ Διοκλεῖ. quanquam hoc leve eſt. At quo modo hic verſus cum reliquis cohaeret? Aut quid opus erat, Triptolemi & Dioclis mentionem repetere? Forte aliquis hunc verſum expungendum putet, ut ceteri ſic conjungantur: καὶ ἐπέφραδεν ὄργια καλά, Σεμνά, τά γ' ὄπως &c. Verum tantum abeſt, ut verſus abundet, ut potius plures, quibus aptus connexusque fuerit, deeſſe videantur. Non dubium lacunae indicium facit Pauſanias Attic. 38. τὰ δὲ ἱερὰ τοῖν θεοῖν Εὔμολπος ϰ̀ αἱ θυγατέρες δρῶσιν αἱ Κελεῦ. Καλεῖ δὲ σφᾶς Πάμφως τε κατὰ ταυτὰ ϰ̀ Ὅμηρος, Διογένειαν ϰ̀ Παμμερόπην ϰ̀ τρίτην Σαισάραν. Atqui Homerus nuſquam has Celei filias aut memoravit, aut memorare potuit, niſi hoc loco, quo, quibus Ceres ſacrorum ſuorum curam demandarit, enarrat. Quarum mentio cum hic nulla ſit, quis eam intercidiſſe ambigat? Celei autem filias Cereris ſacerdotes fuiſſe, graviſſimo ipſius Eumolpi teſtimonio confirmat Suidas v. Εὔμολπος· οὗτος ἔγραψε τελετὰς Δήμητρος, ϰ̀ τὴν ἐς Κελεὸν ἄφιξιν, ϰ̀ τὴν τῶν μυστηρίων παράδοσιν, τὴν ταῖς θυγατράσιν αὐτοῦ γινομένην. Illud tamen mirari ſubit, ſacrorum miniſterium non quatuor Celei filiabus, quae Cererem exceperunt, ut ſupra vſ. 109. narratur, datum eſſe, ſed tribus aliis, quarum nullae in hac re partes fuerunt. Ex his tribus ſororibus Saeſara Croconi, de quo ad vſ. 153. diximus, nupta fuit. Vide Pauſan. Attic. 38.

Eadem-

Digitized by Google

Σεμνὰ, τά γ' ὔπως ἐςὶ παρεξέμεν, ὔτε πυθέσθαι,
Οὔτ' ἀχέειν· μέγα γάρ τι θεῶν ἄχος ἰσχάνει αὐδήν.
Ὄλβιος, ὃς τάδ' ὄπωπεν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων·
Ὃς δ' ἀτελὴς, ἱερῶν ὅς τ' ἄμμορος, ὔποθ' ὁμοίων

ΑΙ-

Eademque hoc praecipuum habuit praeter sorores, ut Eleusis ex ejus nomine *Saesaria* diceretur. Hesychius: Σαισαρία. ἡ Ἐλευσὶς πρότερον.

476. Παρεξέμεν] Παρεξίμεν, si sana est scriptura, significat *praetermittere, negligere*. Ἐξίμεν est Il. Λ. 141.

477. Οὔτ' ἀχέειν] Hujus loci explicationem pete vel a Casaubono ad Spartian. Hadrian. 23. vel a Spanhemio ad illa Callimachi H. in Cer. 18. Μὴ μὴ ταῦτα λέγωμες, ἃ δάκρυον ἄγαγε Δηοῖ.

Ibid. Θεῶν ἄχος ἰσχάνει αὐδήν] Valckenario, V. C. in mentem veniebat legere: Θεῶν ἅγος ἰσχάνει αὐδήν. *Dearum reverentia*. Il. Ξ. 387. δέος ἰσχάνει ἄνδρας. ex quo Theocrit. Carm. XXIV. 35. et Apoll. Rh. III. 612.

478. Ὄλβιος, ὃς τάδ' ὄπωπεν] Veteres scriptores, quorum loca Meursius Eleusin. cap. 17. & Valckenarius ad Euripid. Hippol. 25. laudarunt, vix modum tenent in initiatorum felicitate praedicanda. Poëtae nostri locum, nescio, an ob oculos habuerit Sophocles apud Plutarch. de aud. poët. p. 27. ὡς τρισόλβιοι Κεῖνοι βροτῶν, οἳ ταῦτα δερχθέντες τέλη, Μόλωσ' ἐς ᾅδου· τοῖσδε γὰρ μόνοις ἐκεῖ Ζῆν ἐστι, τοῖς δ' ἄλλοισι πάντ' ἐκεῖ κακά. Notanda etiam proprietas verbi ὄπωπεν, pro ἐπόπτης factus est.

479. Ὃς δ' ἀτελὴς] Ex multis locis, quae Meursius Eleusin. cap. 18. & Casaubonus Exerc. XVI. adv. Baron. p. 546. congesserunt, satis sit, unum simillimum Platonis Phaedon. p. 380. F. afferre: ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς ᾅδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται· ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος, ἐκεῖσε ἀφικόμενος, μετὰ θεῶν οἰκήσει.

Αἶσαν ἔχει, φθίμενός περ, ὑπὸ ζόφῳ εὐρώεντι.
Αὐτὰρ ἐπειδὴ πάνθ' ὑπεθήκατο δῖα θεάων,
Βὰν ῥ' ἴμεν Οὔλυμπόνδε, θεῶν μεθ' ὁμήγυριν ἄλλων.
Ἔνθα δὲ ναιετάουσι παραὶ Διῒ τερπικεραύνῳ
Σεμναί τ' αἰδοῖαί τε. Μέγ' ὄλβιος, ὅν τιν' ἐκεῖναι
Προφρονέως φιλῶνται ἐπιχθονίων ἀνθρώπων.
Αἶψα δέ οἱ πέμπουσιν ἐφέστιον ἐς μέγα δῶμα
Πλοῦτον, ὃς ἀνθρώποις ἄφενος θνητοῖσι δίδωσιν.
Ἀλλὰ θ', Ἐλευσῖνος θυοέσσης δῆμον ἔχουσαι,

Ibid. Οὔποθ' ὁμοίων] Viri inprimis eruditi, Fonteinius & Voſſius legunt: οὔποθ' ὁμοίην. quod altero melius.

489. Βὰν ῥ' ἴμεν Οὔλυμπόνδε] Il. Υ. 142. Ἂψ ἴμεν Οὔλυμπόνδε, θεῶν μεθ' ὁμήγυριν ἄλλων.

491. Μέγ' ὄλβιος] Homericus Hymn. XXVIII. in Matrem omnium: ὁ δ' ὄλβιος, ὅν κε σὺ θυμῷ Πρόφρων τιμήσεις. Mox in ſubjunctivo φιλῶνται ſupplenda eſt particula ἂν, vel κεν ut ſaepe.

494. Πλοῦτον] Plutum Heſiodus Theog. 969. Cereris filium dicit. Quo reſpiciunt Cornutus de N. D. 28. p. 211. & Themiſtius Or. XXX. p. 351. Igitur hic Πλοῦτος capiendus de frugum fructuumque ubertate; quae in priſca illa ſimplicitate unica vocis ſignificatio erat. Vide Dan. Heinſium ad Heſiod. Ἔργ. καὶ Ἡμ. 125.

Ibid. Ὃς ἀνθρώποις ἄφενος] De eodem Pluto Heſiodus l. c. τῷ δὲ τυχόντι, καὶ οὗ κ' ἐς χεῖρας ἵκηται, Τὸν δ' ἀφνειὸν ἔθηκε, πολὺν τέ οἱ ὤπασεν ὄλβον.

495. Ἀλλὰ θ'] Ita MS. Scri-

Καὶ Πάρον ἀμφιρύτην, Ἄντρωνά τε πετρήεντα,
Πότνια, ἀγλαόδωρ', ὡρηφόρε, Δηοῖ ἄνασσα,
Αὐτὴ, καὶ κούρη περικαλλὴς Περσεφόνεια,
Πρόφρονες ἀντ' ᾠδῆς βίοτον θυμήρε' ὄπαζε.

Αὐ-

Scribe, Ἀλλ' ἄγ'. Sic apud Hesiod. Asp. 185. pro Ἀλλά γε δύστεο MS. Paris. habet, Ἀλλ' ἄγε δύστεο. ut ubique variatur. Vide G. Koenium ad Gregor. de Dialect. p. 36.

496. Πάρον ἀμφιρύτην] Parus olim Cereri sacra fuit. Unde & Δημητριὰς appellata est, & Κάβαρνις, ἀπὸ Καβάρνου τοῦ μηνύσαντος τὴν ἁρπαγὴν τῇ Δήμητρι τῆς θυγατρὸς, teste Stephano Byz. v. Πάρος. Cabarni posteros Ceres sacrorum suorum antistites constituit. Antimachus apud Suid. v. Ὀργεῶνες· Γῆναι Καβάρνου θῆκεν ἀγακλέας ὀργεῶνας de quo loco vide Valesium ad Harpocrat. p. 315. Hesychius: Κάβαρνοι, οἱ τῆς Δήμητρος ἱερεῖς, ὡς Πάριοι. A Pariis Cereris religio venit ad Thasios, eorum colonos. Qua de caussa Dionys. Perieg. 523. Thasum vocat Δημήτερος ἀκτήν. De ejusdem cultu apud Antronios nihil reperi apud alios.

499. Πρόφρονες ἀντ' ᾠδῆς &c.] His duobus postremis versibus etiam clauditur Homericus Hymnus XXVIII. in Matrem omnium. Sed ibi πρόφρων est, quod preces ad unam duntaxat Deam fiunt. Hic contra est pluralis nominum femininorum cum verbo singulari ὄπαζε. Quod constructionis genus, a Boeotiis & Pindaro frequentatum, veteres Grammatici Boeotium, Thebanum, Pindaricum appellabant. Vide Lesbonactem de Schem. p. 184. & Apollon. Alexandr. de Syntax. III. p. 223. quorum hic tale Pindari exemplum ponit: Ἀχεῖται ὀμφαὶ μελέων σὺν αὐλοῖς. pro quo Fr. Portus scribit: Ἀχεῖτε ὀμφὰ μελέων &c. At syntaxis, sic si legatur, nihil Boeotium aut singulare habet, quia σὺν pro καὶ accipitur, ut *cum* pro

&

Αὐτὰρ ἐγὼ καὶ σεῖο καὶ ἄλλης μνήσομ' ἀοιδῆς.

& apud Latinos. Livius XXI. 60. *dux cum aliquot principibus capiuntur.* ubi vide Gronovium. Igitur, ut Boeotismus in hoc exemplo appareat, ſcribendum: Ἀχείτω ὀμφαὶ μελέων σὺν αὐλοῖς. Quam formam, quis miretur, in vulgarem mutatam eſſe a librariis Dionyſii Hal. περὶ Συνθέσ. p. 23. Ὑμνεῖτε ὀμφᾷ μελέων σὺν αὐλοῖς. Idem Pindarus Olymp. VIII. 10. Ἄνυται δὲ πρὸς χάριν εὐσεβείας ἀνδρῶν λιταί. Haec eſt Aſclepiadis lectio, quam libri ſcripti confirmant. Item Olymp. XI. 5. μελιγάρυες ὕμνοι Ὑστέρων ἀρχαὶ λόγων τέλλεται. ubi Scholiaſtes, neminem neque ante, neque poſt Pindarum, ſic locutum eſſe contendens, vehementer errat. Homerus Il. P. 387. Χεῖρές τ', ὀφθαλμοί τε, παλάσσετο μαρναμένοιϊν. ubi ab Euſtathio p. 1110. haec annotantur: Ὅρα, ὡς ἐπήγαγε τοῖς τῶν διαφόρων γενῶν πληθυντικοῖς ὀνόμασι τὸ παλάσσετο ῥῆμα ἑνικόν. καὶ φασὶ Πινδαρικὸν τὸ σχῆμα οἱ παλαιοί· οὐχ ὅτι Πίνδαρος εὗρεν αὐτὸ, τοῦ γὰρ Ὁμήρου μεταλλεύσας καὶ τοῦτο ἐκεῖνος ἐκέρδανεν, ἀλλ' ὅτι διαδεξάμενος καὶ ζηλώσας, κατεχρήσατο. Manetho IV. 333. Μαρμαρυγῇ δ' ἀστῆρες ὅταν σελασφόρου Ἑρμοῦ Ἀμφὶ σέλας ἢ σκολιὸν λαβύρινθον ὀρίνῃ. quam ſtructuram aliis ejusdem exemplis defendit Dorvillius ad Charit. p. 750. Vel ſic tamen vſ. 495. Ἀλλ' ἄγ' ἔχουσα, & vſ. 499. πρόφρων legere malim, ut omnia ad unam Cererem referantur, verſus autem 498. Αὐτὴ, καὶ κύον &c. in parentheſi accipiatur.

Digitized by Google

HOMERI HYMNUS

IN CEREREM,

LATINE VERSUS

A

JOANNE HENRICO VOSSIO.

Cererem crine-decoram, venerandam Deam, ordior canere,
Ipsam, & filiam teretem-pedes, quam Pluto
Rapuit, dedit autem grave-sonans late-cernens Jupiter,
Seorsum a Cerere aureo-folio-insidente, pulchrum-fructum praebente,
Ludentem cum filiabus Oceani pepla-profundo-sinu-indutis,
Floresque legentem, rosas & crocum & violas pulchras,
Per molle pratum, & gladiolos & hyacinthum,
Narcissumque, quem produxit fraudem roseae puellae
Terra Jovis voluntate gratificata Orco,
Mire laetum, quo stupuerunt tunc omnes intuentes,
Tam Dii immortales quam mortales homines:
Cujus adeo ex radice centum capita excreverant,
Et fragante odore omne caelum latum superne

Terraque omnis ridebat & salsus aestus aequoris.
Illa vero admirata ambas simul protendit manus,
Pulchrum ludicrum ut-sumeret. Sed hiavit terra vasta
Nysiis in-campis, qua prorupit rex Pluto
Equis immortalibus *invectus*, Saturni nobilis filius.
Rapuit vero invitam *&* aureo curru
Abstulit ejulantem: clamavit autem intenta
Invocans patrem Saturnium summum & potentissimum.
Sed neque immortalium quisquam, neque mortalium hominum,
Ejus vocem audivit, neque pulchrae sociae,
Nisi quod Persaei filia mitis-animum
Audivit ex antro, Hecate vitta-tenui-nitida,
Et Sol rex, Hyperionis illustris filius,
Puellam invocantem patrem Saturnium. Hic vero seorsum
Sedebat procul a Diis precibus-expetito in templo,
Accipiens sacra pulchra a mortalibus hominibus.
Sed illam coactam abstulit, Jovis consilio,
Patruus multis-imperans Pluto,
Equis immortalibus, Saturni nobilis filius.
Quamdiu igitur terram & caelum stellatum
Videbat Dea, & mare aestuans piscosum
Radiosque Solis, & adhuc sperabat matrem venerandam
Se-esse-visuram, & genera Deorum aeternorum:
Tamdiu ei spes mulcebat magnum animum, quamvis lugenti.
Re-

Reſonabant autem montium cacumina & profunda maris
Voce immortali: eamque percepit alma mater.
Acer vero ejus animum dolor invaſit, & ſuper comis
Ambroſiis vittam diſcidit manibus ſuis,
Caeruleumque velamen ambobus circumjecit humeris,
Seque concitavit, inſtar volucris, per terram & mare
Quaerens. Sed illi nemo vera dicere
Voluit, neque Deorum, neque mortalium hominum,
Neque volucrum quaequam illi vera nuntia venit.
Novem deinceps dies per terram alma Ceres
Vagabatur, ardentes faces in manibus tenens,
Nec unquam ambroſia & nectare dulci
Fruebatur moerens, neque corpus ſuum immergebat lavacris.
Sed poſtquam decima ei advenerat lucida aurora,
Occurrit ei Hecate, lumen in manibus gerens;
Et vero hanc nuntians allocuta eſt, & dixit:
Alma Ceres, tempeſtiva-adferens, ſplendida-donis,
Quis Deorum caeleſtium aut mortalium hominum
Rapuit Proſerpinam, & tuum afflixit animum?
Vocem enim audivi, ſed non vidi oculis,
Quinam eſſet. At tibi celeriter dico vera omnia.
Sic dixit Hecate. Illi autem non reſpondit ſermone
Rheae crines-decorae filia, ſed ſubito cum illa
Proripuit-ſe, ardentes faces in manibus tenens.

Solem vero adierunt, Deorum ſpeculatorem atque hominum,
Steteruntque ante equos; & rogavit ſancta Dearum:
Sol, reverere me Deam propter, ſi unquam tibi
Vel verbo, vel facto cor & animum hilaravi!
Filiam, quam peperi, dulce germen, forma egregiam:
Cujus anxiam vocem audivi per aëra vacuum,
Tanquam violatae, verum non vidi oculis:
Sed, tu enim omnem terram & pelagus
Aethere ex ſacro deſpectas radiis,
Vere mihi dicas: caram natam, ſicubi vidiſti,
Quisnam abſente me rapuerit invitam vi
Aufugiens, vel Deorum vel etiam mortalium hominum.
Sic dixit: Illi autem Hyperionis filius reſpondit ſermone:
Rheae crines-decorae filia, Ceres regina,
Audies; certe enim magnopere te veneror, & miſereor
Lugentis natam proceram. Sed nemo alius
Cauſam habet immortalium, niſi nimbos-ciens
Qui eam dedit Orco florentem Jupiter conjugem,
Fratri *ſuo*. Ille autem ſub tenebras caligantes
Raptam equis duxit magna-voce clamantem.
Verum, Dea, comprime gravem luctum: minime te decet
Temere & fruſtra indomitam exercere iram; haud te indignus
Gener inter immortales multis-imperans Pluto,

Fra-

Frater & consanguineus; praetereaque honorem
Sorte-tulit, cum primum tripartita divisio fieret,
Ut cum iis habitet, quorum sortitus-est dominatum.
Sic locutus, equos increpuit. Illi vero territi minis
Raptim egerunt celerem currum, extentis-alis ut volucres.
Illi autem dolor gravior & crudelior invasit mentem.
Irataque deinde atris-nubibus-cincto Saturnio,
Vitans Deorum concilium & altum Olympum
Abiit ad hominum urbes & pinguia culta,
Formam tegens per longum tempus. Nec ullus virorum
Conspiciens *eam* agnovit, aut profunde-succinctarum mulierum,
Ante quam Celei prudentis advenit domum,
Qui tum Eleusinis odorae rex erat.
Consedit autem prope viam, imo afflicta pectore,
Parthenium ad puteum, unde hauriebant cives,
Sub umbra, quippe superne natus-erat frutex olivae,
Anui grandaevae similis, quae partu
Arcetur, donisque coronas-amantis Veneris:
Quales nutrices sunt jura-dantium regum
Filiorum, & promae per aedes sonantes.
Illam autem viderunt Celei Eleusinidae filiae,
Venientes ad aquam haustu-facilem, ut ferrent
Situlis aeneis caras ad aedes patris,
Quatuor, instar Dearum, juventutis flore conspicuae,

Callidice, & Cliſidice, Demoque venuſta,
Et Callithoë, quae illarum natu-maxima erat omnium;
Neque cognoverunt: difficiles enim Dii mortalibus ad-
ſpectu *ſunt*.
Prope autem ſtantes dictis volantibus compellarunt:
Quae, unde es, anus, grandaevorum hominum?
Quid autem ab urbe receſſiſti, neque domibus
Propinquas, ubi mulieres per aedes umbroſas
Simili aetate, qua tu fere, & juniores eſſe-ſolent,
Quae te exciperent-amicis & verbis & factis.
Sic dixerunt; at verbis reſpondit ſancta Dearum:
Filiae dilectae, quaecunque eſtis mulierum,
Salvete. Ego vero vobis dicam; haud dedecet
Vobis rogantibus vera dicere.
Doris mihi nomen eſt: hoc enim impoſuit alma mater.
Nunc autem ex Creta ſupra lata dorſa maris
Veni haud cupiens; ſed vi invitam cogentes
Praedatores abduxerunt. Hi poſtea
Navem celerem ad Thoricum appulerunt, ubi mulieres
In continentem egreſſae ſunt frequentes, atque etiam ipſi
Coenam ſibi-paraverunt juxta retinacula navis.
Sed mihi non coenae dulcis cupidus-erat animus.
Clam vero proripiens-me per continentem nigram,
Effugi ſuperbos dominos, ne forte, me
Nullo emtam pretio vendentes, mei fruantur pretio.

Ita

Ita huc veni errans, neque fcio,
Quae tandem terra fit, & quinam incolant.
At vobis omnes Olympias domos tenentes
Dent juveniles maritos, & liberos parere,
Ut optant parentes! Mei autem miferemini, puellae,
Benevole, carae filiae, donec ad aedes venero
Viri atque mulieris, apud illos operatura
Libenter, quaecunque mulieris vetulae opera effe-folent.
Et puerum recens-natum in ulnis habens
Bene nutricarem, & aedes cuftodirem,
Et lectum fternerem in intimo penetralium firmorum
Herilem, & opera (*artes texendi*) docerem mulieres.
Dixit Dea; ei autem continuo refpondit virgo indomita,
Callidice, Celei natarum formofiffima:
Nutrix, Deorum munera, quamvis gravate, neceffario
Toleramus homines; namque multo potentiores funt.
Haec vero te plane edocebo, atque nominabo
Viros, penes quos hic fummum eft imperium,
Et in-populo *qui* eminent, & moenia urbis
Tuentur confiliis & juftis judiciis.
Haec *domus eft* Triptolemi fapientis, illa Dioclis,
Illa Polyxeni, & egregii Eumolpi,
Et Dolichi, & patris ftrenui noftri.
Horum omnium uxores aedes curant:
Quarum haud ulla te, vel primo afpectu,

Formam aſpernata, a domibus arceret;
Verum te excipient: nam ſane Deae-ſimilis es.
Sin mavis, mane, dum ad aedes patris
Eamus, & matri profunde-ſuccinctae Metanirae
Dicamus haec omnia ordine, ſi forte te juſſerit
Noſtram domum venire, nec aliorum aedes quaerere.
In ſenectute-genitus ei filius in conclavi ſolido
Sero-natus nutritur, exoptatus & gratiſſimus.
Si hunc enutrires, & pubertatis metam contingeret,
Facile aliqua tibi mulierum
Invideret: tanta tibi nutricia daret!
Sic dixit; & haec annuit capite. Illae vero ſplendentia
Impleta aqua ferebant vaſa exſultantes,
Celeresque patris venerunt magnam domum, ſtatimque matri
Nuntiarunt, quae viderant atque audiverant. At illa confeſtim
Ire-eas juſſit & arceſſere ingente mercede.
Hae vero, ſicut aut cervae aut vitulae veris tempore
Saliunt per pratum, ſaturatae animum paſtu,
Sic hae, attollentes peplorum rugas decororum,
Properabant ad cavatam plauſtris-viam, comaeque circum
Humeros quaſſabantur, croceo flori ſimiles.
Invenerunt autem prope viam praeclaram Deam, ubi antea
Reliquerant; & deinceps caras ad aedes patris

Duxe-

Duxerunt: haec vero pone, imo afflicta pectore
Ibat capite velato, & peplum
Caeruleum circum teneros Deae ſtrepitabat pedes.
Confeſtimque ad aedes pervenerunt Jovis-alumni Celei,
Et perrexerunt per porticum *eo*, ubi illis veneranda mater
Sedebat juxta poſtem triclinii affabre ſtructi,
Infantem ſub ſinu habens, recens germen. Illae autem ad eam
Currebant; at vero haec limen conſcendit pedibus, & ecce! trabem-tecti
Tetigit capite, implevitque fores ſplendore divino.
Sed illam pudorque & admiratio & pallidus horror cepit;
Ceſſitque ei ſella, & ſedere juſſit.
At noluit Ceres, tempeſtiva-praebens, ſplendida donis,
Sedere in ſella magnifica,
Sed tacita conſtitit, oculos pulchros dejecta:
Usque dum ei poſuit Jambe honeſta
Compactum ſedile, ſuperque albam injecit pellem.
Ibi confidens praetendit-ſibi manibus velamen comarum.
Diu vero vocem-comprimens dolore ſedit in ſella,
Nec ulli aut verbo ſe-adjunxit, aut facto,
Sed miſerrima, non-guſtans cibum neque potum,
Sedit, deſiderio tabeſcens profunde-ſuccinctae filiae:
Usque dum facetiis eam Jambe honeſta
Multum cavillata, commovit dominam caſtam,

Ut rideret-leniter, & hilarem haberet animum:
Quae quidem ei & poftea placuit moribus.
Illi autem poculum Metanira porrexit dulci vino
Impletum; fed renuit: nam fas fibi *effe* negavit,
Bibere vinum rubens: juffit vero farinam & aquam
Dare mixtam ad-bibendum pulegio contrito.
Illa autem mifturam confectam Deae porrexit, ut jufferat:
Qua accepta, facro-honore primum-potita-eft alma Ceres.
Colloquium vero exorfa-eft pulchre-cincta Metanira:
Salve, mulier! haud enim te ex vilibus opinor parentibus
Effe, fed nobilibus; quoniam in-oculis tibi elucet pudor
Et gratia, qualis jura-dantium regum.
Sed Deorum munera, quamvis gravate, neceffario
Toleramus homines; nam jugum cervici incumbit.
Jam vero cum venifti huc, *tibi* aderunt, quaecunque mihi *bona*.
At filium mihi nutri hunc, quem fero-genitum & infperatum
Praebuerunt immortales; exoptatiffimus autem mihi eft.
Si hunc enutrires, & pubertatis metam contingeret,
Facile aliqua tibi mulierum tenerarum
Invideret: tanta tibi nutricia darem!
Hanc vero rurfus allocuta-eft pulchre-coronata Ceres:
Et tu, mulier, multum falve! Dii autem tibi bona largiantur!

Filium vero tibi lubens fuſcipiam, ficut me jubes,
Nutriamque. Non eum, ſpero, per-infcitiam nutricis
Aut incantatio laedet, aut hypotamnum.
Novi enim remedium multo efficacius hylotomo;
Novi etiam ad incantationem nocentiſſimam bonum remedium.
Sic locuta, fragranti *eum* excepit ſinu,
Manibusque immortalibus; & laetata-eſt animo mater.
Sic illa Celei prudentis illuſtrem filium,
Demophontem, quem peperit pulchre-cincta Metanira,
Enutrivit in aedibus; at ille crevit deo ſimilis,
Nec ſane panem edens, nec ſugens. Ceres *eum*
Ungebat ambroſia, quaſi Dei progeniem,
Dulce afflans, & in ſinu geſtans:
Noctu vero occultabat ignis vi, tanquam torrem,
Clam caris parentibus. Illis autem magno miraculo fuit,
Quanto vigore exortus-ſit, Diis adſpectu ſimilis.
Atque eum factura-erat ſenii-expertem & immortalem,
Niſi per-ſtultitiam pulchre-cincta Metanira,
Nocte obſervans, fragranti ex thalamo
Inſpexiſſet: ejulavit autem, & ambo ſibi-percuſſit femora,
Timens ſuo filio, & magno furore-turbata eſt mentem,
Et lamentans dictis volantibus *eum* allocuta-eſt:
Fili Demophon, hoſpita te igne multo
Occultat, mihi autem moerorem & curas triſtes efficit.

Sic

Sic dixit ingemens, eamque audiit ſancta Dearum.
Illi autem irata pulchre-coronata Ceres,
Filium carum, quem inſperatum in aedibus pepererat,
Manibus immortalibus a ſe depoſuit in terram,
Ereptum igni, animum incenſa-iris ſaeviſſimis,
Et ſimul allocuta-eſt pulchre-cinctam Metaniram:
Inſcii homines & dementes, neque boni
Sortem venturi praeſagientes, neque mali!
Et tu enim ex ſtultitia tua ingens damnum-cepiſti.
Teſtis enim ſit Deos obſtringens, implacabile Stygis flumen!
Immortalem tibi & ſenectae-expertem per omne aevum
Filium carum factura-eram, & ſempiternum largitura honorem.
Jam vero non licet ei, mortem & ſaevas-Parcas effugere;
Honor autem immortalis ſemper aderit, quod genibus
Noſtris exceptus-eſt, & in ulnis dormivit.
At vero in-progreſſu-temporum huic, circumvolutis annis,
Filii Eleuſiniorum bellum & pugnam diram
Semper invicem concitabunt per omne aevum.
Sum autem Ceres honorata, quae maximum
Immortalibus mortalibusque emolumentum & gaudium eſt.
Sed age, mihi templum magnum, & aram ſub eo
Condant omnis populus, ſub urbe altoque muro,
Super Callichorum, in prominente colle.
Orgia autem ipſa ego docebo, ut in-poſterum

Rite

Rite sacrificantes meam mentem placetis.
Sic locuta Dea, staturamque & formam mutavit,
Senectute dejecta, & circumcirca venustas spirabat,
Odorque jucundus fragrantibus a peplis
Spargebatur, & procul lux a corpore immortali
Effulgebat Deae, flavique capilli fluebant per humeros,
Et splendore implebatur solidum cubiculum, tanquam fulguris.
Exiit autem ex aedibus. At illius subito genua soluta-sunt;
Ex per-longum voce caruit tempus, neque filium
Recordata est sero-genitum de pavimento tollere.
Hujus autem sorores vocem audierunt miserabilem,
Et a bene-stratis lectis desiluerunt: *quarum* haec deinde
Infantem manibus sublatum, suo excepit sinu;
Illa ignem accendit; illa autem properavit pedibus teneris
Matrem excitatura fragranti e thalamo.
Congregatae autem illum circum lavarunt palpitantem,
Amantissime-complectentes: sed ejus non delinitus-est animus;
Deteriores enim jam eum habebant altrices atque nutrices.
Illae quidem per-totam-noctem venerandam Deam placabant
Metu concussae; at simul aurora illucente
Late-potenti Celeo vere narrabant,
Quaecunque jusserat Dea, pulchre-coronata Ceres.
Ille vero ad concionem vocans immensum populum

Juffit comas-decorae Cereri opimum templum
Condere & aram, in prominente colle.
Hi autem continuo paruerunt, obedientes dictis,
Et exftruxerunt *templum*, ficut jufferat: illud vero excrevit divino fato.
Sed poftquam abfolverant, & deftiterant a labore,
Iverunt fuam quisque domum. At flava Ceres
Ibi confidens, caelicolis feorfum ab omnibus,
Permanfit, defiderio tabefcens alte-cinctae filiae.
Graviffimum vero annum fupra tellurem feracem
Effecit hominibus & crudeliffimum; neque ullum terra
Semen emifit; abfcondebat enim coronis-laeta Ceres.
Multaque curva aratra fruftra boves traxerunt in arvis,
Multumque hordeum albens irritum incidit terrae.
Et fane univerfum periiffet genus voces-articulantium hominum
Fame gravi, munerumque celebrato honore
Ac victimarum privaffet Olympias domos tenentes;
Nifi Jupiter fenfiffet, & in-fuo deliberaffet animo.
Irin vero primum aureis-alis delabi juffit ad vocandam
Cererem crine-decoram & forma egregia.
Dixit; at illa Jovi atris-nubibus-cincto Saturnio
Paruit; & intervallum percurrit velociter pedibus.
Adiit autem urbem Eleufinis odorae,
Invenitque in templo Cererem caeruleo-peplo-ornatam;

Et eam vocans dictis volantibus allocuta est:
Ceres, vocat te pater Jupiter haud-irrita decernens,
Ut-venias ad gentes Deorum aeternorum.
Quare ito, neque caducum sit, quod nuntio, verbum Jovis!
Sic dixit obsecrans; at hujus non inflectebatur animus.
Rursus deinceps pater felices Deos sempiternos
Omnes ad-*eam* legavit. Et alius-alium subsequentes
Vocabant, & multa dabant insignia dona,
Honoresque, quoscunque vellet inter immortales habere.
Verum haud quisquam flectere potuit mentem & sententiam
Toto-animo irascentis; sed obstinate renuit verbis.
Negavit enim, odorum Olympum
Prius se-esse-conscensuram, aut prius terrae fructum emissuram,
Quam vidisset oculis suam formosam filiam.
Quae postquam audierat grave-sonans late-cernens Jupiter,
In Erebum misit aurea-virga-ornatum Argicidam,
Qui, Plutonem mollibus hortatus dictis,
Castam Proserpinam ex tenebris caligantibus
In lucem reduceret ad divos; ut, eam mater
Oculis videns, poneret iram.
Mercurius autem non renuit, sed continuo subter profunda terrae
Velox delapsus-est, relicta sede Olympi.

Et invenit illum regem aedibus intus,
Sedentem in toro cum veneranda conjuge,
Multa reluctante ob matris desiderium: sed illa nihil dum cessans
Rebus Deorum felicium grave intendebat consilium.
Prope vero accedens *eum* allocutus-est fortis Argicida:
Pluto, caerulee-crines, manibus imperans,
Jupiter me pater jubet inclytam Proserpinam
Reducere ex Erebo ad ipsos; ut, eam mater
Oculis videns, irae & ultionis saevae
In-immortales finem faciat. Nam grave molitur facinus;
Ut-perdat nationes imbecillas terrigenarum hominum,
Semen sub terra abscondens, minuensque honores
Immortalium; horribilem vero exercet iram, neque Diis
Se immiscet, sed seorsum odoro in templo
Sedet, Eleusinis arduam-saxis urbem tenens.
Sic dixit; subrisit autem rex inferorum Pluto
Superciliis, neque neglexit Jovis regis mandatum.
Confestimque hortatus-est prudentem Proserpinam:
I, Proserpina, ad matrem caeruleo-peplo ornatam,
Mitem in pectore animum atque ingenium gerens;
Neque moereas graviter supra-modum frustra.
Haud tibi inter immortales indignus ero maritus,
Germanus patris Jovis. Sed huc cum-veneris,
Domineris omnibus, quaecunque vivunt & moventur,

Ho-

Honoribus fruaris inter immortales maximis.
Improborum vero poena erit per omne tempus,
Si qui non victimis tuum animum placant,
Rite ſacra-facientes, juſta munera perſolventes.
Sic dixit; at laetata-eſt prudens Proſerpina,
Subitoque exiluit gaudio. Verum ille ei
Mali-punici granum dedit edendum dulce clanculum,
Ad ſe tractae, ne maneret dies omnes .
Illic apud venerandam Cererem caeruleo-peplo-ornatam.
Equos autem ante currui aureo
Subjunxit immortales multis-imperans Pluto.
Illa vero currum conſcendit; juxtaque fortis Argicida,
Habenas & flagellum capiens manibus ſuis,
Agitavit ex aedibus; illique haud ſegnes volabant.
Raptimque longa itinera emenſi-ſunt: neque mare,
Neve unda fluminum, neve convalles herboſae,
Equorum immortalium, neve juga, tardaverunt impetum;
Sed ſuper illa profundam caliginem ſciderunt euntes.
Siſtebat vero agens, ubi morabatur pulchre-coronata
    Ceres,
Templum ante odorum. Sed illa ut-vidit,
Proſiluit, ſicut hinnulus montis per umbroſam ſilvam.
Proſerpina vero ex-altera-parte - - - - - -
Matri ſuae obviam - - - - - - - - - - - - -
Deſiluit ut-curreret - - - - - - - - - - - - -

Illi autem . . . .
. . . .
. . . .
Nata, nihilne . . . .
Cibi? Loqu. . . . .
Sic enim rediens . . . .
Et mecum una & cum patre atris-nubibus-cincto Saturnio
Habites, omnibus honorata immortalibus.
Quodsi vero gustasti; denuo profecta sub profunda terrae
Deges temporum tertiam partem quovis anno,
Duas vero apud me & caeteros immortales.
Sed quando floribus terra bene-olentibus vernis
Omnigenis viret, tunc ex tenebris caligantibus
Rursum ascendes, ingens miraculum Diis mortalibusque
hominibus.
Et quonam te decepit dolo fortis Pluto?
Huic contra Proserpina formosa respondit:
Equidem tibi, mater, dicam vera omnia.
Cum Mercurius, utilitatum-auctor, nuntius celer,
A patre Saturnio & caeteris caelitibus,
Veniret *me*-reducturus, ut oculis me videns
Finem faceres in immortales irae & ultionis saevae;
Subito ego exsilui gaudio. Ille vero clanculum
Injecit mihi mali-punici granum, dulcem escam,
Invitamque vi me coëgit gustare.

Quo-

Quomodo autem me raptam, Saturnii arcanum per conſultum
Patris mei, abſtulerit ſub profunda terrae:
Dicam, & omnia ediſſeram, ut rogas.
Nos fere omnes per amoenum pratum,
Leucippe, Phaenoque, & Electra, & Janthe,
Atque Melite, Jacheque, Rhodiaque, Calliroeque,
Meliboſisque, Tycheque, & Ocyroe roſea,
Chryſeïsque, Janiraque, Acaſteque, Admeteque,
Et Rhodope, Plutoque, & venuſta Calypſo,
Atque Styx, Uraniaque, Galaxauraque amanda,
Pallasque pugnam-excitans, & Diana ſagittis-gaudens,
Ludebamus, atque flores carpebamus manibus jucundos,
Miſtim crocumque mollem, & gladiolos, atque hyacinthum,
Et roſeos calyces, & lilia, mira viſu,
Et narciſſum, quem produxit praeclariſſimum lata tellus.
At ego carpebam-mihi gaudens. Terra autem ſubter
Hiavit; & inde proſiluit rex fortis Pluto,
Abſtulitque *me* ſub terram in aureo curru,
Multa detrectantem; clamavi autem intenta voce.
Haec tibi, quanquam triſtis, vera omnia narravi.
Sic tum totum diem concordia junctae animos,
Plurimum ſibi-vieiſſim mentem & animum hilarabant,
Amantiſſime-ſe-complectentes; & a doloribus requievit animus;

Gau-

Gaudiaque acceperunt invicem & dederunt.
Has autem prope accessit Hecate tenui-vitta nitida,
Multumque complexa-est puellam Cereris castam,
Quod sibi ministra & comes fuerat regina.
His vero nuntiam misit grave-sonans late-cernens Jupiter
Rheam crine-decoram, quae Cererem caeruleo-peplo-ornatam
Duceret ad nationes Deorum; & pollicitus-est, honores
Se-daturum, quoscunque optaret inter immortales Deos;
Annuitque ei puellam anni circumvolventis
Tertiam partem sub tenebris caligantibus,
Duas vero apud matrem & caeteros immortales.
Sic dixit; nec recusavit Dea Jovis mandata,
Sed repente delapsa Olympi jugis,
In Rharium venit, fertile uber agri
Ante, sed tunc minime fertile; verum sine-aristis
Jacebat, omnique-folio-orbum, & abscondebat hordeum albicans,
Consilio Cereris pedes-venustae; sed fas erat, postea
Statim longis florere spicis,
Vere crescente, soli autem pingues sulcos
Horrere spicis, illaque in manipulos ligatum iri.
Huc descendit primum ex aethere vasto.
Et libenter se conspexerunt invicem, & laetatae-sunt animo.
Illam vero sic allocuta-est Rhea tenui-vitta-nitida:

Veni,

Veni, nata! vocat te grave-ſonans late-cernens Jupiter,
Ut-venias ad gentes Deorum; & pollicitus-eſt honores
Se-daturum, quoscunque optares inter immortales Deos;
Annuitque tibi puellam anni circumvolventis
Tertiam partem ſub tenebris caligantibus,
Duas vero apud te & caeteros immortales.
Ita promiſit futurum, ſuoque annuit capite.
Quare eas, nata mea, & pareas, neque nimis
Immodice iraſcaris nubibus-atris-cincto Saturnio;
Sed ſtatim fructum augeas vitalem hominibus.
Sic dixit; neque recuſavit pulchre-coronata Ceres.
Statimque fructum produxit arvorum gleboſorum;
Et omnis foliisque & floribus lata tellus
Inhorruit. Sed illa abiens jura-dantibus regibus
Monſtravit, Triptolemo, & Diocli equorum-domitori,
Eumolpoque forti, Celeoque duci populorum,
Miniſterium ſacrorum, & inſtituit orgia pulchra.

* * *

Triptolemoque, Polyxenoque, ſuper hosque Diocli
Sancta, quae haud fas eſt negligere, neque explorare,
Neque dolere; magna enim Deorum reverentia reprimit vocem.
Felix, qui illa vidit terreſtrium hominum!

Qui autem non-initiatus sacris neque particeps *est*, nunquam simili
Sorte gaudet, mortuus quidem sub caligine situ-horrida.
Sed postquam omnia praeceperat sancta Dearum,
Perrexerunt ire in Olympum, Deorum ad coetum caeterorum:
Ibi autem habitant apud Jovem fulmine-laetum,
Sanctae atque venerandae. Beatissimus, quem illae
Benigne amant terrestrium hominum!
Nam statim huic mittunt semper-praesentem in magnas aedes
Plutum, qui hominibus divitias mortalibus largitur.
At tu, quae Eleusinis odorae civitatem tenes,
Et Parum circumfluam, Antronemque saxosam,
Alma, splendida-donis, tempestiva-adferens, Ceres regina,
Ipsa, & filia pulcherrima Proserpina,
Propitia pro cantu vitam jucundam praebe!
Verum ego & tui & alius memor-ero cantici.

DAVIDIS RUHNKENII

EPISTOLA CRITICA I.

IN

HOMERIDARUM HYMNOS

ET

HESIODUM,

AD VIRUM CLARISSIMUM,

LUDOV. CASP. VALCKENARIUM.

EXCELLENTIS INGENII ET DOCTRINAE VIRO,

LUDOV. CASP. VALCKENARIO

S. P. D.

DAVID RUHNKENIUS.

Multa ſunt, Valckenari, Vir Clariſſime, quae in Te admirari ſoleo, ingenium acre, ſubtile judicium, eximia Antiquitatis omnis, priſcaeque elegantiae cognitio. De Graecarum vero literarum ſcientia quid dicam? qua omnium conſenſu ita excellis, uni ut cedas Hemſterhuſio, diſcipulus magiſtro. Atque has tot tam praeclaras virtutes mirifice ornat animi Tui magnitudo; quae quo rarius in his, qui in hoc ipſo literarum genere verſantur, reperitur, eo magis in Te videtur ſuſpicienda. Multum igitur debeo hominibus integerrimis, qui mihi, ante hos duos annos, benivolentiam Tuam, amicitiamque conciliarunt: qua, ne vivam, ſi quid unquam mihi aut carius fuerit, aut eſſe omnino poſſit. Niſi forte leve quiddam & contemnendum eſt, crebris literis a Te erudiri, conſilio prudenti juvari, ad praeclara denique capeſſenda cum exemplo, tum cohortatione incitari. Cogitanti vero mihi, quod tandem amoris erga Te mei monumentum ponerem, viſum eſt, hanc Epiſtolam illuſtri nomini Tuo publice inſcribere: praeſertim cum haud ſciam, cujus judicio meas in Homeridarum Hymnos caſtigationes rectius ſubjiciam, quam Tuo, Ὁμηρικώτατε

Valckenari. Noli tamen aliquid exspectare vel ingeniose excogitatum, vel multo perpolitum studio. Nam etsi nemini elegantiorum literarum amore concedimus, Jurisprudentiae tamen studium latissime patens tantum sibi temporis vindicat, ut, si horis subsecivis animum reficere Poëtarum lectione liceat, valde nobis beati videamur. In Homericis autem Hymnis quod Critices tirocinium ponam, & Te magnopere probare scio, & omnes, qui Veneres antiquas sentire possunt, probaturos confido. Nihil enim ex omni antiquitate superest, quod auream illam Homeri simplicitatem, nativamque elegantiam referat planius. Haec tamen Hymnorum pulcritudo paucorum animos ita pepulit, ut, quas injuria temporis hominumque susceperant maculas, abstergerent ac delerent. Quo magis laudandus est vir sagacissimus idemque eruditissimus, Bernardus Martinus, JCtus, qui, editis Variis Lectionibus Lutetiae Parisiorum 1605. plurima Hymnorum loca vitiata corruptaque miro acumine redintegravit. Cujus libellus cum in hac turba novorum voluminum vix amplius compareret, commode nobis oblatus est a divino viro, Tiberio Hemsterhusio, quo praeceptore gloriamur. Longo post intervallo Josua Barnesius alia in his Hymnis satis feliciter sanavit, alia temere corrupit. Nec quisquam post eum, quod sciam, qui illis medicinam faceret, est inventus. Sed quoniam opera nostra inprimis in suppositiciis versibus indagandis versatur, nec quicquam vulgo aegrius ferunt homines, quam ea, quae quasi longi temporis praescriptione possessionem obtinuerint, rursus inde dejici atque expelli, age, breviter, quid nobis hac de re videatur, explicemus. Omne Critici officium tribus partibus absolvi constat, vel obscuris illustrandis, vel corrigendis pravis, vel sinceris ab adulterinis secernendis. Ultimum munus ut nobilissimum, ita difficillimum semper existimatum est; quo nemo fungi cum aliqua laude possit, nisi acerrimam, quam a natura nactus sit, judicandi facultatem assidua veterum Auctorum lectione subegerit. Ac vetustissimorum quidem Criticorum praecipuam curam in eo versatam esse scimus, ut versus παρεμβεβλημένους distinguerent ab ipsius Poëtae; cum pulcre intellexissent, praestantissimorum Poëtarum car-

Digitized by Google

carmina variis esse modis interpolata. Quippe semidocti magistelli vel Codicum lacunas de ingenio supplebant, vel, quae pressius aut obscurius dicta essent, additis novis versibus illustrabant, vel ipsius Poëtae versus importune repetebant, transferebant, mutabant. Quid? saepe casu magis aut descriptorum inscitia, quam interpolandi consilio, accidit, ut ex glossis, quas vocant, marginalibus, & διττογραφίαις novi versus conflarentur; cujus generis luculentum exemplum videbimus Hymno in Vener. 136. Quae res quantam antiquis Poëtis labem adspersferit, nemo Te, Praestantissime Valckenari, intelligit melius. Sit enim carmen aliquod quamvis multis ingenii doctrinaeque luminibus frequentatum. Simulatque interpolatur, languidum fit & friget, divini ingenii cursu velut retardato: ipsa argumentorum explicatio turbatur ac pervertitur: omnis denique lepos & elegantia perit. Jam haec Criticorum provincia quam egregie a veteribus illis administrata est, tam turpiter neglecta a recentioribus. Certe si a Josepho Scaligero, Nicolao Heinsio, Richardo Bentlejo, paucisque aliis discesseris, quotusquisque est, qui ex immensa ista Correctorum turba ullum spurium versum obelo confoderit? Cujus quidem rei tres causae videntur esse. Primum complures ex his, qui ad veteres Auctores castigandos accedunt, hebetiore sunt ingenio, & ab ipsa natura ad eam inertiam abjecti, ut plane tam severi res judicii ab iis tractari nequeat. Tum saepe etiam hi, quos ingenii sagacitas & interioris doctrinae cultus supra vulgus evexit, tamen hanc viam vel non ingrediuntur, vel ingressi pedem offendunt, propterea quod in veterum monumentis evolvendis desultoria levitate vagantur. Atqui nemo, modo hunc, modo illum Auctorem arripiens, nec cum ullo intimam familiaritatem contrahens, falsa & supposititia distinguat a legitimis & germanis. Is demum se sciat ad hanc judicandi facultatem perventurum, qui saepius repetita lectione in justam scriptoris consuetudinem venerit, ejusque ingenium dicendique formam ita cognorit, ut, quid γνήσιον, quid ὑποβολιμαῖον sit, sentire & quasi gustare possit. Nam saepe haec sentiuntur facilius, quam verbis explanantur. Denique multo plurimos nescio quae puerilis incessit su-

perstitio, ut non audeant ea supposita dicere, quae tot homines eruditi tot seculis pro veris & germanis habuerunt. Quo hominum genere, nescio, an nullum sit impudentius, & literis nobisque magis molestum. Nam quod angustiae pectoris sui non capiunt, non solum gravi supercilio damnant, sed etiam invidiose clamant, hoc demum esse urere, secare, mutilare. Sed istorum voculas silentio potius & contemtu vindicabimus, quam ulla seria confutatione. Neque tamen (ut eo redeat, unde digressa est, oratio) severum hoc judicii genus in quosvis Poëtas exerceri debet, sed tantum in antiquiores illos, ingenio arteque perfectos, qui raro aliquid de virtute sua remittant. Nam recentiores saepe ita sunt ταυτολόγοι, ita frigidi, itaque pueriles, ut, quid a Glossographo, quid ab ipso Auctore profectum sit, vix dijudicari queat. Quae cum ita sint, Vir Eximie, non est committendum, ut diutius a sciolis ludibrio habeamur. Turpe sit docto viro, & erectiore animo praedito, versus, quos de Literatorum faece tenebrio stulte temereque inferserit, tanquam vetusti Poëtae laudare & admirari. Me certe pudet, plurima tanquam Homeri, Theocriti, & Callimachi ante legisse, quae nunc, mentito tantorum virorum nomine, subjecta esse ab aliis, sacramento contendere ausim. Igitur justa, ut arbitramur, poenitentia ducti, ex Homeridarum Hymnis plurimos versus tanquam subditios familia submovimus. Qua in re non quilibet nobis judex feratur, sed Tu, Valckenari, & ut quisque Tui est simillimus. Certe oculi Tui quam sint in falsis indagandis perspicaces, satis nuper intelleximus ex Epistola reconditae eruditionis plena, quam ad M. Röverum scripsisti. Quicunque vero neque Homerum, neque hosce Hymnos ita legerit, ut versibus eorum notandis tritas aures habeat, is sibi de conjecturis nostris existimandi auctoritatem, quaeso, ne assumat. Quos quo saepius atque accuratius excusserit, eo nos certius fraudes patefecisse profligasseque intelliget. Sed tandem transeamus ad Hymnum in Apollinem; cujus, sicut caeterorum Hymnorum, incertus auctor est. Scimus, a Thucydide III. 104. venustissimi carminis scriptorem Homerum perhiberi. Sed nunquam a nobis impetrabimus, ut, ubi

ubi res ad testimonium redierit, unius hominis, quamvis summam, auctoritatem ratam habeamus, plurimarum gentium repudiemus. Atqui quod affirmat Thucydides, negant

Σμύρνα, — Κολοφὼν, Ἰθάκη, Πύλος, Ἄργος, Ἀθῆναι.

ut alias civitates taceam. Quarum quaeque, dum sibi Homerum civem vindicat, hunc in Apollinem Hymnum, ubi Homerus Chius dicitur, ὑποβολιμαῖον esse clamat. Idem poëma Cynaetho Chio tribuit Scholiastes Pindari ad Nemeor. Od. II. princ. cujus sententiam cum Fulvius Ursinus ad Virgilium, tum pauci alii sequuntur. Sed eam Barnesius rationibus chronologicis facile refutavit. Vixit Cynaethus circa Olymp. LXIX. At Thucydides historiam condidit Olymp. LXXXIX. Jam quis credat, hoc carmen tam brevi temporis intervallo tantam vetustatis opinionem consecutum esse, ut a Thucydide Poëtarum Principi adscriberetur? Neque cum Fabricio Bibl. Gr. II. 2. p. 265. colligam ex Scholiaste Apollonii Rhod. II. 1215. Herodorum esse scriptorem Hymnorum, qui Homero tribuuntur. Scholiastae locus hic est: Τὰ δ' αὐτὰ περὶ τοῦ Τυφῶνος καὶ Ἡρόδωρος φησίν. ἔνθα καὶ περὶ τῆς Νύσης ἱστορεῖ, λέγων·

> Ἐστι δέ τις Νύση, ὕπατον κέρας, ἀνθέον ὕλῃ,
> Τηλοῦ Φοινίκης, σχεδὸν Αἰγύπτοιο ῥοάων.

Nihil de hoc loco decernit T. Hemsterhusius ad Lucian. Deor. Dial. IX. p. 229. Sed verissime judicat P. Wesselingius ad Diodor. Sic. I. p. 19. mutilum esse Scholion, & Poëtae nomen ante binos versus allatos excidisse. Est igitur incertum scriptoris nomen: quamvis, quod secutus est, dicendi genus satis ostendat, eum non multum ab Homeri aetate absfuisse. Certius est, Hymnum in Apollinem, qui in scriptis editisque libris unus est, in binos Hymnos dividendum esse. Versus enim 165. Ἀλλ' ἄγε δὴ Λητὼ &c. habet solitum Hymni epilogum & finem. Tum sequitur alterius Hymni initium vs. 176. Ὦ ἄνα καὶ Λυκίης καὶ Μῃονίης &c. Prior Hymnus

Apollinis Delii, posterior Apollinis Delphici laudem complectitur. Priorem autem eo loco, quem indicavimus, finiri, non solum ratio docet, sed etiam veterum scriptorum auctoritas confirmat. Thucydides III. 104. Τὸν γὰρ Δηλιακὸν χορὸν τῶν γυναικῶν ὑμνήσας, ἐτελεύτα τοῦ ἐπαίνου ἐς τάδε τὰ ἔπη, ubi verba ἐτελεύτα τοῦ ἐπαίνου non significant *finem fecit laudis choro Deliaco tributae*, sed *finem fecit Hymni in Apollinem*, ut recte intellexit Aristides T. II. p. 409. διαλεγόμενος (Ὅμηρος) ταῖς Δηλιάσι, καὶ καταλύων τὸ προοίμιον, εἴτις ἔροιτ' ὑμᾶς φησιν ὦ κοῦραι &c. ubi L. Norrmannus, nihil hac de re suspicatus, misere se torquet in explicandis verbis καταλύων τὸ προοίμιον.

Hymn. in Apoll. vs. 32.

Αἰγαί τ', ΕΙΡΕΣΙΑΙ' τε, καὶ ἀγχιάλη Πεπάρηθος.

Legendum:

Αἰγαὶ, ΠΕΙΡΕΣΙΑΙ' τε, καὶ ἀγχιάλη Πεπάρηθος.

Iresiae quidem memorantur a Livio XXXII 13. *Evastata sunt oppida, Phacium, Iresiae, Euhydrium.* Sed hic quoque malim *Piresiae*. Πειρεσιαὶ, urbs Magnesiae, de qua L. Holstenius ad Steph. Byz. v. Ἀσέριον, & v. Πειρασία, N. Heinsius ad Valer. Flacc. I. 356. & Adr. Heringa Observ. cap. 19. p. 161. Error in Hymno natus est e prava scriptura Τειρεσιαὶ pro Πειρεσιαὶ, quam etiam habent Codices Regii in Orpheo Argon. 162. & Apollon. Rh. I. 37. Pro ἀγχιάλη in duobus MSS. Regiis legitur ἀγχίαλος, magis ex more Homeri.

vs. 40.

Καὶ Κλάρος αἰγλήεσσα, καὶ Αἰσαγέης ὄρος αἰπύ.

Idem mons Αἰγαγέη dicitur a Nicandro Theriac. 217. 218.

Οἷα περὶ τρηχὺν Βυκάρτερον, ἢ καὶ ἐρυμνὸς
Αἰγαγέης πρηὼν καὶ Κέρκαφος ἐντὸς ἐέργει.

ubi

ubi Scholiastes: Βυκάζετρος, καὶ Αἰγαγίη, (ita leg.) καὶ Κίρκαφος, ὀνόματά εἰσιν ὀρῶν τῆς Ἀσίας. Sed quidam Nicandri Codd. Αἰσαγένης habent, ut in Hymno. Utra lectio verior sit, incertum.

vs. 45.

Εἴ τις οἱ γαιέων υἱεῖ θέλει οἰκία θεῖναι.

Editio prima, Εἴ τις σοι. Recte MS. Regius: Εἴ τις γαιάων υἱεῖ θέλει οἰκία θεῖναι. quod etiam Barnesius secutus est.

vs. 51. 52. 53.

Δῆλ', εἰ γάρ κ' ἐθέλοις ἕδος ἔμμεναι υἷος ἐμοῖο,
Φοίβου Ἀπόλλωνος, θεῖναί τ' ἔνι πίονα νηόν,
Ἄλλος δ' οὔτις σεῖο ποθ' ἅψεται, οὐδέ σε ΛΙ'ΣΣΕΙ.

Codd. Regii, & Editio prima, ἐθέλεις. Εἰ γὰρ pro *utinam* accipit Heynius, V. C. ad Virgil. Aen. VI. 187. Sed malim cum Cl. Ernesto legere: Δῆλ', εἰ γ' οὐκ ἐθέλεις. Mox omnino scribendum:

Οὐδέ σε ΤΙ'ΣΕΙ.

ut vs. 88. Τίσω δὲ σέ γ' ἔξοχα πάντων. Λίσσει pro λίσσεται, dubito, an idoneum auctorem habeat. Est quidem apud Hesychium: Λίσσει. παρακαλεῖ. Sed glossa vel ex hoc turbido fonte fluxit, vel mutanda est in Λίσσου. παρακάλει. Idem Hesychius mire, ut saepe solet: Ῥατίζει. πρεσβεύει. Tolle particulam ῥα, male adhaerentem, ut sit Τίζει. πρεσβεύει. Contrarium verbum ἀτίζει reddendum Apollonio Rhod. I. 478.

Θεοὺς δ' ἀνένηκεν ἀτίζειν.

Vulgo editur, ἀτύζειν. — Cl. Ernestus ad Homericum Hymnum d. l. non meminerat eorum, quae scripsi Epist. Crit. II. p. 5.

vs. 57.

Ἄνθρωποί τοι πάντες ἀγινεῦσιν ἑκατόμβας.

Recte Barnesius edidit:

Ἄνθρωποί τοι πάντες ἀγινήσουσ᾽ ἑκατόμβας.

cujus correctionem duo MSS. Regii confirmant.

vs. 59.

Δηρὸν ἄνακτ᾽ εἰ βόσκοις, οἵτε θεοί κέ σ᾽ ἔχωσιν.

Sic primus edidit H. Stephanus, ex codice, incertum, an ex conjectura. In duobus Codd. Regiis legitur cum lacuna: Δηρὸν ἄναξ εἰ βόσκοις. . . . . . Editio vero prima sic locum exhibet: Δηρὸν ἄναξ εἰ βόσκοις, θεοί κέ σ᾽ ἔχωσιν. Quod, vereor, ne recentioris Grammatici supplementum sit. Locus est corruptissimus, & frustra tentatus a Barnesio; in quo, nollem, nos destituisset Codex Moscoviensis, ceteris multo praestantior. Ab eo enim absunt omnia inde a vs. 23. usque ad vs. 73.

vs. 74. 75.

Ἔνθ᾽ ἐμὲ μὲν μέγα κῦμα κατὰ κρατὸς ἅλις αἰεὶ
Κλύσσει· ὁ δ᾽ ἄλλην γαῖαν ἀφίξεται ἥ κεν ἅδῃ οἱ.

Codex alter e Regiis: Ἔνθ᾽ ἐμὲ μὲν μέγα κῦμα κατὰ κρατὸς ἅλις αἰεὶ Κλύσει· ὁ δ᾽ ἄλλην γαῖαν ἀναφίξεται ἥ κεν ἅδοιη. Moscov. habet κατὰ κράτος divisim, ut Edit. pr. κατακράτος conjunctim. Sed vulgata firmatur ex Od. K. 362. Θυμῆρες κεράσασα κατὰ κρατός τε καὶ ὤμων. Mox Moscov. mirifice, ἧκεν ἀίδης.

vs. 78.

Οἰκία ποιήσονται ἀκηδέα, χῆτεϊ λαῶν.

Bini Codices Regii insigni varietate: Οἰκία ποιήσονται ἕνεκά τε φῦλα νεπούδων. Vulgata bene habet, si ἀκηδέα adverbialiter accipias pro ἀκηδῶς, *secure*.

vs

vſ. 124. 125.

Ἀλλὰ Θέμις νέκταρ τι καὶ ἀμβροσίην ἐρατεινὴν
Ἀθανάτησιν χερσὶν ἐπήρξατο.

Cod. Moſcov. ἐπώρξατο· quo ne quis putet abſonum iſtud & Graecis inauditum πορέξατο, quod Bernardo Martino Var. Lect. I. 27. in mentem venit, confirmari, is legat virum ſummum, J. Fr. Gronovium Obſerv. I. 4.

vſ. 135 — 139.

Χρυσῷ δ' ἄρα Δῆλος ἅπασα
Βεβρίθει, καθορῶσα Διὸς Λητοῦς τε γενέθλην,
Γηθοσύνη ὅτι μιν θεὸς εἵλετο οἰκία θέσθαι
Νήσων ἠπείρων τε· φίλησε δὲ κηρόθι μᾶλλον,
Ἤνθησ' ὡς ὅτε ῥίον ὄρεος ἄνθεσιν ὕλης.

Olim vſ. 139. nullo modo cohaerentem cum praecedentibus, aliunde irrepſiſſe putabamus. Nunc nos alio ducunt duo Codd. Regii & Moſcovienſis, omittentes vſ. 136. 137. 138. retinentesque vſ. 139. Nec dubitem, quin tres illi verſus ex alio poëta huc immigrarint. Certe, illis ejectis, bene coit vſ. 139. cum vſ. 135. Iidem Codices metrum ita fulciunt: Ἤνθησ' ὡς ὅτε τι ῥίον ὄρεος ἄνθεσιν ὕλης. quo confirmatur τι, quod ante ῥίον bene inſerebat Barneſius, in ceteris non audiendus.

vſ. 151.

Φαίη κ' ἀθανάτους καὶ ἀγήρως ἔμμεναι ἀνὴρ,
Οἳ τότ' ἐπαντία σεῖο τ' Ἴάονες ἀθρόοι εἶσι.

Vix animum meum explet conjectura B. Martini Var. Lect. III. 25. a Barneſio & Clarkio valde laudata. MSS. Regii: Φαίη κ' ἀθανάτης καὶ ἀγήρως ἔμμεναι αἰεὶ, Οἳ δὴ τότ' ἐπαντία σεῖο τ' Ἴάονες ἀθρόοι εἶεν. Moſcov. Φαίη κ' ἀθάνατης καὶ ἀγήρως ἔμμεναι αἰεὶ, Οἳ τότ' ἐπαντιάσει τ' Ἴάονες ἀθρόοι εἶεν. Horum librorum veſtigia ſecutus, ſic emendo:

Φαίης κ' ἀθανάτους καὶ ἀγήρως ἔμμεναι αἰεὶ,
Οἳ τότ' ἐπαντία σεῖό γ' Ἴάονες ἀθρόοι εἶεν.

Il. O. 697. Φαίης κ' ἀκμῆτας καὶ ἀτειρέας ἀλλήλοισιν Ἄντεσθ' ἐν πολέμῳ. Neque opus est, versu sequenti pro ἴδοιτο & τέρψαιτο scribere ἴδοιο & τέρψαιο. Nam illa personarum mutatione nihil usitatius.

vs. 156.

Πρὸς δὲ, τόδε μέγα θαῦμα ὅτευ κλέος οὔποτ' ὀλεῖται.

Recte Barnesius ex Il. B. 325. ubi idem hemistichium est, edidit, ὅου κλέος. quod MSS. Regii, & Edit. pr. confirmant. Moscov. Πρὸς δὲ, τόδε μέγα θαῦμα ὅ' οὗ κλέος &c.

vs. 157.

Κοῦραι Δηλιάδες, Ἑκατηβελέταο θεράπαιναι.

MSS. Regii: Κοῦραι Δηλιάδες θ', Ἑκατηβελέταο θεράπναι. Recte θεράπναι, ut alii quoque viderunt.

vs. 165.

Ἀλλ' ἄγε δὴ, Λητὼ μὲν, Ἀπόλλων τ', Ἀρτέμιδι ξύν.

MSS. Moscov. & Regii, item Edit. pr. hunc versum sic scriptum exhibent: Ἀλλ' ἄγε δὴ, Λητὼ μὲν, Ἀπόλλων, Ἀρτέμιδι ξύν. Moscov. praeterea δὴ omittit. Haec varietas verissimam scripturam, quam Thucydides III. 104. conservavit, & L. Normannus ad Aristid. T. II. p. 592. vindicavit, egregie confirmat:

Ἀλλ' ἄγεθ', ἱλήκοι μὲν Ἀπόλλων, Ἀρτέμιδι ξύν.

Aratus Phaen. 637. Ἄρτεμις ἱλήκοι. Dionys. Perieg. 447. Ἀλλ' ὁ μὲν (Ἀπόλλων) ἱλήκοι. Fortasse huc etiam referenda Hesychii glossa: Ἱλήκοι. ἐν εὐμενείᾳ εἴη. Paulo aliter hunc versum constituebat doctissimus Berglerus Praef. ad Odyss. p. 3. Ἀλλ' ἄγεθ' ἵληθι μὲν Ἀπολλόν τ' Ἀρτέμιδι ξύν. Sed melior est altera ratio, quod ἄγεθ' non ad Apollinem & Dianam, sed ad Deliades refertur.

vſ. 171 — 176.

Ὑμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθε ἈΦ' ἩΜΕ'ΩΝ·
Τυφλὸς ἀνὴρ, οἰκεῖ δὲ Χίῳ ἐνὶ παιπαλοέσσῃ,
Τοῦ πᾶσαι μετόπισθεν ἀριστεύουσιν ἀοιδαί.
Ἡμεῖς δ' ἡμέτερον κλέος οἴσομεν ὅσσον ἐπ' αἶαν
Ἀνθρώπων στρεφόμεσθα πόλεις εὖ ναιεταώσας.
Οἱ ἐπειδὴ πείσονται, ἐπεὶ καὶ ἐτήτυμόν ἐστιν.

Omnes, quas vidi, Editiones vſ. 171. habent ἀφ' ἡμέων. Ariſtides T. II. p. 409. qui vſ. 169. 170. 171. 172. affert, ἀφ' ὑμῶν. ſicut duo Codd. Regii h. l. Thucydides III. 104. quaedam ex his laudans, ἀφήμως. Quam lectionem probat Laurent. Norrmannus ad Ariſtidis d. l. Sed haec quoque mendoſa eſt; ſcribendumque auctoritate Thucydidis Codicum:

Ὑμεῖς δ' εὖ μάλα πᾶσαι ὑποκρίνασθ' ΕΥ̓ΦΗ'ΜΩΣ.

quod, neſcio, cur a nuperis Hiſtorici Editoribus neglectum ſit. Dicerem, a Scholiaſte quoque εὐφήμως agnoſci, qui interpretatur: σιγῇ, ἡσύχα, ἀθρόως. i. e. ἄνευ θρόου. niſi Heſychius quoque in Lexicon ſuum retuliſſet: Ἀφήμως, ἐν κόσμῳ, ἡσυχῇ. Quae gloſſa fluxit ex hoc vitioſo loco, & in εὐφήμως mutanda eſt, judice Cl. Kuſtero. Nemo tamen Poëtae ſententiam cepit; qui non *ſilentium* poſtulat, ſed *bona verba & laudes*. Vſ. 174. pro ἡμέτερον ex MSS. Regiis & Moſcov. lege ὑμέτερον, ut Cl. Erneſtus etiam correxit. vſ. 176. Οἱ δ' ἐπὶ δὴ πείσονται, de Barneſii conjectura. MSS. Regii: Οἱ δ' ἐπὶ δὴν πείσονται. Sed hoc levius eſt: illud gravius, verſus 173. 174. 175. & 176. non a venuſtiſſimo Hymni ſcriptore, ſed a futili inficetoque verſificatore profectos eſſe. Nam primum vſ. 173. tanquam ad Homerum pertinentem, vix praeteriiſſet Thucydides d. l. ſi in exemplaribus, quibus tum utebantur, eſſet repertus. Deinde quale iſtud eſt, ἀριστεύουσιν ἀοιδαί. Tua te lingua prodit, o! bone. Digna haec ſunt Nonni aetate, non Homeri. Denique vſ. 174. & 175. maxime 176. ſunt ejusmodi, ut nemo, ſemel monitus, eos pro Homericis ſit habiturus. Hanc animadverſionem, gaudeo, me cum aliis, tum Tibi etiam, κριτικώτατε Valckenari, privatis literis probaſſe.

vſ. 181.

Αὐτὸς δ' αὖ Δήλοιο περικλύστης μέγ' ἀνάσσεις.

Codex Moſcov. Αὐτὸς γὰρ Δήλοιο περικλύστου μέγ' ἀνάσσεις. Barneſius etiam περικλύστου legebat.

vſ. 184.

Ἄμβροτα εἵματ' ἔχων τε θυώδεα. —

MSS. Regii: εἵματ' ἔχοντι θυώδεα. Barneſius legebat: Ἄμβροτα εἵματ' ἔχων τεθυωμένα. quod Clarkius Homericum eſſe negat. Sic tamen locutus eſt poëta veterrimus, Staſinus apud Athen. XV. p. 682. F. οἷς Ἀφροδίτη Ὥραις παντοίαις τεθυωμένα εἵματα ἕστο.

vſ. 189.

Μοῦσαι μέν θ' ἅμα πᾶσαι ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ.

Hic verſus deſideratur in duobus MSS. Regiis. Neque eum laudat Diodor. Sic. IV. p. 252. ut L. Rhodomannus putabat, ſed alium ſimillimum ex Od. Ω. 60. Eſt tamen in MS. Moſcov. ceterisque libris, & ſervandus videtur.

vſ. 192.

Ζώουσ' ἀμφραδέες καὶ ἀμήχανοι. —

Facilem ac veram Barneſii correctionem, ἀφραδέες, confirmat Codex Moſcovienſis.

vſ. 197.

Τῇσι μὲν οὔτ' αἰσχρὴ μεταμέλπεται, οὔτι λάχεια.

Sic Codex Moſcov. & libri editi. At MSS. Regii, οὔτ' ἐλάχεια, ut ſemper in his vocibus apud Homerum variatur. Vide Kuſterum ad Suid. v. Λάχεια. Mox MS. Moſcov. καὶ εἶδος ἀγαυὴ, praeter Homeri conſuetudinem.

vſ.

vſ. 208 — 213.

Ἠέ σ' ἐνὶ μνηστῆσιν ἀείδω καὶ φιλότητι,
Ὁππότ' ἀνωόμενος ἴκιες Ἀζαντίδα κούρην,
Ἴσχυ' ἅμ' ἀντιθέῳ Ἐλατιονίδῃ εὐίππῳ,
Ἢ ἅμα Φόρβαντι Τριόπῳ γένος, ἢ ἅμ' Ἐρευθεῖ,
Ἢ ἅμα Λευκίππῳ καὶ Λευκίπποιο δάμαρτι
Πεζὸς, ὁ δ' ἵπποισιν· οὐ μὴν Τρίοπός γ' ἐνέλιπεν.

Huic loco tenebras offundit hiſtoriae ignoratio. Vſ. 208. MSS. & Edit. pr. habent μνηστῆσιν, Edd. recentiores μνηστῆρσιν· quod placet. De vſ. 209. duplex eſt conjectura B. Martini Var. Lect. IV. 8. Ὥς ποτε μνωόμενος ἴκιες Ἀζανίδα κούρην. vel, Ὥς ποτε μνωόμενος ἴκιες ἐς Ἀβαντίδα χώρην. Veriſſime reſtituit, Ὥς ποτε μνωόμενος. In Cod. Moſcov. legitur, Ὁππόταν ἱέμενος. Tum Martinus pro Ἀζαντίδα conjicit Ἀζανίδα. ut Coronis, Phlegyae filia, cujus procus Apollo cum Iſchye, Elati filio, fuit, intelligatur. Quod ſecutus eſt P. Burmannus ad Ovid. Met. II. 599. Enimvero Coronis non *Azanis* vel *Arcadia* dicenda erat, ſed *Theſſala* vel *Lariſſaea*, ſicut vocatur ab Ovidio Met. II. 542. ubi vide Heinſium. Multo minus nobis probatur alterum Martini commentum, ἐς Ἀβαντίδα χώρην. Non deerit aliquando, qui ex Codicis Moſcovienſis ſcriptura Ἀτλαντίδα veram lectionem eruat. Neſcio, an tanti ſit memorare ἴκιες eodem verſu ineptiſſime in ἴκαις mutari a Fr. Morello ad Liban. T. I. p. 3. Verſus 211. Ἢ ἅμα &c. in MSS. Regiis omiſſus eſt, librarii oculis ad ſequentem verſum, qui iisdem verbis incipit, aberrantibus. In MS. Moſcov. ita ſcribitur: Ἢ ἅμα Φόρβαντι Τριοπῷ γένος, ἢ ἅμ' Ἐρεχθεῖ. *Erechthei* nomen etiam Barneſius de conjectura repoſuit. Sed praeterea ſcribendum: Ἢ ἅμα Φόρβαντι Τριοπαγενεῖ. Τριοπαγενὴς, ut Ἀτλαγενὴς apud Heſiodum Ἔ. καὶ Ἡμ. 383. De Phorbante, Triopae filio, vide Weſſelingium ad Diodor. Sicul. V. p. 377. Denique vſ. 213. pro ἐνέλιπεν vel ἐνέλειπεν MS. Moſcov. habet ἐνέλειψεν.

vſ. 216.

Πιερίης μὲν πρῶτον ἀπ' Οὐλύμποιο κατῆλθες.

Pro

Pro Πιερίης in Cod. Moscov. est Πετρίην. Igitur scribendum:

Πιερίην μὲν πρῶτον ἀπ' Οὐλύμποιο κατῆλθες.

vs. 217.

Αἴκ̓ον τ' ἠμαθόεντα παρέστιχες, ἢ Μαγνεῖδας.

Codex Moscov. ἢ Ἀγνιῆνας· in quo Barnesiana lectio, ἢ Μαγνῆτας, an alia lateat, videant acutiores.

vs. 220.

τό τοι οὐχ ἅδε θυμῷ
Τεύξασθαι νηόν τε καὶ ἄλσεα δενδρήεντα.

MS. Moscov. τῷ τ' οὐχ ἅδε θυμῷ. Scribendum:

τόθι οὐχ ἅδε θυμῷ.

Sic vs. 244. Βῆς δ' ἐπὶ Δελφούσης, τόθι τοι ἅδε χῶρος ἀπήμων.

vs. 224.

Ἐς Μυκαλησσὸν ἰὼν καὶ Τευμησσὸν λεχεποίην.

MS. Moscov. Εἰς Μυκαλισσὸν ἰὼν καὶ Τίμμισον λεχεποίην. Duo Regii pro Τευμησσὸν exhibent Τελμησσὸν, ut semper in hoc nomine variari, Tu, Valckenari, ad Euripid. Phoeniss. 1107. erudite copioseque docuisti. Vulgatam scripturam firmat Stephan. Byz. hunc versum laudans, v. Τευμησσός.

vs. 227.

Οὐδ' ἄρα πώποτε ἦσαν ἀταρπιτοὶ, οὐδὲ κέλευθοι.

MS. Moscov. & unus ex Regiis cum Edit. prima: οὐδ' ἄρα πώποτε γ' ἦσαν ἀταρπιτοί. Rectius alter Regius: Οὐδ' ἄρα πω τότε γ' ἦσαν ἀταρπιτοί.

vs. 232.

Ἕλκων ἅρματα καλὰ, χαμαὶ δ' ἐλατὴρ ἀγαθός περ.

Hic versus desideratur in Cod. Moscov.

vs.

vſ. 247.

Δελφῦσ', ἐνθάδε δὴ φρονέω περικαλλέα νηόν.

Codex Moſcov. qui vſ. 244. vulgatam ſcripturam Δελφούσης retinet, reliquis locis, ubi hic Boeotiae fons memoratur, Τελφοῦσα praebet, ut MSS. Regii, & Edit. pr. vſ. 377. 379. 386. 387. Veteres hoc nomen variis modis ſcribunt, Δελφοῦσα & Τελφοῦσα Auctor Hymni, & Stephan. Byz. Τιλφῶσσα Pindarus apud Athen. II. p. 41. E. Strabo IX. p. 630. & Euſtathius, Athenaeum exſcribens, ad Il. X. p. 1263. Od. K. p. 1668. Τιλφοῦσα Pauſanias Boeot. 33. ubi vide Sylburgium. Ab hoc fonte Apollo apud Boeotios dictus eſt Δελφούσιος, vel Τελφούσιος, ut in hoc Hymno vſ. 386. & Lycophrone vſ. 562. ubi vide Tzetzen, & Potteri errorem ex iis, quae diſputavimus, emenda.

vſ. 249.

οἵτέ μοι αἰεὶ
Ἐνθάδ' ἀγινήσουσι τεληέσσας ἑκατόμβας.

MS. Moſcov. οἵτέ μοι αἰεὶ Πολλοὶ ἀγινήσουσιν &c.

vſ. 251.

καὶ ἀμφιρύτας κατὰ νήσους.

MS. Moſcov. καὶ ἀμφιρύτους κατὰ νήσους. ut legitur vſ. 291. Barneſius vulgatum praefert. Male. Heſiodus Ἐ. καὶ Ἡμ. 595. Κρήνης τ' ἀενάου καὶ ἀποῤῥύτου, ἥ τ' ἀθόλωτος. Vide G. Koenium ad Gregor. de Dialect. p. 25.

vſ. 269.

Ἐν Κρίσσῃ ποίησαι ὑπὸ πτυχὶ Παρνασσοῖο.

In MS. Moſcov. ſemper ſcribitur Κρίσῃ, ut ſaepe alibi. Vide L. Holſten. ad Steph. Byz. in v. Hunc verſum laudat Pauſanias in Phocic. 37.

vſ. 272.

Ἀλλὰ καὶ ὥς προάγοιεν Ἰηπαιήονι δῶρα
Ἀνθρώπων κλυτὰ φῦλα.

MS. Moſcov. Ἀλλά τοι ὥς πρισάγοι ἰηεῦ Παιήονι δῶρα. ex quo corrigendum: Ἀλλὰ καὶ ὥς προσάγοιεν Ἰηπαιήονι δῶρα. Mox MSS. Regii: Δέξαιο ἱερὰ καλά.

vſ. 284.

αὐτὰρ ὕπερθεν
Πέτρη ὑποκρίμαται.

MSS. Moſcov. & Regii bene, ἐπικρίμαται, ut correxit Erneſtus.

vſ. 305.

Καί ποτε δεξαμένη χρυσοθρόνου ἔτρεφεν Ἥρης.

Hic verſus mihi aliquando ſuſpectus fuit. Nunc, narrationis ſerie diligentius perpenſa, retinendus, & ſic explicandus videtur: *Aliquando draco a Junone accepit, nutriitque Typhonem.* In δεξαμένη ex vſ. 300. intelligendum δράκαινα, ſicut etiam vſ. 354. ἡ δ' ὑπέδεκτο. Genitivus Ἥρης pendet ab omiſſa praepoſitione ἀπό. Ceterum Steſichorus quoque Typhonem Junonis filium dixit. Etymol. M. p. 772. l. 50. Στησίχορος δὲ Τυφωέα γενεαλογεῖ Ἥρας μόνης, κατὰ μνησικακίαν Διὸς τεκούσης αὐτόν.

vſ. 308.

Εὖτ' ἄρα δὴ Κρονίδης ἐρικυδέα γείνατ' Ἀθήνην.

Cod. Moſcov. Ἥνεκ' ἄρα Κρονίδης ἐρικυδέα γείνατ' Ἀθήνην. ubi ἥνεκ' vel pro εὖνεκ', vel pro ἧμος ſcriptum videtur. Sed vulgata melior eſt.

vſ. 317. 318.

Παῖς ἐμὸς Ἥφαιστος, ῥικνὸς πόδας, ὃν τέκον αὐτὴ,
Ῥίψ' ἀνὰ χερσὶν ἑλοῦσα, καὶ ἔμβαλον εὐρέϊ πόντῳ.

Poſt

Post vſ. 317. in Editione prima notatur: Λείπει. In Codd noſtris nullum eſt lacunae indicium; nec quicquam ad ſententiam deſideres, ſi modo legas & diſtinguas:

Παῖς ἐμὸς Ἥφαιστος, ῥικνὸς πόδας, ὃν γε μὲν αὐτὴ
Ῥίψ᾽ ἀνὰ χερσὶν ἑλοῦσα, καὶ ἔμβαλον εὐρέϊ πόντῳ.

Barneſianum, ὅν τε κεν αὐτὴ, bene refellit Clarkius. In MSS. Regiis pro ἔμβαλον male eſt ἔμβαλεν.

vſ. 322. 323.

Σχέτλιε, ποικιλομῆτα, τί νῦν ἔτι μήσεαι ἄλλο;
Πῶς ἔτλης οἶος τεκέειν γλαυκώπιδ᾽ Ἀθήνην;

MS. Moſcov. perperam, τί νῦν μητίσεαι ἄλλο. Locus expreſſus eſt ex Od. Λ. 473. Σχέτλιε, τίπτ᾽ ἔτι μεῖζον ἐνὶ φρεσὶ μήσεαι ἔργον; Πῶς ἔτλης Ἀϊδόσδε κατελθέμεν;

vſ. 325.

καὶ σὺ κεκλημένη ἔμπης
Ἣν ἄρ᾽ ἐν ἀθανάτοισιν οἳ οὐρανὸν εὐρὺν ἔχουσι.

MSS. Regii & Moſcov. Ἣ ῥ᾽ ἐν ἀθανάτοισιν.

vſ. 326.

Καὶ νῦν τοι γὰρ ἐγὼ τεχνήσομαι ὥς κε γένηται.

Cod. Moſcov. Καὶ νῦν μέντοι ἔγωγ᾽ ἐκθήσομαι ὥς κε γένηται.

vſ. 328.

Οὔτε σὸν αἰσχύνας ἱερὸν λέχος, οὔτ᾽ ἐμὸν αὐτῆς.

Barneſius legit αἰσχύνασ᾽, ut ad Junonem referatur, Clarkius tenet αἰσχύνας, ut ad παῖς. Nobis placet Barneſii ratio, praeſertim cum a MS. Regio confirmetur.

vſ. 336.

Ὣς εἰποῦσ᾽, ἀπὸ νόσφι θεῶν κίε χωομένη κῆρ.

Atqui versu praecedenti dixit, θεοῖσι μετέσσομαι ἀθανάτοισι. Igitur legendum:

Ὣς εἰποῦσ', ἀπὸ νόσφι Διὸς κίε χωομένη κῆρ.

vs. 349. 350.

Ἀλλ' ὅτε δὴ νύκτες τε ϗ ἡμέραι ἐξετελεῦντο,
Ἂψ περιτελλομένου ἔτεος, ϗ ἐπήλυθον ὧραι.

Codex Moscov. Ἀλλ' ὅτε δὴ μῆνές τε ϗ ἡμέραι ἐξετελεῦντο, Ἂψ ἐπιτελλομένου ἔτεος. Rectissime, μῆνες. Sic enim legitur Od. Λ. 293. unde hi versus desumti sunt. Barnesius praeter rem conjiciebat: Ἀλλ' ὅτε δὴ νύκτες τε καὶ ἤματα μακρὰ τελεῦντο.

vs. 351 — 356.

Ἡ δ' ἔτεκ' οὔτε θεοῖς ἐναλίγκιον, οὔτε βροτοῖσι,
Δεινόν τ', ἀργαλέον τε, Τυφάονα, πῆμα βροτοῖσιν.
Αὐτίκα τόνδε λαβοῦσα βοῶπις πότνια Ἥρη,
Δῶκεν ἔπειτα φέρουσα κακῷ κακόν· ἡ δ' ὑπέδεκτο.
Ὃς κακὰ πόλλ' ἔρδεσκε κατὰ κλυτὰ φῦλ' ἀνθρώπων.
Ὃς τῇγ' ἀντιάσειε, φέρεσκέ μιν αἴσιμον ἦμαρ.

Cum olim juvenis in hoc tam impedito loco haeserim, periculum faciam, an maturior aetas hinc sese expedire possit. Primum duo versus in eandem vocem βροτοῖσι desinentes auribus ejus, qui Codicem Moscoviensem descripsit, tam ingrati acciderunt, ut versum 352. sic mutaret: Τυφάονα, πῆμα θεοῖσιν. Similis locus Hesiodi Theog. 295. Ἡ δ' ἔτεκ' ἄλλο πέλωρον, ἀμήχανον, οὐδὲν ἐοικὸς Θνητοῖς ἀνθρώποις, οὐδ' ἀθανάτοισι θεοῖσι. Deinde non concinne loquentis, sed plane balbutientis oratio est: ἡ δ' ὑπέδεκτο. Ὃς κακὰ &c. Ὃς τῇγε &c. Versus quidem 355. si non delendus est, tanquam repetitus ex vs. 303. certe rectius ponetur post vs. 351. Librarius quoque Codicis Moscoviensis, turbata orationis serie offensus, pro Ὃς τῇγ' ἀντιάσειε scripsit Ὃς τῷγ' ἀντιάσειε, ut hic versus ad Typhonem referatur. Sed verba, ἡ δ' ὑπέδεκτο, et, Ὃς τῇγ' ἀντιάσειε, ad draconem (δράκαινα) sive Pythonem, qui Typhonem nutriendum recepit, pertinere, sequentes versus liquido ostendunt.

vs. 361.

Πυκνὰ μάλ' ἔνθα καὶ ἔνθα ἐλίσσετο, λῆπε δὲ θυμὸν,
Φοινὸν ἀποπνείουσ'.

In Edit. pr. deest καὶ ἔνθα. Quod restituit Guil. Canterus Nov. Lect. IV. 23. habentque MSS. nostri. Mox verissime monuit Clarkius, λεῖπε θυμὸν, non esse locutionem Homericam. At prorsus Homericum est, quod de conjectura reponimus:

Πυκνὰ μάλ' ἔνθα καὶ ἔνθα ἐλίσσετο, λεῖϐε δὲ φοινὸν,
Θυμὸν ἀποπνείουσ'.

Λεῖϐε φοινὸν confirmat Hesiodus Asp. 174. Δοιοὶ, ἀπυράμενοι ψυχὰς, κατὰ δέ σφι κελαινὸν Αἷμ' ἀπελείϐετ' ἔραζ'. Alterum θυμὸν ἀποπνείουσα Homerus Il. Δ. 524. Κάππεσεν, ἄμφω χεῖρε φίλοις ἑτάροισι πετάσσας, Θυμὸν ἀποπνείων.

vs. 367.

Οὐδέ τι τοι θανατόν γε δυσηλεγέ' οὔτε Τυφωεὺς
Ἀρκέσει.

Codex Moscov. Οὐδέ τι τοι θάνατον δυσκλεᾶ οὔτε Τυφωνεὺς Ἀρκέσει. Notanda rarior forma Τυφωνεὺς, quam etiam Hesychius agnoscit: Τυφωνεῖ. Τυφῶνι, ἑνὶ τῶν γιγάντων. ubi male corrigitur Τυφωεῖ. Nam ut a Τυφὼς est Τυφωεὺς, sic a Τυφῶν Τυφωνεύς.

vs. 371.

τὴν δὲ σκότος ὄσσε κάλυψε.

Mollius MSS. nostri, τὴν δὲ σκότος ὄσσ' ἐκάλυψε, ut semper apud Homerum.

vs. 372 — 374.

Τὴν δ' αὐτοῦ κατέπυσ' ἱερὸν μένος ἠελίοιο.
Ἐξ οὗ νῦν Πυθὼ κικλήσκεται· οἱ δὲ ἄνακτα
Πύθιον καλέουσιν ἐπώνυμον, οὕνεκα κεῖθι
Αὐτοῦ πῦσε πέλωρ μένος ὀξέος ἠελίοιο.

Bene Bern. Martinus Var. Lect. I. 14. corrigit vs. 372.

ἱερὸν μένος ἠελίοιο. Versu 373. inepte junguntur κεῖθι & αὐτῷ. Forte scribendum: ἔνικ' ἐκεῖνο Αὐτῷ πῦσε πέλωρ &c. Sed quid faciemus voci Πύθιον, cujus media syllaba, contra perpetuam poëtarum consuetudinem, porrigitur? Omnino versus 372. 373. 374. pueriles sunt, & paene barbari, quos nemo, Valckenari, probaverit auribus Tuis, priscae venustati sentiendae adsuetis. Eos, ut opinor, inculcavit Grammaticus, a verbo πύσε vs. 369. admonitus, commode hic rationem nominis *Python* explicari posse. Pro πέλωρ vs. 374. MS. Moscov. πέλας. An pro τέρας, ut vs. 302. τέρας ἄγριον.

vs. 382. 383.

Ἦ, καὶ ἐπὶ ῥίον ὦσεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων
ΠΕ΄ΤΡΗΙΣΙ ΠΡΟΧΥ΄ΤΗΙΣΙΝ, ἀπέκρυψεν δὲ ῥέεθρα.

Dudum suspicatus eram, poëtam sic scripsisse:

Ἦ, καὶ ἐπὶ ῥίον ὦσεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων
ΠΡΩ΄ΤΗΙΣΙ ΠΡΟΧΟ΄ΗΙΣΙΝ, ἀπέκρυψεν δὲ ῥέεθρα.

vel certe:

ΠΕΤΡΑΙ΄ΑΙΣ ΠΡΟΧΟ΄ΗΙΣΙΝ.

Apollon. Rhod. IV. 1416. Ἤ τινα πετραίην χύσιν ὕδατος. & vs. 1456. πετραίῃ Μινύαι περὶ πίδακι δινεύεσκον. Q. Smyrnaeus III. 576. ὡσεί τε μέλαν κατὰ πίδακος ὕδωρ Πετραίης. Postea nos mirifice in hac conjectura confirmavit Callimachus, hunc ipsum locum imitatus, H. in Del. 134. 135.

Ἀλλά οἱ Ἄρης
Παγγαίου προθέλυμνα καρήατα μέλλεν ἀείρας
Ἐμβαλέειν δίνῃσιν, ἀποκρύψειν δὲ ῥέεθρα.

vs. 402. 403.

Τῶν δ' ὅτις κατὰ θυμὸν ἐπιφράσσαιτο νοῆσαι,
Πάντοθ' ἀνασσείσασκε, τίνασσε δὲ νήϊα δοῦρα.

Codex Moscov. Τῶν δ' ὅτις κατὰ θυμὸν ἐπιφράσαιτο νοῆσαι, Πάντοθ' ἀνασσείασκε, τίνασσε δὲ νήϊα δουρός. Optime ἀνασσείασκε. Cetera meliora in libris vulgatis. Pro πάντοθ' MSS. Reg. πάντοσ'.

vs.

vs. 406. 407.

Οὐδὲ λύον λαῖφος νηὸς κυανοπρώροιο.
Ἀλλ᾽ ὡς οἱ τὰ πρῶτα κατεστήσαντο βοεῦσιν.

Elegantius Cod. Moscov. Οὐδ᾽ ἔλυον λαῖφος νηὸς κυανοπρώροιο. Ἀλλ᾽ ὡς τὰ πρώτιστα κατεστήσαντο βοεῦσιν. Οἱ etiam abest a MSS. Regiis.

vs. 408.

Ὡς ἔπλεον, κραιπνὸς δὲ νότος κατόπισθεν ΕΓΕΙΡΕ
Νῆα θοήν.

Certa emendatione scribendum:

Ὡς ἔπλεον, κραιπνὸς δὲ νότος κατόπισθεν ΕΠΕΙΓΕ
Νῆα θοήν.

Od. M. 167. ἔπειγε γὰρ οὖρος ἀπήμων. quod expressit Virgil. Aen. III. 130. *Prosequitur surgens a puppi ventus euntes.* Sophocles Philoct. 1443. Καιρὸς καὶ πλοῦς. Οδ. ἐπείγει γὰρ κατὰ πρύμναν. Apollon. Rhod. IV. 1769. χρειώ τι καὶ ἄσπετος οὖρος ἔπειγεν. Mamertin. Paneg. Maximiani cap. 4. *cum navem secundus a puppi flatus impelleret.*

vs. 419. 420.

Ἀλλὰ παρὲκ Πελοπόννησον πίειραν ἔχουσα
Ἤιεν ὁδόν· πνοιῇ δὲ ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων
Ῥηϊδίως ἴθυν᾽.

Cod. Moscov. Ἀλλὰ παρὲκ Πελοπόννησον πίειραν ἔχουσα Ἤϊ᾽ ὁδόν· πνοιὴν δὲ ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων Ῥηϊδίως ἴθυν᾽. Aut ἤϊ᾽. legendum ex Codice, aut ᾔειν cum jota subscripto, contracte pro ἤϊεν, ut Clarkio placet. Ὁδὸν junge cum ἔχουσα, non cum ᾔειν. Barnesium ratio fugit. Altera Codicis lectio πνοιὴν tametsi explicari potest, vulgata tamen potior videtur. Od. Λ. 10. τὴν δ᾽ ἄνεμός τε, κυβερνήτης τ᾽ ἴθυνεν.

vs. 423.

Καὶ Θρύον, Ἀλφειοῖο πόρον, ἐΰκτίμενον αἰπύ.

MSS.

MSS. Regii recte ante ἐϋκτίμενον inserunt καί. Est enim ex Il. B. 592. ubi idem versus occurrit, legendum:

> Καὶ Θρύον, Ἀλφειοῖο πόρον, καὶ ἐΰκτιτον Αἶπυ.

Vidit etiam Barnesius.

vs. 438.

> Ἷξον δ' ἐς Κρίσσην εὐδείελον, ἀμπελόεσσαν,
> Ἐς λιμέν'.

MS. Moscov. Ἷξον δ' ἐς Κρίσσην εὐδείελον, ἀμπελόεσσαν, Λιμένος δ'.

vs. 440.

> Ἔνθ' ἐκ νηὸς ὄρουσεν ἄναξ ἑκάεργος Ἀπόλλων,
> Ἀστέρι εἰδόμενος μέσῳ ἤματι, τοῦ δ' ἀπὸ πολλαὶ
> Σπινθαρίδες πωτῶντο, σέλας δ' εἰς οὐρανὸν ἷκεν.

Comparatio ducta est ex Il. Δ. 75. Οἷον δ' ἀστέρα ἧκε Κρόνου παῖς ἀγκυλομήτεω, Ἢ ναύτῃσι τέρας, ἠὲ στρατῷ εὐρέϊ λαῶν, Λαμπρόν· τοῦ δέ τε πολλοὶ ἀπὸ σπινθῆρες ἵενται· Τῷ εἰκυῖ' ἤϊξεν ἐπὶ χθόνα Παλλὰς Ἀθήνη. unde etiam sumsit Apollon. Rhod. II. 40. ὁ δ' οὐρανίῳ ἀτάλαντος Ἀστέρι Τυνδαρίδης οὗπερ κάλλισται ἔασιν Ἑσπερίην διὰ νύκτα φαεινομένου ἀμαρυγαί. Locus Homeridae prava interpunctione laborat. Nam, cum ἀστέρες διάττοντες, de quibus vide Ez. Spanhemium ad Callim. H. in Del. 38. non medio die, sed nocte, cernantur, interpungendum est post εἰδόμενος, ut μέσῳ ἤματι cum ὄρουσεν jungatur. Forma σπινθαρίδες nondum alibi reperta est, quod sciam.

vs. 444.

> Ἐν δ' ἄρ' ὅγε φλόγα δαῖε, ἐπιφαυσκόμενος τὰ ἃ κῆλα.

Veram lectionem conservarunt Codd. Moscov. & unus Regiorum:

> Ἐν δ' ἄρ' ὅγε φλόγ' ἔδαιε, πιφαυσκόμενος τὰ ἃ κῆλα.

Quam etiam Barnesius revocavit ex Il. M. 280. ὅτε τ' ὤρετο μητίετα Ζεὺς Νιφέμεν ἀνθρώποισι, πιφαυσκόμενος τὰ ἃ κῆλα.

vs.

αἱ δ' ὀλόλυξαν
Κρισσαγῶν ἄλοχοι, καλλίζωνοί τε θύγατρες.

MS. Moscov. Κρισαγῶν, ut supra Κρίσα pro Κρίσσα. Pro Κρισσαγῶν J. St. Bernardus ad Thom. M. p. 208. legit Κρισσαγενῶν, rectius Κρισαίων If. Casaubonus apud Barnes. & L. Holstenius ad Steph. Byz. v. Κρίσα.

vs. 447.

μέγα γὰρ δέος εἷλεν ἕκαστον.

MS. Moscov. μέγα γὰρ δέος ἔμβαλ' ἑκάστῳ.

vs. 450.

Πρωθήβη, χαίτη εἰλυμένος εὐρέας ὤμους.

MSS. Regii & Moscov. Πρωθήβῃ, χαίτης εἰλυμένος εὐρέας ὤμους. Scribe, χαίτησ'.

vs. 452.

Ὦ ξεῖνοι, τίνες ἐστέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;

MSS. Regii & Moscov. Ὦ ξεῖνοι, πόθεν ἐστέ; πόθεν πλεῖθ' ὑγρὰ κέλευθα;

vs. 495. 496.

Ὡς ἐμοὶ εὔχεσθαι Δελφινίῳ· αὐτὰρ ὁ βωμὸς
Αὐτὸς Δέλφειος καὶ ἐπόψιος ἔσσεται αἰεί.

Lege ex Moscov.

Ὡς ἐμοὶ εὔχεσθαι Δελφινίῳ· αὐτὰρ ὁ βωμὸς
Αὐτὸς Δελφίνιος καὶ ἐπόψιος ἔσσεται αἰεί.

Quam lectionem juvat unus ex MSS. Regiis, in quo Δέλφιος pro Δέλφειος legitur. Notissimus est *Apollo Delphinius*. Orion Thebanus Etymol. MS. Δελφίνιος, ὁ Ἀπόλλων· ὅτι Κασταλίῳ τῷ Κρητὶ εἰς ἀποικίαν στελλομένῳ ὁ Ἀπόλλων, ὁμοιωθεὶς δελφῖνι, προηγήσατο τῆς νεὼς ἕως τοῦ Κρισσαίου κόλπου· καὶ ἐκεῖ κατοικήσας ὁ Κάσταλος, οὗ υἱὸς Δέλφις, ἐπεκράτησε τὸν τόπον, καὶ ἀπ' αὐτοῦ Δελφοὺς ἐκάλεσε τοὺς ἐνοικοῦντας, καὶ

Δελφινίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἱδρύσαντο. τινὲς δέ φασιν, ὅτι ὁ δελφὶν εἰς τὴν ναῦν ἦλθε, καὶ κατὰ τοῦτον τὸν τόπον ἐπήδησεν εἰς τὴν θάλασσαν. unde corrigendus & ſupplendus eſt Etymologus M. p. 255. qui Orionem, ſuppreſſo nomine, deſcripſit. Ex eodem etiam profecit Tzetzes ad Lycophron. vſ. 208. Adde Plutarchum de Solert. Anim. p. 984. A. & e recentioribus Jo. Taylorum Lect. Lyſiac. cap. I.

vſ. 505.

Ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ βαῖνον ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.

MS. Moſcov. Ἐκ δὲ καὶ αὐτοὶ βῆσαν ἐπὶ &c.

vſ. 515.

Φόρμιγγ' ἐν χείρεσσιν ἔχων, ἀγατὸν κιθαρίζων.

Inſignis in hoc verſu eſt lectionis varietas. Codex Moſcov. Φόρμιγγ' ἐν χείρεσσιν ἔχων, ἐρατὸν κιθαρίζων. duo Regii: Φόρμιγγ' ἐν χείρεσσιν ἔχων χρυσῆν, κιθαρίζων. Athenaeus, hunc verſum laudans, I. p. 22. C. ex eoque Euſtath. ad Od. Θ. p. 1602. Φόρμιγγ' ἐν χείρεσσιν ἔχων, χάριεν κιθαρίζει. Nos unice tenemus vulgatam, quam librarii, cum ἀγατὸν pro ἀγαστὸν minus concoquerent, temere mutarunt. Sic θαυματὰ ἔργα pro θαυμαστὰ Hymn. in Mercur. 80. & in Bacch. 34. ſicut libri etiam ſcripti, in his Pariſinus, habent in Heſiod. Aſp. 165. pro θαυτὰ ἔργα. Sic alibi ἀδάματος pro ἀδάμαστος, monente Caſaubono ad Athen. l. d. & Lect. Theocrit. cap. 16. p. 271. Vide Euſtath. ad Il. Γ. p. 400.

vſ. 516.

οἱ δὲ φρίσσοντες ἕποντο
Κρῆτες πρὸς Πυθῶ, καὶ Ἰηπαιήον' ἄειδον.

Pulcerrima veriſſimaque lectio eſt, quam Cod. Moſcov. ſuppeditat:

οἱ δὲ ῥήσσοντες ἕποντο
Κρῆτες πρὸς Πυθῶ, καὶ Ἰηπαιήον' ἄειδον.

Il. Σ. 571. τοὶ δὲ ῥήσσοντες ὁμαρτῇ Μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε, ποσὶ σκαίροντες ἕποντο. ubi in MS. Harlejano πρήσσοντες legitur, haud

haud dubie pro πλήσσοντες, quo usus est Callimachus H. in Dian. 243. ὑπήεισαν δὲ λίγειαι λεπταλέον σύριγγες, ἵνα πλήσσωσιν ὁμαρτῇ. ubi vide Cl. Ernestum. Eustathius ad Homer. l. d. p. 1164. τὸ δὲ ῥήσσοντες, ἀντὶ τοῦ, σφοδρότερον τὴν γῆν ποσὶ παίοντες. Plena locutio ῥήσσειν πέδον vel οὖδας est apud alios poëtas.

vs. 525.

Τῶν καὶ ἀνειρόμενος Κρητῶν ἀγὸς ἀντίον ηὔδα.

Barnesianam correctionem, Τὸν καὶ ἀνειρόμενος, firmat unus ex MSS. Regiis.

vs. 529.

Οὔτε τρυγηφόρος ἥδε γ' ἐπήρατος, οὔτ' εὐλείμων.

Barnesius pro ἐπήρατος scribit ἐπήροτος· quod confirmare potuisset ex Callimacho H. in Del. 268. Αὕτη ἐγὼ τοιήδε δυσήροτος. Librarii ἐπήρατος scripserunt, ut versum similem facerent illi Od. Δ. 606. Αἰγίβοτος· καὶ μᾶλλον ἐπήρατος ἱπποβότοιο. Οὐ γάρ τις νήσων ἱππήλατος, οὐδ' εὐλείμων. Dorvillius ad Chariton. p. 240. totum versum sic constituit: Οὔτε τρυγηφόρος, οὔτε γ' ἐπήροτος, οὔτ' εὐλείμων. Sed nescio, an satius sit, Cl. Ernesti explicationem sequi, praesertim cum verba, ἥδε γ' ἐπήρατος, respicere videantur vs. 521. αἶψα δ' ἵκοντο Παρνησὸν καὶ χῶρον ἐπήρατον.

vs. 537.

Ὅσσα ἐμοί γ' ἀγάγωσι περικλυτὰ φῦλ' ἀνθρώπων.

Cod. Moscov. Αἰὲν ἐμοί κ' ἀγάγωσι περικλυτὰ φῦλ' ἀνθρώπων. In Regiis quoque MSS. est κ' pro γ'. Sequentem versum, Νηόν τε προφύλαχθε, δέδεχθε δὲ φῦλ' ἀνθρώπων, & Moscoviensis, & Regii omittunt. Nec est valde venustus, aut Homericus.

vs. 539.

καὶ ἐμὴν ἰθύν τε μάλιστα.

In hac vitiosa scriptura libri scripti editique consentiunt. Bern. Martinus Var. Lect. III. 25. legere tentat: καὶ ἐμὴν ἰθύνετε δαῖτα. in cujus conjectura recipienda nimis fa-

ciles fuerunt Barnesius & Ernestus. Nam sententia postulat, *meum consilium*, *meam mentem explicate*, vel simile quid. Ἰθὺς vocabulum est Homericum. Od. Π. 304. Ἀλλ' οἶοι τό τ', ἐγώ τε, γυναικῶν γνώομεν ἰθύν. Hesychius: Ἰθύν. φρόνησιν, τρόπον, βούλησιν, διάνοιαν.

Pergimus ad Hymnum in Mercurium, quem Steph. Berglerus Praef. ad Odyss. p. 17. vel inprimis Homeri ingenio dignum censebat. Is certe ita placuit summo & poëtae, & poëtarum judici, Callimacho, ut non unum locum imitando exprimeret. e. g. Fragm. 7. Καλύβαν ὡς ἀπίλοιπο γένος. fluxit ex Hymno vs. 309. εἶθ' ἀπίλοιπο βοῶν γένος. quod jam comparavit Martinus Var. Lect. I. 13. Fragm. 199. Ἀρθμὸν δ' ἀμφοτέροις καὶ φιλίας ἔταμον. ductum est ex Hymno vs. 521. Λητοΐδης κατένευσεν ἐπ' ἀρθμῷ καὶ φιλότητι. Epigram. 26. Ὤμοσε Καλλίγνωτος Ἰωνίδι, μή ποτ' ἐκείνης Ἕξειν μήτε φίλον κρέσσονα, μήτε φίλην. ex Hymno vs. 522. Μή τινα φίλτερον ἄλλον ἐν ἀθανάτοισιν ἔσεσθαι Μήτε θεὸν, μήτ' ἄνδρα, Διὸς γόνον. Eodem refer Hymn. in Jov. 78. Φοίβῳ δὲ, λύρης εὖ εἰδότας οἴμους. ex Hymno vs. 450. Τῇσι χοροί τε μέλουσι καὶ ἀγλαὸς οἶμος ἀοιδῆς. ubi male MS. Moscov. Τῇσι χορὸς μέλουσι καὶ ἀγλαὸς ὕμνος ἀοιδῆς.

Hymn. in Mercur. vs. 13.

Καὶ τότ' ἐγείνατο παῖδα πολύτροπον, αἱμυλομήτην.

MSS. nostri, αἱμυλόμητιν. Lege, αἱμυλόμυθον. Et sic legisse videtur interpres Latinus, Georgius Dartona, Cretensis, *blandiloquum* vertens. Infra vs. 317. Αὐτὰρ ὁ τεχνήεις τε καὶ αἱμυλίοισι λόγοισιν Ἤθελεν ἐξαπατᾶν Κυλλήνιος Ἀργυρότοξον. Hesiodus Ἔ. καὶ Ἡμ. 77. Ἐν δ' ἄρα οἱ στήθεσσι διάκτορος Ἀργειφόντης Ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος Τεῦξε. Apollon. Rhod. I. 792. ἔμπα δὲ τόνγε Αἰδομένη μύθοισι προσέννεπεν αἱμυλίοισι. Hesychius: Αἰμίλιος. δόλιος. Corrige, Αἱμύλιος. Erit fortasse, qui vulgatam lectionem defendat ex Aeschylo Prometh. 206. αἱμύλας δὲ μηχανὰς Ἀτιμάσαντες καρτεροῖς φρονήμασιν. Nec tamen muto sententiam, praesertim cum praecedat πολύτροπον, vix diversum ab αἱμυλομήτην.

vs. 25.

Ἑρμῆς τοι πρώτιστα χέλυν τεκτήνατ' ἀοιδόν.

Nos

Non opus eſt magno acumine, ut videas, hunc verſum e lemmate marginali natum eſſe. Ab iisdem initiis profectus eſt vſ. 111. huic tam ſimilis, ut nihil magis: Ἑρμῆς τοι πρώτιστα πυρήϊα πῦρ τ' ἀνέδωκε. Abeant igitur eo, unde male pedem intulerunt.

vſ. 27.

Βοσκομένη προπάροιθε δόμων ἐριθηλέα ποίην,
Σαῦλα ποσὶν βαίνουσα.

MS. Moſcov. peſſime, Σκύλα ποσὶν βαίνουσα. Simonides apud Etym. M. p. 270. l. 46. Καὶ σαῦλα βαίνων, ἵππος ὡς κορωνίτης. Vide Heſych. v. Σαῦλα, & ibi Interpretes. Phaedrus V. 1. 13. *Veniebat greſſu delicato & languido.*

vſ. 36.

Οἴκοι βέλτερον εἶναι, ἐπεὶ βλαβερὸν τὸ θύρηφι.

In margine MS. Regii Graeculus magiſter, nihil dubitans, quin Homerus hujus carminis auctor ſit, adſcripſit: Σημείωσαι Ἡσίοδον κεκλεφότα τὸν στίχον. Eſt apud Heſiodum Ἔργ. καὶ Ἡμ. vſ. 365.

vſ. 42.

Αἰῶν' ἐξετόρησεν ὀρεσκῴοιο χελώνης.

In Cod. Moſcov. legitur Αἰῶ, hac notula in margine adſcripta: Γράφεται, ὡς δοκεῖ μοι, Ἀγῶν' ἐξετόρησεν. Vulgata ſatis confirmatur vſ. 119. Ἐγκλίνων δ' ἐκύλινδε, δι' αἰῶνας τε τορήσας. Clarkius hanc locutionem inuſitatam dicit. Sed αἰὼν apud veteres eſt *medulla*. Heſychius: Αἰών. ὁ νωτιαῖος μυελὸς, ὡς Ἱπποκράτης· τὸν αἰῶνα τὶς νοήσας. Vide Foëſium Oecon. Hippocr. in v. Ac fuerunt Grammatici antiqui, qui vocem ita caperent Il. T. 27. Ἐκ δ' αἰὼν πέφαται.

vſ. 45.

Αἲ ὅτε δινηθῶσιν ἀπ' ὀφθαλμῶν ἀμαρυγαί.

MSS. Regii: Ἄς ὅτε. Barneſius, nihil admonito lectore, edidit: Ἢ ὅτε. quod verum puto.

vſ. 55.

Ἐξ αὐτοσχεδίης πειρώμενος, ἦυτε κοῦροι
Ἡβηταὶ θαλίῃσι παραιβόλα κερτομέουσιν.

Bene B. Martinus Var. Lect. II. 1. comparavit Pindarum Olymp. I. 22. Ἀγλαΐζεται δὲ καὶ Μουσικᾶς ἐν αὔτῳ, Οἷα παίζομεν φίλαν Ἄνδρες ἀμφὶ θαμὰ Τράπεζαν. Poterat addere Apollonium Rhod. I. 457. qui hunc Homeridae locum expreſſit: μετέπειτα δ' ἀμοιβαδὶς ἀλλήλοισι Μυθεῦνθ', οἷά τε πολλὰ νέοι παρὰ δαιτὶ καὶ οἴνῳ Τερπνῶς ἑψιόωνται. Fundus locutionis eſt Il. Δ. 6. Κερτομίοις ἐπέεσσι παραβλήδην ἀγορεύων.

vſ. 58.

Ὃν πάρος ὠρίζεσκον ἑταιρείῃ φιλότητι.

Clarkius conjecit: Οἳ πάρος ὠρίζεσκον ἑταιρείῃ φιλ. Sed ſcribendum:

Ὣς πάρος ὠρίζεσκον ἑταιρείῃ φιλότητι.

quod etiam editio Erneſtina habet, caſu, neſcio, an conſilio. Ὠρίζεσκον contracte dicitur pro ὀαρίζεσκον. Heſychius: Ὠρίζει, ὁμιλεῖ, ἀδολεσχεῖ.

vſ. 65.

Ἄλλο κατὰ σκοπιὴν εὔωδες ἐκ μεγάροιο.

MSS. Regii: Ὦρτο κατὰ σκοπ. Mox vſ. 67. & alibi in Cod. Moſcov. φιληταὶ ſcribitur. Vide, praeter Barneſ. ad h. l. Stanlej. ad Aeſchyl. Choëph. 1001. & Dorvillium ad Charit. p. 779.

vſ. 82.

Τῶν τότε συνδήσας νεοθηλέος ἄγκαλον ὕλης.

Digna eſt, quae notetur, Codicis Moſcov. lectio: Τῶν τότε συνδήσας νεοθηλέας ἀγκαλοφήν.

vſ.

vſ. 86.

Οἷά τ' ἐπειγόμενος δολιχὴν ὁδὸν, αὐτοπρεπὴς ὥς.

Nec vulgatum intelligo, nec quod MSS. Moſcov. & Regii praebent: Οἷά τ' ἐπειγόμενος δολιχὴν ὁδὸν αὐτοτροπήσας. Martinus Var. Lect. II. 12. pro ὣς acute legit φὼς, *vir*. Sed quid αὐτοπρεπὴς ſignificabit? Georgius Dartona *ſe decens* vertit; alii *in procinctu*, ut αὐτοτροπὴς legiſſe videantur. Ego hunc locum doctioribus vel ſanandum, vel explicandum relinquo.

vſ. 87.

Τόνδε γέρων ἐνόησε δομῶν αἴθουσαν ἀλωήν.

Martinus Var. Lect. II. 12. pro δομῶν conjicit κομίων· at verius Barneſius δέμων. Totum verſum ex fide Codicis Moſcov. ita reſtitue:

Τόνδε γέρων ἐνόησε δίμων ἀνθοῦσαν ἀλωήν.

Δίμων ἀλωὴν eſt *viridarium ſepe muniens*. Infra vſ. 188. δέμοντα παρὲξ ὁδοῦ ἕρκος ἀλωῆς. Sic Herodotus II. 124. ὁδὸν ἔδειμαν, *viam munierunt*. Vide Weſſelingium ad eundem VII. 200. Ἀνθοῦσα ἀλωὴ dicitur Homerico more. Il. Ε. 90. Οὔτ' ἄρα ἕρκεα ἴσχει ἀλωάων ἐριθηλέων. Od. Ζ. 293. Ἔνθάδε πατρὸς ἐμοῦ τέμενος, τεθαλυῖά τ' ἀλωή.

vſ. 90. 91.

Ὦ γέρον, ὅς τε φυτὰ σκάπτεις ἐπικαμπύλος ὤμους,
Ἦ πολύ οἰμήσεις, εὖτ' ἂν τάδε πάντα φέρῃσι.

Vſ. 90. male Moſcov. σκάπτεις ἐπικαμπύλα ξύλα. Lucianus Timon. p. 113. σκάπτει δὲ οἶμαι ἐπικεκυφώς. vſ. 91. Regii: Ἦ πολὺ οἱ μήσεις. quod nihili eſt. Veriſſima videtur Cod. Moſcov. lectio: Ἦ πολὺ οἰνήσεις, id eſt, *vino abundabis*. Cl. Erneſtus ait, οἰμήσεις a veteri gloſſa explicari ὠφεληθήσῃ. Sed ea gloſſa eſt Gracce nugantis Barneſii, non veteris Grammatici.

vs. 92.

Καί τε ἰδὼν μὴ ἰδὼν εἶναι, καὶ κωφὸς ἀκούσας.

Aeschylus S. c. Th. 252. Μὴ νῦν ἀκούουσ' ἐμφανῶς ἄκου' ἄγαν. Similius est illud Plauti Mil. II. 6. 88. *Nae tu hercle, si te Dii amant, linguam comprimes Posthac: etiam illud, quod scies, nesciveris: Ne videris, quod videris.*

vs. 98.

Τάχα δ' ὄρθρος ἐγίγνετο δημιοεργός.

Sic alius poëta Solem δημιουργὸν dixit. Hesychius: Δημιουργός. ὁ ἥλιος· ὅτι πάντα πέσσει καὶ θέρει.

vs. 99. 100.

Ἡ δὲ νέον σκοπιῇ προσεβήσατο δῖα Σελήνη,
Πάλλαντος θυγάτηρ Μεγαμηδείαο ἄνακτος.

MSS. Moscov. & Regii rectissime: Ἡ δὲ νέον σκοπιὴν προσεβήσατο δῖα Σελήνη, Πάλλαντος θυγάτηρ Μεγαμηδείδαο ἄνακτος. Barnesius, vel sine libris scriptis, Μεγαμηδείδαο legendum vidit.

vs. 104.

Καὶ ληνοὺς προπάροιθεν ἀριπρεπέος λειμῶνος

Od. I. 22. ὄρος dicitur ἀριπρεπές. Suspicor tamen, Homeridam scripsisse:

Καὶ ληνοὺς προπάροιθ' ἐαροτρεφέος λειμῶνος.

Moschus II. 67. πολλὰ δ' ἔραζε Λειμώνων ἐαροτρεφέων πίπτεσκε πέτηλα.

vs. 108. 109. 110.

Σὺν δ' ἐφόρει ξύλα πολλά, πυρὸς δ' ἐπεμαίετο τέχνην.
Δάφνης ἀγλαὸν ὄζον ἑλὼν, ἐπέλεψε σιδήρῳ
Ἄρμενον ἐν παλάμῃ· ἀνὰ δ' ἄμπνυτο θερμὸς ἀϋτμή.

Non sunt praetermittendae notabiles Codicis Moscoviensis va-

variantes: Σὺν δ' ἐφόρει ξύλα πολλὰ, πυρὸς δ' ἐπεμαίετο τύνη. Δάφνης ἀγλαὸν ὄζον ἑλὼν ἐνίαπτε σιδήρῳ Ἄρμενον ἐν παλάμῃ. ἄμπνυτο δὲ θυμὸς ἀϋτμῇ. Vſ. 110. ſcribendum: ἅμα δ' ἄμπνυτο θερμὸς ἀϋτμή. *ſtatim autem ſpirabat* &c. Scaliger ad Severi Aetnam 562. hos verſus laudans, ſcribit ἀϋτμήν. Sed utrumque probum.

vſ. 113. 114.

λάμπετο δὲ φλὸξ
ΤΗΛΟ'ΣΕ ΦΥ'ΖΑΝ 'ΙΕΙΣΑ πυρὸς μέγα δαιομένοιο.

Secutus depravatae ſcripturae veſtigia, ſic conjeci:

λάμπετο δὲ φλὸξ
ΤΗ͂Λ' ΕΓ'ΛΥΦΑ'ΖΟΥΣΑ πυρὸς μέγα δαιομένοιο.

Heſiod. Aſp. 275. Τῆλε δ' ἀπ' αἰθομένων δαΐδων σέλας εἰλύφαζε. Sed lenior eſt medicina, quam huic verſui Hemſterhuſius adhibebat:

λάμπετο δὲ φλὸξ
Τηλόσε ΦΥ'ΣΑΝ ἱεῖσα πυρὸς μέγα δαιομένοιο.

id eſt, *procul mittens ſpiramen ignis.* Apollon. Rhod. IV. 763. Εἰπὲ δὲ κοιμῶνται φύσαι πυρός. Poſt idem Clarkio in mentem veniſſe vidi. Ceterum Homeridae locus nobis in memoriam revocat hunc Orphei Argon. 966. 967.

Τισιφόνη τε καὶ Ἀληκτὼ, καὶ δῖα Μέγαιρα,
Πεύκαις ἀζαλέαις φόνιον σέλας 'ΑΙ'ΣΣΟΥΣΑΙ.

ubi laboranti poëtae ita ſuccurrendum:

Τισιφόνη τε καὶ Ἀληκτὼ, καὶ δῖα Μέγαιρα,
Πεύκαις ἀζαλέαις φόνιον σέλας ΑΓΘΥ'ΣΣΟΥΣΑΙ.

Idem vſ. 898. 899. Αὐτὰρ ἐπὶ σταθμοῖο πυλῶν τηλῶπις ἄνασσα Ἵσταιεν αἰθύσσουσα πυρὸς σέλας. Hic quoque oſcitantis librarii culpa αἰθύουσα irrepſerat pro αἰθύσσουσα· quod docte reſtituit vir ſummus & natus bono literarum, P. Weſſelingius ad Diodor. Sicul. II. p. 166. quem vide. At fruſtra in Orpheo ἀΐσσουσαι mutamus, ſi verum eſt, quod viri praeſtantiſſimi, Muſgravius ad Euripid. Bacch. 147. & Brunckius ad Apollon. Rhod. III. 225. diſputant, hoc

 ver-

verbum etiam tranſitivam ſignificationem habere. Sed vereor, ne haec doctrina vitioſis locis nitatur. Certe in Euripid. Bacchis d. l. pro Πυρσώδη φλόγα πεύκας Ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει, Jo. Pierſonus Veriſ. I. 10. bene emendat αἰθύσσει. Ad quam normam idem quoque Tragicus reſingendus eſt Oreſt. 1426. αὔραν Ἑλένας εὐπαγεῖ κύκλῳ Πτερίνῳ πρὸ παρηΐδος ἀΐσσων. Minore negotio Muſgravio eripitur locus Sophoclis Ajace 40. Καὶ πρὸς τι δυσλόγιστον ὧδ' ᾖξεν χέρα; Lege: Καὶ πρὸς τί δυσλόγιστον ὧδ' ᾖξεν χερί; Supereſt Apollonius Rhod. I. 1254. Γυμνὸν ἐπαΐσσων παλάμῃ ξίφος. ubi dudum ſcripſimus: Γυμνὸν ἐπισσείων παλάμῃ ξίφος. ut IV. 1055. Σεῖον δ' ἐγχείας εὐήκεας ἐν παλάμῃσιν. Rem conficit Aelianus V. H. II. 44. καὶ γυμνὸν ἐπισείει τὸ ξίφος, φονῶντι ἐοικώς.

vſ. 116.

Τόφρα δ' ὑποβρυχίας ἕλικας βοῦς εἷλκε θύραζε.

Barneſius pro ὑποβρυχίας legere malit ἐριβρύχας, Dorvillius Miſ. Obſerv. III. 1. p. 61. ὑπερβρυχίας. At Erneſtus vulgatum tenet, quod ὑποβρύχιος pro *mugiens* etiam ab Apollonio Rhod. dicatur. In quo falli puto virum doctiſſimum. Apollonius hac voce uſus eſt II. 1219. IV. 1757. ſed pro *ſubmerſus*. Ut in re incerta, Barneſianam conjecturam praeferam. Heſiod. Theog. 832. Ταύρου ἐριβρύχεω, μένος ἀσχέτου.

vſ. 119.

Ἐγκλίνας δ' ἐκύλινδε δι' αἰῶνάς τε τορήσας.

Cod. Moſcov. Ἐκκρίνας δ' ἐκύλινδε δι' αἰῶνας τετορήσας. Pro αἰῶνας MSS. Regii habent αἰῶνος. Quod ſequitur vſ. 120. Ἔργῳ δ' ἔργον ὄπαζε, comparandum cum Heſiodeo Ἔ. καὶ Ἡμ. 382. ἔργον δὲ τ' ἐπ' ἔργῳ ἐργάζεσθαι.

vſ. 121.

Ὡς ἔτι νῦν τάμεθ', ἅσσα πολυχρόνιοι πεφύασι.

MS. Moſcov. Ὡς ἔτι νῦν τὰ μέτασσα πολυχρόνιοι πεφύασιν. Barneſius ſcripſit πολυχρόνιον. Sed ne ſic quidem verſum intelligo.

vſ.

vſ. 127.

Ἑρμῆς χαρμοφέρων εἰρύσατο πίονα ἔργα.

Sic etiam MS. Moſcov. Paulo melius Regii, χάρμα φέρων. Sed optime H. Stephanus correxit, χαρμόφρων, ex Heſychio: Χαρμόφρων. ὁ Ἑρμῆς.

vſ. 131. 132. 133.

Ὀδμὴ γάρ μιν ἔτειρε καὶ ἀθάνατόν περ ἐόντα
Ἥδη, ἀλλ' οὐδ' ὥς οἱ ἐπείθετο θυμὸς ἀγήνωρ,
Καί τε μάλ' ἱμείροντι πέρην' ἱερῆς κατὰ δειρῆς.

Recentiorum Editorum ſocordia neque hic, neque aliis locis editionem primam inſpexit, in qua, ſicut in MSS. Moſcov. & Regiis, legitur Ἥδει, facili correctione mutandum in Ἡδεῖ', *ſuavis nidor*. Od. I. 210. ὀδμὴ δ' ἡδεῖα ἀπὸ κρητῆρος ὀδώδει. Vſ. 132. MS. Moſcov. habet, οὐδ' ὡς ἐπεπείθετο. vſ. 133. πιεῖν, quod juvat Clarkii correctionem πιεῖν' pro περῆναι. Sed hoc quam ſententiam habeat, explicent alii.

vſ. 135. 136. 137.

μετήορα δ' αἶψ' ἀνάειρε
Σῆμα νέης φωνῆς· ἐπὶ δὲ ξύλα κάγκαν' ἀείρας
Οὐλόποδ' ὑλοκάρηνα πυρὸς κατεδάμνατ' ἀϋτμῇ.

Totus hic locus a vſ. 120. usque ad vſ. 152. tot tam foedis ulceribus ſcatet, ut, niſi Codices meliores, quam nobis obtigerunt, reperiantur, paene in deſperatis ſit habendus. Vſ 136. deeſt in Cod. Moſcov. cujus auxilio in tanta corruptela aegre caremus. Dartona, qui primus Hymnos Latine vertit, νέης φωνῆς reddidit *novae caedis*; ex quo illum νεοσφαγίης ea forma, qua apud Heſychium eſt μηλοσφαγίῃ, legiſſe ſuſpicabamur. At V. D. ad Geopon. prooem. p. 2. φονῆς legendum, idque φόνης pronunciandum putat. Quae conjectura analogia quidem utcunque, ſed nullis veterum exemplis, adjuvatur. Mihi ſatius videtur, a loco tam obſcuro manum abſtinere. Pro ὑλοκάρηνα in MS. Moſcov. ſcribitur ὑλοκάρηβα. Clar-

kius

kius οὐλόποδα & ὀλοκάρηνα adjective accipit, & cum ξύλα conjungit, credo, intelligens *ligna, quibus nec radices amputatae sint, nec vertex & rami.* Sed sic κατεδάμνατο privatur casu suo; ut nihil de insolenti loquendi genere dicam. Οὐλόποδ', ὀλοκάρηνα sunt *integri pedes & integra capita boum*, ut interpretes vertunt.

vs. 138.

Αὐτὰρ ἐπεί τοι πάντα κατὰ χρέος ἤνυσε δαίμων.

MS. Moscov. Αὐτὰρ ἐπειδὴ πάντα κατὰ χρέος ἤνυσε δαίμων. A Regiis τοι abest.

vs. 140.

κόνιν δ' ἀμάθυνε μέλαιναν
Παννύχιος· καλὸν δὲ φόως ἐπέλαμπε σελήνης.

MS. Moscov. κόνιν δ' ἀμάθυνε μέλαιναν Παννύχιον· καλὸν δὲ φόως κατέλαμπε σελήνης. Sed παννύχιος ratio vindicat, ἐπέλαμπε Homerus Il. P. 650.

vs. 148.

Ἰθύσας δ' ἄντρου ἐξίκετο πίονα νηόν.

Cod. Moscov. Ἰθύσας δ' ἄντρον ἐξίκετο πίονα νηόν.

vs. 152.

ἠΰτε τέκνον
Νήπιον, ἐν παλάμῃσι παρ' ἰγνύσι λαῖφος ἀθύρων.

MS Moscov. περιγνύσι, Edit. pr. περ' ἰγνύσι. Sed quid est λαῖφος ἀθύρων? Conjeci:

ἐν παλάμῃσι παρ' ἰγνύσι φαιδρὸς ἀθύρων.

Hoc certe intelligi potest. Martinus Var. Lect. I. 22. hunc versum aliter scriptum affert: παρ' ἰγνύσι λαῖφος ἀείρων. quam lectionem in nullis libris invenimus.

vs.

vs. 157. 158. 159.

νῦν σε μάλ' οἴω
Ἢ τάχ' ἀμήχανα δεσμὰ περὶ πλευρῇσιν ἔχοντα,
Λητοΐδου ὑπὸ χερσὶ, δι' ἐκ προθύροιο περήσειν,
Ἢ σε λαθόντα μεταξὺ κατ' αγκεα φιλητεύσειν.

Cod. Moscov. νῦν σε μάλ' οἴω Δίσχχ' ἀμήχανα δεσμὰ περὶ πλευρῇσιν ἔχοντα, Λητοΐδου ὑπὸ χερσὶ διεκπροθύροιο περήσειν. Ἢ σε φέροντα μεταξὺ κατ' ἄγκεα φιλητεύσειν. \ s. 157. expressus est ex Od. I. 69. Ἢ τάχα καὶ δαλῷ βεβλημένος εἶσθα θύραζε.

vs. 159.

Ἔῤῥειν ΠΑ'ΛΙΝ· μεγάλην σε πατὴρ ἐφύτευσε μέριμναν.

Mirum, ni Homeridas scripserit:

Ἔῤῥε, ΤΑ'ΛΑΝ· μεγάλην σε πατὴρ ἐφύτευσε μέριμναν.

Od. Τ. 68. Ἀλλ' ἔξελθε θύραζε, τάλαν, καὶ δαιτὸς ὄνησο. Theocrit. Eidyll. XX. 2. ἔῤῥ' ἀπ' ἐμεῖο. Βωκόλος ὢν ἐθέλεις με κύσαι, τάλαν;

vs. 162. 163.

Μῆτερ ἐμὴ, τί με ταῦτα ΤΙΤΥ'ΣΚΕΑΙ, ἠύτε τέκνον
Νήπιον· ὃς μάλα παῦρα μετὰ φρεσὶν αἴσυλα οἶδε.

Emenda:

Μῆτερ ἐμὴ, τί με ταῦτα ΠΙΝΥ'ΣΚΕΙΣ, ἠύτε τέκνον
Νήπιον.

Il. Ξ. 249. Ἤδη γάρ με καὶ ἄλλο τεὴ ἐπίνυσσεν ἐφετμή. Naumachius in Stobaeo Grotii p. 317. Μήτη δ' ἀφραδέοντα πινυσσέμεν, ἀλλὰ κατ' αἶσαν. Callimach. H. in Dian. 152. Κερδαλέῳ μύθῳ σε, θεὴ, μάλα τῷδε πινύσσει. ubi vide illustrem Spanhemium. Suidas, ad Homeri locum allatum respiciens: Ἐπίνυσσεν, ἀντὶ τοῦ διήγειρεν. ubi recte Portum emendare διήγειρεν, intelligitur ex Etymol. M. p. 122. l. 33. πινυτὸς, ὁ διεγηγερμένος τὸν νοῦν. Hesychius: Ἐπινύσκειν. διδάσκειν. Scrib. Ἐπίνυσκεν. ἐδίδασκεν. ut sit varians lectio loci Homerici. Contraria labes insedit Simonidis Fragmento apud

 Ari-

Ariſtotel. Hiſt. Anim. V. 9. quod in ordinem redigere conatus eſt Kuſterus ad Suid. v. Ἀλκυονίδες ἡμέραι, T. I. p. 118.

Ὡς ὁπόταν Ζεὺς χειμέριον κατὰ μῆνα ΠΙΝΥ΄ΣΚΗι
Ἤματα τεσσαρακαίδεκα.

Jul. Caeſ. Scaliger πινύσκῃ vertit *temperat*, Kuſterus *praeparat*: quem ſane miror, cum mentem poëtae pulcre viderit, non vidiſſe maculam. Legendum haud dubie:

Ὡς ὁπόταν Ζεὺς χειμέριον κατὰ μῆνα ΤΙΤΥ΄ΣΚΗι
Ἤματα τεσσαρακαίδεκα.

Aratus Phaen. 418. Πολλάκι γὰρ καὶ τοῦτο νότῳ ἐπὶ σῆμα τιτύσκοι Νὺξ αὐτή. Verſus 163. Hymni in Cod. Moſcov. ſic ſcribitur: ὃς μάλα πολλὰ ἐνὶ φρεσὶν ἄρμενα εἴδει. Repone;

ὃς μάλα πάντα μετὰ φρεσὶν αἴσιμα εἴδει.

Eſt enim imitatio Homeri Od. Ξ. 433. περὶ γὰρ φρεσὶν αἴσιμα ᾔδη. —— Nunc conjecturae meae vſ. 162. multum praefero certiſſimam correctionem Jo. Pierſoni ad Moerid. Attic. p. 119. Μῆτερ ἐμὴ, τί με ταῦτα διδίσκεαι, ἠΰτε τέκνον Νήπιον. Il. Υ. 201. Πηλείδη, μὴ δή μ' ἐπέεσσί γε νηπύτιον ὥς Ἔλπεο δειδίξεσθαι.

vſ. 167. 168.

οὐδὲ θεοῖσι
Νῶϊ μετ' ἀθανάτοισιν ἀδώρητοι καὶ ἄπαστοι
Αὐτοῦ τῇδε μένοντες ἀνεξόμεθ', ὡς σὺ κελεύεις.

Codd. Regii pro ἄπαστοι habent ἄπλειστοι· quod fortaſſe natum eſt ex ἄπληστοι, *non ſaturati*. Quanquam neſcio, an idonei ſcriptores ita loquantur. Pro ἀνεξόμεθ' Moſcov. male αἰξόμεθ'.

vſ. 182.

Υἱός τ' αἰγιόχοιο Διὸς καὶ πότνια Μαῖα.

MS. Moſcov. καὶ πότνια μήτηρ.

vſ.

vs. 201.

Ὦ φίλος, ἀργαλέον μὲν, ὅσ' ὀφθαλμοῖσιν ἴδοιτο,
Πάντα λέγειν.

Barnesius legere malit, ἴδοι τίς. Sed praestat, Codicis Moscov. scripturam sequi: ὅσ' ὀφθαλμοῖσιν ἴδοιμι.

vs. 203.

Τῶν οἱ μὲν κακὰ πολλὰ μεμαότες, οἱ δὲ μάλ' ἐσθλὰ,
Φοιτῶσιν.

Librarius Codicis Moscov. Φοιτῶσι mutavit in πρήσσουσιν, non intelligens, μεμαότες tam ad ἐσθλὰ, quam ad κακὰ referri.

vs. 207.

Παῖδα δ' ἔδοξα, φέριστε, σαφὲς δ' οὐκ οἶδα νοῆσαι;

Bene MS. Moscov. σαφὲς δ' οὐκ οἶδα νοήσας.

vs. 211.

Φῆ ῥ' ὁ γέρων. ὁ δὲ θᾶσσον ὁδὸν κίε Φοῖβος Ἀπόλλων.

MS. Moscov. poëtae manum conservavit: Φῆ ῥ' ὁ γέρων· ὁ δὲ θᾶσσον ὁδὸν κίε μῦθον ἀκούσας. Vulgatam glossa videtur peperisse.

vs. 224.

Οὔτέ τι κεν ταύρου λασιαύχενός ἐστιν ὁμοῖα.

Elegans & plane Homericum est, quod Cod. Moscov. suppeditat: Οὔτέ τι κεν ταύρου λασιαύχενος ἔλπομαι εἶναι.

vs. 238.

ἠύτε πολλὴν
Πρέμνων ἀνθρακιὴν ὕλης σποδὸς ἀμφικαλύπτει.

MS. Moscov. vitiose: ἠύτε πολλὴν Πρέμνων ἀνθρακιὴν ὁλοσποδὸς ἀμφικαλύπτοι. In optativo MSS. quoque Regii consentiunt.

vs.

vs. 239.

Ὡς Ἑρμῆς ἑκάεργον ἰδὼν ἀλέεινεν ἑαυτόν.

Monstri simile est, & naturae repugnans, ἀλέεινεν ἑαυτὸν, *se ipsum vitavit.* Clarkius ἀλέεινεν ad ἑκάεργον refert. Audio. At quid facies verbis, ἰδὼν ἑαυτόν? Profecto spurius versus est, quem recentioris Graeculi, aliquid ad sensum deesse putantis, peperit inscitia.

vs. 278. 279. 280.

Ὡς ἄρ' ἔφη, καὶ πυκνὸν ἀπὸ βλεφάρων ἀμάρυσσεν,
Ὀφρύσι ῥιπτάζεσκεν, ὁρώμενος ἔνθα καὶ ἔνθα,
Μάκρ' ἀποσυρίζων, ἅλιον ὡς μῦθον ἀκούων.

In Cod. Moscov. pro ῥιπτάζεσκεν legitur ῥιπάζεσκεν. Joannes Albertus, V. C. ad Hesych. v. Ῥυσάζοντες scribendum conjicit: Ὀφρύσι ῥυσάζεσκεν. Verum, ut taceam, ῥυσάζειν nimis grave pro re verbum esse, constructio postulat ὀφρῦς ῥυσάζεσκεν, non ὀφρύσι. Quid? si legamus: Ὀφρύσ' ἐνιπτάζεσκεν, *supercilio increpabat.* Quod Tibi, mi Valckenari, inprimis placere scio. Verbum ἐνιπτάζω est apud Apollon. Rhod. I. 492. 864. & Hesych. Ἐνίπω, ἐνίπτω, ἐνίσσω, ἐνιπτάζω male a Grammaticis ad ἴπω referuntur, cum ad ἴπω, ἴπτω, *premo*, *premendo laedo*, sint referenda. Harum formarum primam Hesychio redde: Ἔνιπεν, ὀνείδισεν, ἠπείλησεν, ἐπέπληξεν. Lege: Ἐνένιπεν. Pertinet glossa ad Il. O. 546. πρῶτον δ' Ἱκεταονίδην ἐνένιπεν. ubi vide Cl. Ernestum.

vs. 287.

ὁπόταν κρειῶν ἐρατίζων
Ἀντήσεις ἀγέλῃσι βοῶν καὶ πώεσι μήλων.

MS. Moscov. ὁπόταν μήλων ἐρατίζων Ἀντήσῃς ἀγέλῃσι βοῶν κ. π. μ.

vs. 299.

Ἀρχὸς φιλητίων κεκλήσεαι ἤματα πάντα.

MS. Moscov. Αὖχος φιλητίων.

vs.

vſ. 302. 303.

Εὐρήσω καὶ ἔπειτα βοῶν ἴφθιμα κάρηνα
Τούτοις οἰωνοῖς· σὺ δ᾽ αὖθ᾽ ὁδὸν ἡγεμονεύσεις.

MSS. Moſcov. & alter ex Regiis: Εὐρήσω καὶ ἔπειτα βοῶν ἴφθιμα κάρηνα Τούτοις (Moſc. αὐτοῖς) οἰωνοῖσι· σὺ δ᾽ αὖθ᾽ ὁδὸν ἡγεμονεύσεις. Et ſic emendavit Barneſius.

vſ. 306.

Σπάργανον ἀμφ᾽ ὤμοισιν ἐλιγμένος.

Cod. Moſcov. Σπάργανον ἀμφ᾽ ὤμοισιν ἐελμένος. Sed vulgata melior eſt. Apollon. Rhod. IV. 604. ἀμφὶ δὲ κοῦραι Ἡλιάδες, ταναῇσιν ἐλιγμέναι αἰγείροισι. Sic e MS. optime reſtituit Cl. Brunckius, quem vide.

vſ. 308.

Ἦ με βοῶν ἕνεχ᾽ ὧδε χολούμενος ὀρσολοπεύεις;

MS. Moſcov. vitioſe: Ἦ με βοῶν ἐνέχων δὲ χολούμενος ὀρσολοπεύεις; nec minus prave Regii, ἐρσοπολεύεις, ſicut etiam editur in Poëta Alexandrino περὶ καταρχῶν vſ. 107. αἰεί κε πανήμερον ὀρσοπολεύοι Μύθοις ὀνειδείοις, ἠδὲ καὶ πληγῇσιν ἰάπτοι. Veram ſcripturam ὀρσολοπεύειν vindicat Dorvillius Vann. Crit. p. 480.

vſ. 322.

Αἶψα δ᾽ ἵκοντο κάρηνα θυώδεος Οὐλύμποιο.

Priſca, ſi qua alia, & recondita lectio eſt, quam egregius Codex Moſcov. ſuppeditat:

Αἶψα δὲ τέρθρον ἵκοντο θυώδεος Οὐλύμποιο.

Cujus exquiſitam elegantiam cum librarii minus caperent, Οὐλύμποιο κάρηνα ex Il. Α. 44. repoſuerunt. Heſychius: Τέρθρον. ὁ λεγόμενος ἀρτέμων. ἔνιοι δὲ, τὸ ἄκρον τοῦ κέρως. καὶ τέγη οἰκίας. τινὲς δὲ, τὸ ἔσχατον, καὶ ὑψηλόν. Idem alio loco: Τιρέατον. ἔσχατον. male pro Τέρθρον. Hippocrates τοῦ πάθεος τέρθρον metaphorice dixit *morbi praecipitium*; de quo Erotianus, & Foëſius Oeconom.

F

vſ.

vs. 325.

Εὐμυλίῃ δ' ἴχ' Ὄλομπος ἀγάννιφον.

MS. Mofcov. Εὐμιλίῃ δ' ἴχ' Ὀ. ἀγ. quod aeque intelligimus, ac vulgatum.

vs. 338. 339.

Κέρτομον, οἷον ἔγωγε θεῶν οὐκ ἄλλον ὄπωπα,
Οὐδ' ἀνδρῶν ὁπόσοι λῃσίμβροτοι εἰσ' ἐπὶ γαίῃ.

MS. Mofcov. Τέρτομον, & ἐπὶ γαῖαν. Λῃσίμβροτοι funt *fures, qui homines fallunt.*

vs. 341. 342.

Ἑσπόριος παρὰ θῖνα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης,
Εὐθύπορον δ' ἐλάων.

H. Stephanus, probante Barnefio, legit: Εὐθὺ πόρονδ' ἐλάων. Sed veriorem lectionem Codex Mofcov. praebet: Εὐθὺ Πύλονδ' ἐλάων. quam conjectura affecutus eft Clarkius. Infra vf. 355. Εἰς Πύλον εὐθὺς ἐλῶντα &c.

vs. 346. 347.

Αὐτὸς δ' οἶος ὅδ' ἐκτὸς ἀμήχανος, οὔτ' ἄρα ποσσὶν,
Οὔτ' ἄρα χερσὶν ἔβαινε διὰ ψαμαθώδεα χῶρον.

Nefcio, quis primus invexerit, Αὐτὸς δ' οἶος. Melior lectio eft, etiam Ernefto judice, Αὐτὸς δ' οὗτος, quae non folum in Editione prima, fed etiam in MSS. Regiis & Mofcov. reperitur. Praeterea fcribendum:

Αὐτὸς δ' οὗτος ὅδ' ἔξοχ' ἀμήχανος.

vs. 352.

Αὐτὰρ ἐπεὶ ψαμάθοιο μέγαν στίβον ἐξεπέρησεν.

MS. Mofcov. πολὺν στίβον.

vs.

vſ. 356. 357.

Αὐτὰρ ἐπειδὴ τὰς μὲν ἐν ἡσυχίῃ κατέερξε,
Καὶ διὰ πῦρ μάλ' ἄμησεν ὀδῦ, τὸ μὲν ἔνθα, τὸ δ' ἔνθα.

Cod. Moſcov. pro μάλ' ἄμησεν habet παλάμησεν. quae vera lectio videtur. Heſychius: Παλαμήσας. τεχνώσας, ἐργάσας. Hinc ſubſtantivum παλάμημα, quod tanquam exquiſitum commendat Phrynichus Προπαρασκ. Σοφισ. MS. Παλάμημα καὶ εὕρημα. χρῶ. Nihil tamen in reliqua verſus obſcuritate decernere audeo.

vſ. 360. 361.

πολλὰ δὲ χερσὶν
Αὐγὸς ὠμάρταζε, δολοφροσύνην ἀλεγύνων.

Pro ἀλεγύνων MSS. Regii ἀλεγείνων, Moſcov. ἀλεγίζων. Quid ſit, αὐγὰς ὠμάρταζε, explicent, qui poſſunt.

vſ. 368.

Ζεῦ πάτερ, ἤτοι ἐγώ σοι ἀληθείην καταλέξω.

MS. Moſcov. ἀληθείην ἀγορεύσω, ut vſ. 558.

vſ. 376.

τὰ δὲ οἶδε καὶ αὐτός.

Sic Editiones recentiores. Sed Editio prima cum tribus MStis noſtris: τάδε τ' οἶδε καὶ αὐτός. ut Barneſius quoque reſcripſit.

vſ. 381.

Ἠέλιον μάλα αἰδέομαι καὶ δαίμονας ἄλλους.

Rectius MS. Moſcov. Ἠέλιον δὲ μάλ' αἰδέομαι.

vſ. 383.

μέγαν δ' ἐπιδαίομαι ὅρκον.

Cod Mofcov. μέγας δ' ἐπιδεύομαι ὄρχου. Neutra fcriptura fana videtur.

vſ. 385.

Καί ποτ' ἐγὼ τούτῳ τίσω ποτὶ νηλέα φωνήν.

MS. Mofcov. non minus mendofe: Καί ποτ' ἐγὼ τούτῳ τίσω ποτὶ νηλέα φῶρα. Miror, iſtud repetitum ποτὶ Erneſto placere potuiſſe.

vſ. 397. 398.

Τὼ δ' ἄμφω σπεύδοντο Διὸς περικαλλέα τέκνα
Ἐς Πύλον· ἠμαθόεντα δ' ἐπ' Ἀλφειῦ πόρον ἶξον.

MSS. Mofcov. & Regii pro σπεύδοντο recte habent σπεύδοντε. Iidem δ' poſt ἠμαθόεντα omittunt. Lege & diſtingue:

Τὼ δ' ἄμφω σπεύδοντε Διὸς περικαλλέα τέκνα
Ἐς Πύλον ἠμαθόεντ', ἰδ' ἐπ' Ἀλφειῦ πόρον ἶξον.

Ἠμαθόεις perpetuum Pyli epitheton eſt apud Homerum.

vſ. 400.

Ἦχ' ἔ δὴ τὰ χρήματ' ἀτάλλετο νυκτὸς ἐν ὥρῃ.

Videant doctiores, an depravatiſſimo verſui medicina fieri poſſit ex his Codicum variantibus. Mofcov. Ὄχα δὲ τὰ χρήματα τιτάλλετο νυκτὸς ἐν ὥρῃ. Regii: Ἦχ' ἔ δὴ τὰ χρήματ' ἀτιτάλλετο νυκτὸς ἐν ὥρῃ. Mox Mofcov. κιὼν ἐς λάϊνον ἄντρον.

vſ. 403.

Λητοΐδης δ' ἀπάτερθεν ἰδὼν, ἐνόησε βοείας
Πέτρῃ ἐπ' ἠλιβάτῳ, τάχα δ' ἤρετο κύδιμος Ἑρμῆν.

MS. Mofcov. Λητοΐδης δ' ἀπάνευθεν ἰδὼν, ἐνόησε βοείας Γαίῃ ἐπ' ἠλιβάτῳ, τάχα δ' εἴρετο κύδιμος Ἑρμῆν. Mox idem: Ὧδε νεογενοίων καὶ νήπιος.

vſ.

vſ. 409. 410. 411.

Ὣς ἄρ' ἔφη, καὶ χερσὶ περίστρεφε καρτερὰ δεσμὰ
Ἄγνω. ταὶ δ' ὑπὸ ποσσὶ κατὰ χθονὸς αἶψα φύοντο
Αὐτόθεν ἀμβολάδην ἐστραμμέναι ἀλλήλῃσι.

Sic etiam legitur in MS. Moſcov. At Regii & Edit. pr. Ὣς ἄρ' ἔφη, καὶ χερσὶ περίστρεφε καρτερὰ δεσμὰ Ἀγνῦ. ταὶ δ' ὑπὸ ποσσὶ κατὰ χθονὸς αἶψα φύοντο Αὐτόθεν ἐμβολάδην ἐστραμμέναι ἀλλήλῃσι. Locus difficilis eſt & implicatus, in quo non probo conjecturas B. Martini Var. Lect. II. 10. Nam, quantum in his tenebris diſpicere poſſum, alienum ſenſum verbis poëtae affinxit.

vſ. 418. 419.

λαβὼν δ' ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς,
Πλήκτρῳ ἐπειρήτιζε κατὰ μέρος· ἡ δ' ὑπὸ χειρὸς
Σμερδαλέον κονάβησε.

Codex Moſcov. vocem ad ſententiam neceſſariam, quae deërat, hoc modo ſupplet: λαβὼν δ' ἐπ' ἀριστερὰ λύρην. Verum cum prima in λύρα ſemper corripiatur, pronior ſim in H. Stephani correctionem: λύρην δ' ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς &c. praeſertim cum λαβὼν hic intruſum videatur e ſimili loco vſ. 496. κίθαριν δὲ λαβὼν ἐπ' ἀριστερὰ χειρός.

vſ. 420. 421. 422.

γέλασσε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων
Γηθήσας, ἐρατὴ δὲ διὰ φρένας ἤλυθ' ἰωὴ
Θυμῷ ἀκαζόντα.

Eximius ille Codex Moſcov. hunc locum pulcerrimo verſu auget:

γέλασσε δὲ Φοῖβος Ἀπόλλων
Γηθήσας, ἐρατὴ δὲ διὰ φρένας ἤλυθ' ἰωὴ
Θεσπεσίης ἐνοπῆς. καί μιν γλυκὺς ἵμερος ᾕρει
Θυμῷ ἀκαζόντα.

vſ. 430.

Τοὺς δὲ κατὰ πρέσβιν τε καὶ ὡς γεγάασιν ἕκαστοι.

 MS.

MS. Moscov. Τὰς δὲ καὶ κατὰ πρέσβην τι καὶ ὡς γιγάασιν ἅπαντες.

vs. 452. 453.

Ἀλλ' ὕπω τί μοι ὧδε μετὰ φρεσὶν ὧδε μέλησεν,
Οἷα νέοι θαλίης ἐνδέξια ἔργα πέλονται.

Non temere Clarkio insolens visa est vocis ὧδε repetitio. Sic enim hi versus legendi sunt ex Codice Moscov.

Ἀλλ' ὕπω τί μοι ὧδε μετὰ φρεσὶν ἄλλο μέλησεν,
Οἷα νέοι θαλίῃσ' ἐνδέξια ἔργα πέλονται.

vs. 455. 456.

Νῦν δ' ἐπεὶ οὖν ὀλίγος περ ἐὼν κλυτὰ μήδεα οἶδας,
Σοὶ δ' αὐτῷ καὶ μητρὶ τόδ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω.

Rursus Codex Moscoviensis nos duobus beat versibus, quos reliquorum librariorum socordia praeterierat:

Νῦν δ' ἐπεὶ ὢν ὀλίγος περ ἐὼν κλυτὰ μήδεα οἶσθα,
Ἴζε, πίπον, καὶ θυμὸν ἐπαίνει πρεσβυτέροισι.
Νῦν γάρ τοι κλέος ἔσται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι.
Σοί τ' αὐτῷ καὶ μητρὶ τόδ' ἀτρεκέως ἀγορεύσω.

Pro θυμὸν ἐπαίνει scribe μῦθον ἐπαίνει, ut Il. B. 335. Μῦθον ἐπαινήσαντες Ὀδυσσῆος θείοιο. Pro ἀγορεύσω malim ἀγορεύω. In σοί τ' αὐτῷ Moscoviensi consentiunt Regii. Quam scripturam si sequamur, locus sic interpungendus est:

Νῦν γάρ τοι κλέος ἔσται ἐν ἀθανάτοισι θεοῖσι
Σοί τ' αὐτῷ καὶ μητρί, τόδ' ἀτρεκέως ἀγορεύω.

vs. 457.

Ναὶ μὰ τόδε κρανεῖον ἀκόντιον.

MSS. Regii & Moscov. κρανάϊον. Cum prima vocis κρανεῖος semper ab Homero corripiatur, recte, arbitror, Martinum Var. Lect. II. 12. & Dorvillium Misc. Observ. Vol. X. p. 427. per unius literae transpositionem legere:

Ναὶ μὰ τόδε καρνεῖον ἀκόντιον.

vs.

vs. 465.

Πρῶτος γὰρ, Διὸς υἱὲ, μετ' ἀθανάτοισι θαάσσεις.

MS. Moscov. θοάσσεις. Θοάζειν pro *sedere* Tragicum esse, docent Interpretes ad Hesych. v. Θοάζει. Sed θαάσσειν proprium est Homero.

vs. 470.

Καὶ νῦν αὐτὸς ἐγὼ παῖδ' ἀφνειὸν δεδάηκα.

MSS. Regii & Moscov. Καὶ νῦν αὐτὸς ἔγωγε παῖδ' ἀφνειὸν δεδάηκα. quod notandum putavi, si forte tantilla varietas prodesse possit ad mendosum versum restituendum. Nam Martini in hunc locum conjecturae Var. Lect. II. 12. vix dignae sunt, quae commemorentur.

vs. 478.

Καὶ χορὸν ἱμερόεντα, ϗ ἐς φιλοκυδέα κῶμον.

Sic MS. Moscov. & Edit. pr. In recentioribus Edd. est φιλοκηδέα, operarum, ut puto, errore. Barnesius bene defendit φιλοκυδέα. Praeferrem tamen MSS. Regiorum lectionem: καὶ ἐς φιλομειδέα κῶμον. nisi Homerica consuetudo μ in hac voce geminaret.

vs. 479. 480.

ὅστις ἄρ' αὐτὴν
Τέχνῃ ϗ σοφίῃ δεδαημένος ἐξερεείνῃ.

MS. Moscov. ὅστις ἂν ϗ αὐτὴν Τέχνῃ ϗ σοφίῃ δαημένος ἐξερεείνῃ. Regii quoque, ὅστις ἂν αὐτὴν &c. Mox iidem νέα pro νέῳ.

vs. 485.

Μὰψ αὔτως κεν ἔπειτα μετήορά τε θρυαλίζοι.

Insolens forma verbi θρυαλίζοι. Scribe, θρυλλίζοι. Est quidem apud Suidam: Θρυαλλεῖ. λαλεῖ. κυκᾷ. &: Θρυαλλίζω. ψιθυρίζω. Sed bene H. Stephanus Thes. Gr. L. Tom. I. p. 1580.

p. 1580. corrigit Θρυλλεῖ, & Θρυλλίζω. Versu praecedenti Moscov. ἰῶν pro ἰών.

vs. 486.

Γηθήσας. κίθαριν δὲ λαβὼν ἐπ' ἀριστερὰ χειρός.

Hic versus deest in MS. Moscov.

vs. 498. 499.

Πλήκτρῳ ἐπειρήτιζε κατὰ μέλος· ἡ δ' ὑπὸ καλὸν
Ἱμερόεν κονάβησε· θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε.

Haec est lectio Editionis primae, ex qua reliquae Editiones fluxerunt. Eandem rem Poëta sic expressit vs. 53. Πλήκτρῳ ὑπειρήτιζε κατὰ μέρος· ἡ δ' ὑπὸ χειρὸς Σμερδαλέον κονάβητε· θεὸς δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν. & vs. 419. λαβὼν δ' ἐπ' ἀριστερὰ χειρὸς, Πλήκτρῳ ἐπειρήτιζε κατὰ μέλος· ἡ δ' ὑπὸ χειρὸς Σμερδαλέον κονάβησε. Ac μέρος quidem ex vs. 53. pro μέλος binis aliis locis reponendum esse, satis demonstravit B. Martinus Var. Lect. II. 11. Ex iisdem locis Barnesius hos versus ita refinxit: Πλήκτρῳ ἐπειρήτιζε κατὰ μέρος· ἡ δ' ὑπὸ χειρὸς Ἱμερόεν κονάβησε· θεὸς δ' ὑπὸ καλὸν ἄεισε. In qua correctione facile acquiescerem, nisi me Codicis Moscoviensis revocaret auctoritas, in quo hi versus sic scripti reperiuntur: Πλήκτρῳ ἐπειρήτιζε κατὰ μέλος· ἡ δ' ὑπὸ νέρθεν Σμερδαλόεν (sic) κονάβησε· θεὸς δ' ὑπὸ μέλος ἄεισε. Sane ὑπὸ νέρθεν ab ipso poëta profectum videtur: at σμερδαλόεν a librario, qui hunc versum superioribus similem facere studebat. Nihil autem certius puto Barnesiana emendatione: θεὸς δ' ὑπὸ καλὸν ἄεισε. Nam quod If. Casaubonus ad Persii Prolog. p. 29. & V. D. ad Geoponic. Prolegom. p. 2. in μέλος liquidam λ pronunciando duplicari dicunt, vellem, id exemplis idoneis confirmassent. Affert quidem Casaubonus Antipatri Sidonii epigramma Anthol. III. 25. p. 401. Ἀκμὴν οἱ λυρόεν μελίζεται ἀμφὶ Βαθύλλῳ. Sed Salmasius, virum magnum refellens, Epist. 87. scribendum docet: Ἀκμὴν λειριόεντι μελίζεται ἀμφὶ Βαθύλλῳ. quod secutus est Cl. Brunckius Analect. T. II. p. 27. Igitur in posterum legamus:

Πλήκτρῳ ἐπειρήτιζε κατὰ μέρος· ἡ δ' ὑπὸ νέρθεν
Ἱμερόεν κονάβητε· θεὸς δ' ὑπὸ καλὸν ἄεισε.

Ori-

Origo erroris, quo μέλος pro καλὸν irrepserit, a Clarkio ad h. l. proditur.

vs. 500.

Ἔνθα βόες μὲν ἔπειτα ποτὶ ζάθεον λειμῶνα
Ἐτραπέτην.

MS. Moscov. Καί ῥα βόας μὲν ἔπειτα κατὰ ζάθεον λειμῶνα Δραπέτην. Optime βόας, ut sensus sit: Apollo & Mercurius boves ad pratum verterunt. Idem vidit Clarkius, nullo Codice adjutus.

vs. 504.

καὶ τὸ μὲν Ἑρμῆς
Λητοΐδην ἐφίλησε διαμπερὲς, ὡς ἔτι καὶ νῦν.

MS. Moscov. καὶ τὰ μὲν Ἑ. Scribendum: καί τ' ὁ μὲν Ἑρμῆς.

vs. 507.

Ἱμερτὴν δεδαώς· ὁ δ' ὑπωλένιον κιθάριζεν.

Hic versus abest a Codice Moscoviensi. Nec quisquam eum magnopere requiret.

vs. 508.

Αὐτὸς δ' αὖθ' ἑτέρης σοφίης ἐκμάσσατο τέχνην.

Ἐκμάσσατο habent etiam MSS. nostri. Nec mutem cum Barnesiano ἐκμάξατο, ut Cl. Ernestus fecit. Eam formam satis vindicavit Clarkius ad Il. P. 564. Locutionem, τέχνην ἐκμάσσεσθαι, hinc sumsit Manetho IV. 285. Ὢν ὁ βίος χλιδῆς τέχνην ἀπομάξαθ' ὁμοίην.

vs. 512. 513.

Μή μοι ἀνακλέψῃς κιθάριν καὶ καμπύλα τόξα,
Τιμὴν γὰρ πὰρ Ζηνὸς ἔχεις, ἐπαμοίβια ἔργα
Θήσειν ἀνθρώποισι;

MS. Moscov. Μή μοι ἅμα κλέψῃς κίθαριν, καὶ καμπύλα τόξα. Τιμὴν γὰρ πὰρ Ζηνὸς ἔχεις ἐπ' ἀμοιβημα ἔργα Θήσειν ἀνθρώποισι.

 Rectissi-

Rectiſſime, ἄμα κλίψῃς, *ne mihi clam auferas ſimul citharam & arcum.* Reliquorum ſententia haec eſt: *Jupiter has tibi partes dedit, ut mercaturam, quae permutandis mercibus conſtat, inter homines conſtitueres.*

vſ. 540. 541.

> Καὶ μὲν ἐμῆς ὀμφῆς ἀπονήσεται, ὅστις ἂν ἔλθῃ
> Φωνῇ καὶ πτερύγεσσι τεληέντων οἰωνῶν.

Codex Moſcov. Καὶ μὴ ἐμῆς ὀμφῆς ἀπονήσεται, οὐδ' ἀπατήσω Φωνῇ τ' ἠδὲ ποτῆσι τεληέντων οἰωνῶν. Primum verba, οὐδ' ἀπατήσω, huc temere tracta ſunt ex vſ. 542. Tum non ſpreverim vulgatam lectionem, πτερύγεσσι οἰωνῶν. Sic enim Callimachus H. in L. P. 123. Γνώσεῖται δ' ὄρνιθας, ὃς αἴσιος, οἵ τε πέτονται Ἤλιθα, καὶ ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες. At multo exquiſitior, magisque Homerica eſt altera, Φωνῇ τ', ἠδὲ ποτῇσι. Od. E. 337. Αἰθυίῃ δ' εἰκυῖα ποτὴν, ἀνεδύσατε λιμνῆς. ubi Grammatici antiqui ποτὴν explicant πτῆσιν. Homeri exemplo Aratus Phaen. 278. Αὐτὰρ ὅγ' εὐδιόωντι ποτὴν ὄρνιθι ἐοικώς.

vſ. 549. 501.

> Μοῖραι γάρ τινες εἰσὶ κασίγνηται γεγαυῖαι
> Παρθένοι, ὠκείῃσιν ἀγαλλόμεναι πτερύγεσσι,
> Τρεῖς.

Codex Moſcov. Σεμναὶ γάρ τινες εἰσὶ κασίγνηται &c. Egregie! Accidit hic, quod centies alibi, ut gloſſa Μοῖραι germanam lectionem σεμναὶ ſede ſua depelleret. Nec opus erat, Parcas proprio vocabulo nominare, facile ex ſororum nomine, numeroque ternario cognoſcendas. Saepe Parcae ſimpliciter *tres ſorores* dicuntur. Nemo neſcit illud Horatii II. Carm. 3. 15. *Dum res, & aetas, & ſororum Fila trium patiuntur atra.*

vſ.

vſ. 557.

Αἱ δ᾽ ὅτε μὲν θυίωσιν ἐδηδυῖαι μέλι χλωρόν.

Nec θυΐζω Graecum verbum eſt, ut Barneſio videtur, nec θυάζω, ut Clarkio. Veram lectionem θυίωσιν habet MS. Moſcov. Nam pro θύω, θυὰς ſaepe, addito jota, θυίω, θυιὰς dicitur. Haec forma non uno loco ſupereſt apud Heſychium, tanquam v. Ἐπιθυίω, v. Θυιωθεὶς, &c. Vide elegantiſſimum Brunckium ad Aeſchyl. S. c. Theb. 500.

Hymn. in Vener. vſ. 1.

Μοῦσά μοι ἔννεπε ἔργα πολυχρύσου Ἀφροδίτης
Κύπριδος.

Non meminerat hujus loci magnus Bentlejus, cum ad Horat. I. Carm. 4. 5. Κυθέρειαν, vel, quod idem eſt, Κύπριδα Ἀφροδίτην a quoquam Graecorum dictam negaret. Vide Cl. Albertum ad Heſych. v. Κυθέρεια. Hymno IX. 1. Κυπρογενῆ Κυθέρειαν ἀείσομαι. Sic paſſim Παλλὰς Ἀθηναίη.

vſ. 13.

Ποιῆσαι σάτινα καὶ ἅρματα ποικίλα χαλκῷ.

Nihil varietatis Codices noſtri in voce σάτινα habent. Quid? vulgatum ſervant Clarkius ad h. l. & Muſgravius ad Euripid. Helen. 1330. Verum ipſa metri ratio neceſſariam facit Barneſii correctionem: Ποιῆσαι σατίνας τε καὶ ἅρματα π. χ. In Etymologico MS. Bibl. Regiae reperi: Λαπίνη. ἡ ἅμαξα, ἢ ἅρμα σκεπαστόν. quod ex Σατίνη corruptum eſt. Heſychius: Σατίναι. αἱ ἁμάξαι.

vſ. 18.

Καὶ γὰρ τῇ ἅδε τόξα, καὶ οὔρεσι θῆρας ἐναίρειν.

MS. Moſcov. Πολύχρυσα δὲ τόξα, καὶ οὔρεσι θῆρας ἀναιρεῖν.

vſ. 38.

Καί τε τοῦ, εὖτε θέλοι, πυκινὰς φρένας ἐξαπαφοῦσα.

MS. Moſcov. εὖτ' ἐθέλῃ, Homerico more. Et ſic reſcripſit Barneſius.

vſ. 58 — 63.

Ἐς Κύπρον δ' ἐλθοῦσα, θυώδεα νηὸν ἔδυνεν,
Ἐς Πάφον· ἔνθα δέ οἱ τέμενος βωμός τε θυώδης.
Ἔνθ' ἥγ' εἰσελθοῦσα, θύρας ἐπέθηκε φαεινάς.
Ἔνθα δέ μιν Χάριτες λοῦσαν, καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ
Ἀμβρότῳ, οἷα θεοὺς ἐπενήνοθεν αἰὲν ἐόντας,
Ἀμβροσίῳ, ἑανῷ, τό ῥά οἱ τεθυωμένον ἦεν.

Haec prope ad verbum ex Od. Θ. 362. ſeqq. ſumta eſſe, monuit Berglerus Praef. ad Odyſſ. p. 18. Ἡ δ' ἄρα Κύπρον ἵκανε φιλομμειδὴς Ἀφροδίτη Ἐς Πάφον· ἔνθα δέ οἱ τέμενος βωμός τε θυήεις. Ἔνθα δέ μιν Χάριτες λοῦσαν, καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ Ἀμβρότῳ, οἷα θεοὺς ἐπενήνοθεν αἰὲν ἐόντας. At ibi non comparet vſ. 63. Qui ſi hic ſervetur, exiſtit tautologia non ferenda, ἐλαίῳ ἀμβρότῳ, ἀμβροσίῳ? Nimirum ille verſus ex Il. Ξ. 173. primum margini adſcriptus ob ſimilitudinem, mox in textum migravit. Ceterum Clarkius ad Il. Γ. 385. cum ſibi perſuaſiſſet, ſubſtantivum ἑανὸς mediam corripere, adjectivum producere, argumentari coepit, Hymnum in Venerem non eſſe Homeri, ſed ſcriptoris longe recentioris. Quod viro doctiſſimo excidiſſe nollem. Nam verſus, quem reprehendit, eſt ipſius Homeri ex Iliade Ξ. laudata, una tantum litera diverſus: Ἀμβροσίῳ, ἑδανῷ, τό ῥά οἱ τεθυωμένον ἦεν. Jam cum ἑδανὸς nihil differat ab ἑανὸς, ſimul vanitas proſodiae, quam finxit, apparet.

vſ. 66. 67.

Σεύατ' ἐπὶ Τροίην, προλιποῦσ' εὐώδεα Κύπρον,
Ὕψι μετὰ νεφέεσσι θοῶς πρήσσουσα κέλευθον.

MS. Moſcov. Σεύατ' ἐπὶ Τροίης, προλιποῦσ' εὐώδεα Κύπρον, Ὕψι μετὰ νέφεσι ῥίμφα πρήσσουσα κέλευθον. Mox in eodem Codice eſt lacuna a vſ. 68. usque ad vſ. 112.

MSS.

vſ. 84.

Ἀγχίσης δ᾽ ὁρόων ἐφράζετο, θαύμαινέν τε,
Εἶδός τε, μέγεθός τε.

MSS. Regii: Ἀγχίσης δ᾽ ὁρόων ἐφράζετο, θάμβαινέν τε, &c. Θαμβαίνω an alibi inveniatur, neſcio. Θαυμαίνω eſt Od. Θ. 108. Mox vſ. 86. iidem MSS. habent ἵετο, ut Barneſius correxit.

vſ. 97. 98. 99.

Ἢ τις νυμφάων αἵ τ᾽ ἄλσεα καλὰ νέμονται,
Ἢ νυμφῶν αἳ καλὸν ὄρος τόδε ναιετάουσι,
Καὶ πηγὰς ποταμῶν, καὶ ΒΗ´ΣΣΕΑ ποιήεντα.

Vix dubitem, quin vſ. 98. tanquam ὑποβολιμαῖος ejiciendus ſit. Videtur enim repetitus ex vſ. 259. & 286. hujus Hymni. Vſ. 99. non expers eſt corruptelae. Nam etſi neutrum βάσσος agnoſcant Heſychius in v. & Etymol. M. p. 191. l. 1. Homericum tamen eſt femininum βῆσσα. Totum igitur locum ſic conſtitue:

Ἢ τις νυμφάων αἵ τ᾽ ἄλσεα καλὰ νέμονται,
Καὶ πηγὰς ποταμῶν, καὶ ΠΙΣΕΑ ποιήεντα.

Ac, ne cui dubia conjectura videatur, indicabo fontem, unde haec ad verbum manarint. Is eſt Il. Υ. 8. 9. Οὔτ᾽ ἄρα νυμφάων, ταί τ᾽ ἄλσεα καλὰ νέμονται, Καὶ πηγὰς ποταμῶν, καὶ πίσεα ποιήεντα. Od. Ζ. 123. 124. Νυμφάων, αἳ ἔχουσ᾽ ὀρέων αἰπεινὰ κάρηνα, καὶ πηγὰς ποταμῶν, καὶ πίσεα ποιήεντα. Illos ex Il. Υ. verſus, a Plutarcho de Oracul. defect. T. II. p. 415. ſine poëtae nomine laudatos, Dan. Heinſius nimis feſtinanter retulit inter Heſiodi Fragmenta p. 318. Πίσεα, vel, ut interdum perperam ſcribitur, πίσσεα, πείσεα, πείσσεα, ſunt *loca irrigua & pecori paſcendo idonea.* Simonides apud Etymol. M. p. 135. l. 30. ex emendatione Fr. Sylburgii: Πίσεα ποιήεντα παρὰ ῥόον Ἀργανθώνης. Apollon. Rhod. I. 1266. Πίσεά τε προλιπὼν καὶ ἑλεσπίδας. III. 1218. Πίσεα δ᾽ ἔτρεμε πάντα κατὰ στίβον. ubi vide Schol. Homericus Hymnus in Pana vſ. 2. οἵ τ᾽ ἀνὰ πίση Δενδρήεντ᾽ ἄμυδις φοιτᾷ. ubi Barneſius veterem & bonam lectionem corrupit. Heſychius: Πείσσεα. λειμῶνες, ὕλη, πίδη, ποτάμιοι, ποιώδεις, ὑδατώδεις τόποι. Tolle πίδη, tanquam variam lectionem vocis ὕλη. —— Haec

ante multos annos ſcripſeram, nondum copiam habens Editionis a Clarkio curatae. Quem poſt vidi mecum conſentire in voce πίσεα pro βήσσεα, vel, ut in MSS. Reg. & Edit. pr. eſt, βίσσεα, reponenda.

vſ. 116.

Ὡς δή τοι γλῶσσάν τε καὶ ὑμετέρην εὖ οἶδα.

Hic verſus adeo illepidus & inficetus eſt, ut duro ſit ingenio, qui eum pro Homerico agnoſcat. Talia ſuperior aetas nimis patienter tulit. Veneremur, Optime Valckenari, antiquitatem, ſicut par eſt. Sed longe a nobis abſit male ſana religio.

vſ. 125.

Οὐδὲ ποσὶ ψαύειν ἐδόκευν φυσιζόου αἴης.

Rectius MS. Moſcov. Οὐδὲ ποσὶ ψαύσειν ἐδόκευν φυσιζόου αἴης.

vſ. 136. 137.

Οὔ σφιν ἀεικελίη νυὸς ἔσσομαι, ἀλλ' εἰκυῖα.
Εἴ τι ἀεικελίη γυνὴ ἔσσομαι, ἠὲ καὶ ὑκί.

Saepenumero accidit, ut ex alterius verſus gloſſis variisque lectionibus alter verſus conflaretur. Quae ſpuriorum indagandorum ratio cum ſit perelegans, ſagacique Critico inprimis digna, age, eam luculentis aliquot exemplis confirmemus. Hoc loco οὐ varians eſt vocis εἰ, τι vel τοι, ut in Moſcov. eſt, vocis σφιν. Γυνὴ gloſſa nominis νυὸς, *nurus*, pro quo peſſime Διὸς legitur in Edd. recentioribus, Codice Moſcov. cum Edit. prima, & antiquis omnibus veram lectionem νυὸς exhibente. Denique ἀλλ' εἰκυῖα eſt gloſſa verborum ἠὲ καὶ ὑκί. Ergo duo verſus in unum coaleſcant, & ex binis putidiſſimis unus fiat belliſſimus:

Εἴ σφιν ἀεικελίη νυὸς ἔσσομαι, ἠὲ καὶ ὑκί.

Res manifeſta eſt, nec, ut poſtea vidimus, Clarkium fefellit. Praeterea magnam emendationi noſtrae auctoritatem fidemque afferunt Codices Regii, in quibus verſus

fus 137. prorfus omittitur, verfus autem 136. hoc modo fcribitur: Οὔ σφιν ἀεικελίη γυνὴ ἔσομαι, ἠὲ καὶ αἰκί. Simile magiftellorum flagitium deprehendimus in Hefiodo Theog. 611. 612.

Ζώει ἐνὶ στήθεσσιν ἔχων ἀλίαστον ἀνίην
Θυμῷ καὶ κραδίῃ, καὶ ἀνήκεστον κακόν ἐστιν.

Scio, Homerum, Hefiodum, aliosque centies conjungere θυμὸν & κραδίην. At vero, qui στήθεα, θυμὸν & κραδίην conjunxerit, fcio neminem. Sed vel mediocriter attentus videat, θυμῷ & κραδίῃ natum effe ex interpretatione vocum ἐνὶ στήθεσσιν. Unde autem ἀνήκεστον irrepfit? An gloffa dicenda vocis ἀλίαστον? Non, opinor. Quid ergo? Is, qui ἀνήκεστον fcripfit, in Codice fuo pro ἀλίαστον reperit ἀνίαστον. Rectene, an fecus, nihil ad rem. Hefychius: Ἀνήκεστον. ἀνίαστον. Deleamus igitur verfum 612. ut fua Hefiodo conftet elegantia. Sed non omittendus eft alius locus Hefiodi Theog. 827. 828. fimili gloffemate foedatus:

ἐκ δέ οἱ ὄσσων
Θεσπεσίης κεφαλῇσιν ὑπ' ὀφρύσι πῦρ ἀμάρυσσε.
Πασέων δ' ἐκ κεφαλέων πῦρ καίετο δερκομένοιο.

Ecquis eft, quin videat, ἐκ κεφαλῶν fervire explicandae voci κεφαλῇσιν, & πῦρ καίετο verbis πῦρ ἀμάρυσσε. Neque eft, quare hunc explanatorem reprehendamus. Is vero non optima fide egiffe cenfendus eft, qui has gloffulas, in pedes coactas, Hefiodeo carmini intruferit. Ab Hefiodo tranfeamus ad Orpheum, quem Tu, mi Valckenari, fcis, ducentis prope monftris a nobis effe liberatum. De Lapid. vf. 267. 268.

Καί οἱ καρφαλέας νεφέλαις κορέσωσιν ἀρούρας,
Ἠδὲ καὶ αὐχμηρῇσιν ἄγοι πολὺν ὄμβρον ἀρούραις.

Illud de Lapidibus carmen reliquis Orphicis, ut argumenti dignitate, ita orationis cultu elegantiaque cedit. Verfus funt paulo duriores, minusque rotundi, interdum loquaciores, quam decet. Hunc tamen locum fic, ut nunc circumfertur, a poëta profectum effe, quis credat? Videsne, καρφαλέας explicari per αὐχμηρὰς, νεφέλαις κορέσωσιν

σουσι per πολὺν ὄμβρον ἄγουσι. Ergo versus 268. tanquam ex glossa natus, abjiciatur. Tanta veterum Criticorum religio fuit in Homeri carminibus tractandis, & ad posteritatem transmittendis, ut non, nisi rationibus bene subductis, & verecundia, quae juvenilem inprimis aetatem decet, ad divinum opus castigandum accedam. Veruntamen in hoc etiam, post tot Aristarchi aliorumque obelos, versus haud paucos, qui humili plebejoque Glossographorum ingenio debeantur, mihi videor deprehendisse. v. c. Il. Θ. 526. 527. 528.

> Εὔχομαι ἐλπόμενος Διΐ τ' ἄλλοισί τε θεοῖσιν
> Ἐξελάαν ἐνθένδε κύνας κηρεσσιφορήτους,
> Οὓς κῆρες φορέουσι μελαινάων ἐπὶ νηῶν.

Profecto manifestis indiciis se prodit ingenium manusque scioli, qui rariori voci κηρεσσιφορήτους adscripserit interpretationem, οὓς κῆρες φορέουσι. Hanc deinde alius, pedibus clausam, in ipsum contextum immisit. Grammaticus tamen Homeri mentem, a qua nonnulli longius aberrarunt, rectissime cepit. Non alienum fuerit, Eustathii ad h. l. annotationem expendere: Ὅτι τοὺς Ἀχαιοὺς ὁ Ἕκτωρ κύνας κηρεσσιφορήτους λέγει ἐν τῷ, Εὔχομαι &c. Εἶτα ἐτυμολογικῷ τρόπῳ τὴν τελευταίαν λέξιν ἀναπτύσσων, ἐπάγει· οὓς αἱ κῆρες φορέουσι ἐπὶ νηῶν. Scilicet egregie decebat Hectorem, dum concitata & spiritus plena oratione rapit Trojanorum animos ac percellit, ad leves frivolasque Grammaticorum etymologias descendere. Pergit idem: μονονουχὶ λέγων ὅτι κηρεσσιφορήτους λέγω, οὐ τοὺς ἐνεργητικῶς ἐπάγοντας κῆρας τοῖς Τρωσὶν, οὐ γὰρ δύναιντο τοῦτο, ἀλλὰ ὡς κῆρας φέρουσι πάσχοντας τὸ φέρεσθαι. Posteriorem rationem sequuntur Hesychius, Etymol. M. Scholiastes Minor, &c. Sed priorem, omnium ineptissimam, probavit Suidas: Κηρεσσιφόρητος. ὁ τὸν θάνατον φέρων. —— Sic juvenis de hoc Homeri loco disputabam. Post aetas & usus me docuit, poëtam, vel in summa ingenii ubertate, saepe eandem rem bis dicere. Quod paucis, sed simillimis, exemplis planum faciamus. Il. I. 124. δώδεκα δ' ἵππους πηγοὺς, ἀθλοφόρους, οἳ ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο. Il. N. 482. δείδια δ' αἰνῶς Αἰνείαν ἐπιόντα πόδας ταχὺν, ὅς μοι ἔπεισιν. Od. B. 65. Ἄλλους τ' αἰδέσθητε περικτίονας ἀνθρώπους, Οἳ περιναιετάουσι. Nec cum Ernesto suspectum habeam Od. N. 391.

Σὺν

Σὺν σοὶ, πότνια θεὰ, ὅτι μοι πρόφρασσ' ἐπαρήγεις. quia vſ. 389. praecedit: Αἴκε μοι ὥς μεμαυῖα παραςαίης. De aliorum, inprimis Tragicorum, tautologia vide Stanlejum ad Aeſchyl. Choëph. 5.

vſ. 158. 159. 160.

Ἐς λέχος νύςρωτον, ὅ, τι περ πάρος ἔσκεν ἄνακτι
Χλαίνησιν μαλακῇς ἐςρωμένον· αὐτὰρ ὕπερθεν
Ἄρκτων δέρματ' ἔκειτο, βαρυφθόγγων τε λεόντων.

Hic locus cum aliqua varietate legitur in MS. Moſcov. Ἐς λέχος νύςρωτον, ὅ, τι περ πάρος ἔσκεν αὐτῇ Δίνησι μαλακῇσιν ἐςρωμένον· αὐτὰρ ὕπερθεν Ἐκ τῶν δέρματ' ἔκειτο, &c. Ceterum ex hoc loco confirmatur librorum quorundam lectio, χλαῖναν μαλακὴν, Od. Ξ. 521. ubi nunc editur, χλαῖναν μεγάλην.

vſ. 177. 178.

κάλλος δὲ παρειάων ἀπέλαμπεν
Ἄμβροτον, οἷόν τ' ἐςιν ἰϋςεφάνε Κυθερείης.

MS. Moſcov. οἷόν τ' ἐςιν ἰοςεφάνε Κυθερείης. quod proprium Veneris epitheton eſt. Solon apud Plutarch. in ejus vita p. 93. B. Ἀσκηθῆ πέμποι Κύπρις ἰοςέφανος. Polyſtratus in Analect. Brunck. T. II. p. 1. Παφίης ἔργον ἰοςεφάνε. Alter Homericus in Venerem Hymnus vſ. 18. Εἶδος θαυμάζοντες ἰοςεφάνε Κυθερείης. ubi contra MSS. Regii habent ἰϋςεφάνε.

vſ. 190. 191.

ἐπεὶ ὁ βιοθάλμιος ἀνὴρ
Γίγνεται ὅςε θεαῖς εὐνάζεται ἀθανάτῃσι.

MSS. Moſcov. & Regii male, βιοφθάλμιος. Similis vox eſt ζωθάλμιος. Pindarus Olymp. VII. 19. Ἄλλοτε δ' ἄλλον ἐποπτεύει χάρις ζωθάλμιος. ubi vide Schol. Heſychius: Ζωθάλμιον. ζώσιμον, βιάσιμον.

vſ. 204 — 207.

Ἥρπασ' ἰὸν διὰ κάλλος, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη,
Καί τι Διὸς κατὰ δῶμα θεοῖς ἐπιοινοχοεύοι,
Θαῦμα ἰδεῖν, πάντεσσι τετιμένος ἀθανάτοισι,
Χρυσέω ἐκ κρητῆρος ἀφύσσαι νέκταρ ἐρυθρόν.

Huic loco germanam ſcripturam redde ex Codice Moſcov.

Ἥρπασ' ἰὸν διὰ κάλλος, ἵν' ἀθανάτοισι μετείη,
Καί τε Διὸς κατὰ δῶμα θεοῖς ἐπιοινοχοεύειν,
Θαῦμα ἰδεῖν, πάντεσσι τετιμένον ἀθανάτοισι,
Χρυσέω ἐκ κρητῆρος ἀφύσσειν νέκταρ ἐρυθρόν.

Tranſiit poëta ab optativo cum ἵνα ad infinitivum. Cujus variatae ſtructurae exemplis pleni ſunt utriusque linguae ſcriptores. Vide quae diſputavimus ad Rutil. Lup. II. p. 95. Ceterum comparandus eſt hic locus cum fonte, unde fluxit, Il. Υ. 232. ſeqq.

vſ. 212.

Ἵππυς ἀργίποδας, τοί τ' ἀθανάτυς φορέυσι.

Magno conſenſu MSS. Moſcov. Regii, & Editio prima: Ἵππυς ἀερσίποδας. quod non ſpernendum. Ἀερσίπυς dicitur pro αἰερσίπυς. Il. Γ. 337. ἦχι ἑκάςῳ Ἵπποι ἀερσίποδες, καὶ ποικίλα τεύχε' ἔκειτο.

vſ. 215.

Ὡς ἔοι ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ἤματα πάντα.

Lege ex praeclaro illo Moſcovienſi:

Ὡς ἔοι ἀθάνατος καὶ ἀγήρως ἶσα θεοῖσιν.

Librario, ἤματα πάντα ſcribenti, obverſatus videtur verſus 539. Il. Θ. Εἴην ἀθάνατος καὶ ἀγήραος ἤματα πάντα.

vſ. 230.

Καλῆς ἐκ κεφαλῆς καὶ εὐγενέος γενείυ.

Ms.

MS. Moscov. Καλῆς ἐκ κεφαλῆς, εὐηγενέος γενείου. omisso καί. Suspicor, aliquid latere. Nam εὐγενὴς vel εὐηγενὴς parum aptum barbae epitheton est, nisi pro *bene crescens* capere velis.

vs. 253. 254. 255.

Νῦν δὲ δὴ οὐκέτι μοι στοναχήσεται ἐξονομῆναι
Τοῦτο μετ' ἀθανάτοισι· ἐπεὶ μάλα πολλὸν ἀάσθην,
Σχέτλιον, οὐκ ὀνόταστον.

Nihili est, quod Martinus Var. Lect. II. 23. conjicit, στόμα χείσεται, & bene repudiatum a Clarkio. Ipse legere malit: Νῦν δὲ δὴ οὐκέτι μοι στόματ' ἔσσεται ἐξονομῆναι. *Nunc non amplius mihi licebit ore nominare.* In quo magis mihi sententia placet, quam orationis forma. Felicior Martinus fuit in restituendo versu 255. Σχέτλιον, οὐκ ὀνομαστόν. Hesiodus Theog. 148. Τρεῖς παῖδες μεγάλοι καὶ ὄβριμοι, οὐκ ὀνομαστοί. ibid. 171. ἐπεὶ πατρός γε δυσωνύμου οὐκ ἀλεγίζω. Aeschylus Choëph. 188. Ἐμὴ δὲ μήτηρ, οὐδαμῶς ἐπώνυμον φρόνημα παισὶ, δύσθεον πεπαμένη. Apollon. Rhod. II. 258. ἴστω δὲ δυσώνυμος ἥ με λέλαχεν κῆρ. III. 800. πρὶν τάδε λωβήεντα καὶ οὐκ ὀνομαστὰ τελέσσαι. Dioscorides Epigrammate apud Kusterum ad Suid. v. Θαλάμη· Γάλλῳ δ' οὐδ' ὀνομαστὸν ἄχος. Idem est οὐ φατειὸν, de quo alibi.

Hymn. IV. vs. 10.

Δειρῇ δ' ἀμφ' ἁπαλῇ καὶ στήθεσιν ἀργυρέοισιν.

MSS. Regii & Edit. pr. ἀργυφέοισιν, quod etiam Barnesius revocavit Apollon. Rhod. IV. 1406. κεφαλαῖς ἐπὶ χεῖρας ἔχουσαι Ἀργυφέας.

Hymn. V. vs. 26. 27.

Δαιμόνι', οὐκ ὁράᾳς, ἅμα δ' ἱστίον ἕλκεο νηὸς,
Σύμπαντ' ὅπλα λαβών.

Egregie Hemsterhusius corrigebat: Σύμπανθ' ὅπλα βαλών. Theognis vs. 671. Οὕνεκα νῦν φερόμεσθα καθ' ἱστία λευκὰ βαλόντες. Ovidius in hac ipsa fabula narranda, Met. III. 663. *Velaque deducunt, geminaque ope currere tentant.* Belgae dicunt, *alle zylen byzetten.*

vs. 43.

Μηδήδην τότ' ἔπειτα κυβερνήτην ἐκέλευον
Γῇ πιλάαν.

MS. Moscov. Μηδ' ἤδη, Regii & Edit. pr. Μὴ δήδειν. Barnesius scribit Μηδείδην, ut sit Μηδεῖος υἱός. quod non displicet. Nisi forte malis: Μήδην δὴ τότ' ἔπειτα κυβερνήτην ἐκέλευον &c. ut Od. Λ. 44. Δὴ τότ' ἔπειθ' ἑτάροισιν ἐποτρύνας ἐκέλευσα.

vs. 55.

Θάρσεί, δῖε κάτωρ, τῷ 'μῷ κεχαρισμένε θυμῷ.

Κάτωρ legitur in MSS. Regiis & Edit. prima, quod recentiores in κράτωρ mutarunt. Cod. Moscov. habet, δῖ' ἐκάτωρ. ex quo alius, ut spero, veram lectionem aliquando extundet. Martinus Var. Lect. IV. 3. κάτωρ, monstrum vocis, a κάζω repetens, explicat *gubernatorem*. Sed hic κάτωρ νηὸς aeque ridiculus est, ac *cator formularum*, quem ille Ciceroni de Orat. I. 55. obtrudebat.

Hymn. V. vs. 9. 10.

Κλῦθι βροτῶν ἐπίκουρε, δοτὴρ εὐθαρσέος ἥβης,
Πρηῢ καταστίλβων σέλας ὑψόθεν ἐς βιότητα.

MSS. Regii, εὐθαλέος ἥβης. In versu sequenti argutatur Barnesius. Lege cum magno Hemsterhusio:

Πρηῢ καταστίλψον σέλας ὑψόθεν ἐς βιότητα.

Ceterum hic in Martem Hymnus tam alienus est ab indole Homericorum, tamque similis Orphicis, ut non ab Homerida, sed ab auctore Orphicorum Hymnorum profectus videatur.

Hymn. VI. vs. 3.

Ἡ θ' ἵππους ἄρσασα βαθυσχοίνοιο Μελήτης.

Non dubia emendatio est B. Martini Var. Lect. I. 28. & L. Holstenii ad Steph. Byz. v. Μελήτου.

Ἡ

Ἡ δ' ἵππως ἄρσατα βαθυρχόιοιο Μίλη?ⓈⓈ.

Ἄρσατα ab ἄρδω h. l. non eſt *lavans*, *aqua perfundens*, ut Martinus interpretatur, ſed *potum agens*. Herodot. V. 12. ἐπεὶ τε ἀπίκετο ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ἦρσε τὸν ἵππον· ἄρσασα δὲ, καὶ τὸ ἄγγος &c. Euphorion apud Clement. Alex. Strom. V. p. 664. Οἱ δ' ὕπω Σιμόεντος Ἀχαιίδας ἄρσαμεν ἵππους.

Hymn. VII. vſ. 4. 5.

Χαῖρε, θεὰ, Σαλαμῖνος ἐϋκτιμένης μεδέουσα,
Καὶ πάσης Κύπρου· δὸς δ' ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.

Ab hac lectione multum recedit Codex Moſcov. Χαῖρε, μάκαιρα, Κυθήρης ἐϋκτιμένης μεδέουσα, Εἰναλίης τε Κύπρου· δὸς δ' ἱμερόεσσαν ἀοιδήν.

Hymn. IX. vſ. 1.

Ἥρην ἀείδω χρυσόθρονον, ἣν τέκε Ῥείη.

Librarius Codicis Moſcov. Ἡραν ſcripſit, ut prima in ἀείδω corriperetur. Sed ea quoque producitur Hymn. XV. 1. & XXIX. 1. Callimach. H. in Del. 304. Οἱ μὲν ὑπαείδουσι νόμον Λυκίοιο γέροντος. ubi vide Erneſtum. Orpheus de Lapid. 315. Χείλεσιν ἀείδων θελξίμβροτον ἀτρέμας ᾠδήν.

Hymn. XI. vſ. 3.

Ἡ κροτάλων τυμπάνων ἰαχὴ, σύν τε τρόμος αὐλῶν
Εὔαδεν.

MSS. Regii: Ἡ κροτάλη, τυπάνων τ' ἰαχὴ, σύν τε βρόμος αὐλῶν Εὔαδεν. Moſcov. etiam poſt τυμπάνων copulam τ' inſerit. Quae, ſi κροτάλη excipias, veriſſima ſcriptura eſt. Eandem ex ingenio reſtituit Barneſius. Hymn. in Mercur. 451. καὶ ἱμερόεις βρόμος αὐλῶν. Ariſtophan. Nub. 312. καὶ μοῦσα βαρύβρομος αὐλῶν. ubi vide Kuſterum. Archias Anthol. III. 1. p. 321. Σοῦ δὲ βοὰν αὐλοῖο μελίβρομον οὐκ ἔτι νύμφαι, Ὡς πάρος, ἐν Φρυγίοις ὄρεσι πευσόμεθα.

Hymn. XII. vſ. 4. 5. 6.

Ὃς πρὶν μὲν κατὰ γαῖαν ἀθέσφατον ἠδὲ θάλασσαν
Πλαζόμενος πομπῇσιν ὑπ' Εὐρυσθῆος ἄνακτος,
Πολλὰ μὲν αὐτὸς ἔρεξεν ἀτάσθαλα, πολλὰ δ' ἀνέτλη.

Mirum quantum a reliquis libris Codex Moſcov. abit: Ὥς ῥα τὸ μὲν κατὰ γαῖαν ἀθέσφατον ἠδὲ θάλασσαν Πλαζόμενος πηαίνετ' ἀεθλεύων κραταίως, Πολλὰ μὲν αὐτὸς ἔρεξεν ἀτάσθαλα, ἔξοχα ἔργα. Syllabae αι in πηαίνετ' eadem manu η ſuperſcriptum eſt.

Hymn. XIV. vſ. 1.

Κάστορα καὶ Πολυδεύκε' ἀείδεο, Μοῦσα λίγεια.

MSS. Moſcov. & Regii cum Editione pr. ἀείσεο. Mox Moſcov. mendoſe, ταχίων ἐπ' ἀμήτων ἵππων.

Hymn. XV. vſ. 4.

Ἄτλαντος θυγάτηρ, Διὸς ἐν φιλότητι μιγεῖσα.

In hoc verſu deficit Codex Moſcovienſis.

Hymn. XVI. vſ. 5.

Πᾶν' ἀνακεκλόμενοι, νομιὸν θεὸν, ἀγλαίθειρον,
Αὐχμήεντ'.

Ineptum & ne Graecum quidem eſt, quod Martinus conjicit Var. Lect. IV. 18. αἰχμήεντ'. Si quid mutandum eſt, legere malim, αὐχήεντ'. Qua forma boni poëtae utuntur, Rhianus apud Steph. Byz. v. Χαῦνοι, Simmias Anthol. VI. 15. p. 568. & Oppian. Ἁλιευτ. II. 677.

vſ. 12 — 16.

Πολλάκι δ' ἀργινόεντα διέδραμεν οὔρεα μακρὰ,
Πολλάκι δ' ἐν κνημοῖσι διήλασε θῆρας ἐναίρων,
Ὀξέα δερκόμενος· τότε δ' ἐς σπέος ἤλασε οἶας,
Ἄγρης ἐξανιὼν δονάκων, ὑπὸ μοῦσαν ἀθύρων
Νήδυμον.

Ita

Ita hos versus verissime emendarunt Martinus Var. Lect. IV. 18. Barnesius ad h. l. & Piersonus Verisimil. II. 2. Versum 12. cum sequenti prope ad verbum expressit Ovidius Fastor. II. 285. 286. *Ipse Deus discurrere gaudet in altis Montibus; & subitas concitat ille feras.* Versus 15. in omnibus, quas vidi, Edd prava interpunctione ita laborat, nulla ut inde elici possit sententia. Distingue:

> Ἄγρης ἐξανιὼν, δονάκων ὑπὸ μοῦσαν ἀθύρων
> Νήδυμον.

Alcaeus Anthol. IV. 12. p. 475. Ἔμπνει Πὰν λασιοῖσιν ὀρειβάτα χείλεσι μοῦσαν, Ἔμπνει, ποιμενίῳ τερπόμενος δόνακι. Lucretius IV. 592. de eodem Pane: *Unco saepe labro calamos percurrit hiantes, Fistula sylvestrem ne cesset fundere musam.* Qui versus expressi sunt ex eleganti Platonis epigrammate in statuam Panis fistula canentis, Anthol. IV. 12. p. 474.

> Αὐτὸς ἐπεὶ σύριγγι μελίσδεται εὐκελάδῳ Πὰν,
> ὙΓΡΟ'Ν ἱεὶς ζευκτῶν χεῖλος ὑπὲρ καλάμων.

Scis, vir longe doctissime, quantam vim habeat in scriptoribus antiquis sive interpretandis, sive corrigendis, Graecos fontes, e quibus Latini rivulos duxerint, diligenter indagasse. Cujus generis animadversiones, utinam, qui in his literis nobiscum versantur, majore copia proferrent! Juvat, uno alteroque exemplo, quid utilitatis inde redundet, planum facere. Vel hic Lucretii locus, vide, quantum mihi profuerit ad Platonis epigramma emendandum. Is enim, *unco saepe labro* vertens, manifesto ostendit, se non vulgatam lectionem, quanquam nec ipsam contemnendam, sequi, sed alteram haud paulo exquisitiorem:

> ΓΥΡΟ'Ν ἱεὶς ζευκτῶν χεῖλος ὑπὲρ καλάμων.

Idem V. 1408. *Et supera calamos unco percurrere labro.* Epigramma ἀδέσποτον Anthol. I. 48. p. 142. quod, nescio qua auctoritate, Natal. Comes Mythol. V. 6. Ibyco tribuit: Ὦ Πὰν φερβομέναις ἱερὰν φάτιν ἄπυε ποίμναις, Κυρτὸν ὑπὲρ χρυσέων χεῖλος ἱεὶς δονάκων. Haud disparem medicinam ex Ovidio faciamus Apollonio Rhodio III. 1298 — 1303.

Ὡς

Ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἐνὶ τρητοῖσιν ἐΰῤῥινοι χοάνοισι
Φῦσαι χαλκήων, ὅτε μέν τ᾽ ἈΝΑΜΑΡΜΑΙ΄ΡΟΥΣΙ
Πῦρ ὀλοὸν πιμπρᾶσαι, ὅτ᾽ αὖ λήγουσιν ἀϋτμῆς.
Δεινὸς δ᾽ ἐξ αὐτοῦ πέλεται βρόμος, ὁππότ᾽ ἀΐξει
Νειόθεν· ὣς ἄρα τώγε θοὴν φλόγα φυσιόωντες
Ἐκ στομάτων ὁμάδευν.

Scholiaſtes antiquus, difficultatem ſentiens, locum, ut potuit, explicuit. *Μαρμαίρουσι*, inquit, *κυρίως καίουσι. Μετενήνοχε δὲ τὴν φωνὴν ἀπὸ τῆς σφοδροτάτης φυσήσεως ἐνεχθείσης ἔσωθεν.* Nec quicquam extricavit hominum futiliſſimus, qui Apollonium putido commentario oneravit, Jer. Hoelzlinus. Praeſtat igitur adire Ovidium, Apolloniana ſic in rem ſuam convertentem, Met. VII. 104. ſeqq. *Ecce! adamanteis Vulcanum naribus efflant Aeripedes tauri: tactaeque vaporibus herbae Ardent. Utque ſolent pleni reſonare camini, Aut ubi terrena* &c. Vides, pro acumine Tuo, clariſſime Valckenari, Ovidii aetate integerrime ſcriptum fuiſſe:

Ὡς δ᾽ ὅτ᾽ ἐνὶ τρητοῖσιν ἐΰῤῥινοι χοάνοισι
Φῦσαι χαλκήων, ὅτε μέν τ᾽ ἈΝΑΜΟΡΜΥ΄ΡΟΥΣΙ
Πῦρ ὀλοὸν πιμπρᾶσαι.

Ἀναμορμύρειν, verbum Homericum, quam bene follibus conveniat, dicere non eſt neceſſe. *Μορμύρειν*, *murmurare*, *murmur*, de maris, fluminum, fontiumque ſonitu frequens eſt apud utriusque linguae poëtas. Quibus praeivit Homerus Il. Σ. 404. *περὶ δὲ ῥόος Ὠκεανοῖο Ἀφρῷ μορμύρων ῥέεν ἄσπετος*. Quod cum legiſſet cultiſſimus Epigrammatum ſcriptor, Leonides Tarentinus Anthol. IV. 12. p. 466. praeclare ſe ſperavit locuturum, ſi diceret: *Τὰν ἐκφυγοῦσαν ματρὸς ἐκ κόλπων ἔτι, Ἀφρῷ τε μορμύρουσαν εὐλοχοῦ Κύπριν Ἰδὼν Ἀπελλῆς.* At mihi, ut leniſſime dicam, ipſe Homerus talem imitationem non videtur probaturus fuiſſe. Verbum *ἀναμορμύρειν*, quod Apollonio vindicavimus, nos admonet, ut ſimilem operam navemus Orpheo Argon. 1180.

καὶ οἱ ὄπισθεν
Ἴκτο κατάϊγδην δνοφερὴ ΤΡΟΜΕ΄ΟΥΣΑ θύελλα.

Vere conjecimus:

καὶ

καὶ οἱ ὄπισθεν
Ἴκτο καταιγίδην διοφερὴ ΒΡΟΜΕ'ΟΥΣΑ θύελλα.

Aeschylus Fragm. p. 643. Βορεάδας ἔξεις πρὸς πνοάς· τὸ δ' εὐλαβοῦ Βρόμον καταιγίζοντα. Apollon. III. 1327. ὦρτο δ' ἀϋτμὴ, Ἠΰτε βυκτάων ἀνέμων βρόμος. IV. 787. ἔνθα πυρὸς δειναὶ βρομέουσι θύελλαι. Contrario fere modo peccatum est apud eundem Orpheum Argon. 1120. ubi de Cimmeriis dicitur:

οἳ μέ τε μοῦνοι
Αἴγλης ἄμμοροί εἰσι ΠΥΡΙΒΡΟ'ΜΟΥ ἠελίοιο.

Vel tiro legendum videat:

οἳ ῥά τε μοῦνοι
Αἴγλης ἄμμοροί εἰσι ΠΥΡΙΔΡΟ'ΜΟΥ ἠελίοιο.

Hymn. in Solem 11. Κοσμοκράτωρ, συρικτὰ, πυρίδρομε, κυκλοέλικτε. Orphei locus obversatus videtur auctori Epigrammatis Anthol. IV. 27. p. 505. Δῆμος ὁ Κιμμερίων παιδιερκὴς ἄμμορος αἴγλης Ἠελίου. Neque tamen, ut, unde digressus sum, revertar, Graeci scriptores ex Latinorum versione temere & inconsulte sunt castigandi, propterea quod satis inter eruditos constat, aliquando doctissimos quosque Romanorum prava Codicis lectione in fraudem esse inductos. Placet, ne longior sim, uno exemplo defungi. Theocritus Eid. V. 90. 91.

Κινεῖ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὙΠΑΝΤΩ͂Ν
Ἐκμαίνει· λιπαρὰ δὲ παρ' αὐχένα σείετ' ἔθειρα.

Hujus vestigia ita secutus est Virgilius Ecl. III. 66. *At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.* Testor, Valckenari, acrem, quae in Te est, vim judicandi, an frigidum istud ineptumque ὑπαντῶν ferri possit. Atqui non offendit Latinorum poëtarum principem. Summa, fateor, ejus est auctoritas, cui repugnare prope nefas videtur. Nec tamen me poenitet conjecturae meae:

Κινεῖ γὰρ ὁ Κρατίδας τὸν ποιμένα λεῖος ὙΠΑ'ΝΑΝ
Ἐκμαίνει.

Qui hic λεῖος ὑπάνας, simili compositione apud Polluc. II.

10. dicitur λειογένειος, sive λεῖος τὸ γένειον. Scholiast. Aristophan. ad Ran. 48. Κλεισθένης ἦν λεῖος τὸ γένειον. Est vir eruditus, cui λεῖος in Theocrito nude positum ita displiceat, ut hac una de caussa emendationem necessariam existimet. Habeo tamen in promtu loca aliquot, ubi λεῖος simpliciter *imberbis* dicitur. Lucian. Dial. Meretr. VII. p. 297. Λεῖος μοι Χαιρέας, καὶ χοιρίσκος Ἀχαρνανικός. Strato Epigrammate inedito:

Ἰητρὸς εὗρον ποτ' ἐγὼ λείους δυσέρωτας
Τρίβοντας φυσικῆς φάρμακον ἀντιδότου.
Οἱ δέ γε φωραθέντες, ἔχ' ἡσυχίην, ἰδέοντο·
Κἀγὼ ἔφην, σιγῶ, καὶ θεραπεύσατέ με.

Priore disticho usus est Salmasius Exerc. Plin. p. 740. Idem Strato alio Epigrammate:

Εὐκαίρως ποτὲ παιδοτρίβης, λεῖον προδιδάσκων,
Εἰς τὸ γόνυ κάμψας, μέσσον ἐπαιδοτρίβει,
Τῇ χειρὶ τοὺς κόκκους ἐπαφώμενος. ἀλλὰ τυχαίως
Τοῦ παιδὸς χρῄζων, ἦλθεν ὁ δεσπόσυνος.
Ὃς δὲ τάχος τοῖς ποσσὶν ὑποζώσας ἀνέκλινεν
Ὕπτιον, ἀμπλέξας τῇ χειρὶ τὸν φάρυγα.
Ἀλλ' οὐκ ὢν ἀπάλαιστος ὁ δεσπόσυνος, προτέειπε·
Παῦσαι. πνιγίζεις, φησὶ, τὸ παιδάριον.

Hujus Epigrammatis partem Salmasius edidit ad Lamprid. Heliog. p. 179. ed. Paris. partem ad ejusdem Commod. p. 122. Totum a se emendatum esse dicit Cl. Toupius ad Theocrit. T. II. p. 392. Sed nihil, quod a Salmasiana scriptura diversum sit, reperio, nisi ἀπάλαιστρος pro ἀπάλαιστος. Ceterum Latini quoque *laevem* pro imberbi dicunt. Horat. IV. Carm. 6. 28. *Laevis Agyieu.* Martial. XI. Ep. 44. *Aeacidae propior laevis amicus erat.* Appulej. Met. VII. p. 137. *cum mihi etiam tunc depiles genae laevi pueritia splendicarent.* Vide P. Burmann. ad Ovid. Fast. III. 745.

vs. 17. 18.

Ὄρνις ἅτ' ἔαρος πολυανθέος ἐν πετάλοισι
Θρῆνον ἐπιτροχάουσα χέῃ μελίγηρυν ἀοιδήν.

In-

Inficetum eſt ἐπιπροχέισα χέῃ. Repone:

Ὄρνις ἦτ᾽ ἔαρος πολυανθέος ἐν πετάλοισι
Θρῆνον ἐπιπροχέισ᾽ ἰαχεῖ μελίγηρυν ἀοιδήν.

Pamphilus Anthol. III. 24. p. 385. Οὐκ ἔτι δὴ χλωροῖσιν ἐφεζόμενος πετάλοισιν, Ἡδεῖαν μέλπων ἐκπροχέεις ἰαχάν.

vſ. 26.

ὑάκινθος
Εὐώδης θαλέων καταμίσγεται ἄκριτα ποίῃ.

Nonno XVI. p. 442. ſimilibusque poëtis liceat formam θαλέω uſurpare. At poëta noſter θαλέθων ſcripſit, ut Homerus, & optimus quisque. Et ſic legitur in Codd. Regiis.

vſ. 33.

Ἔνθ᾽ ὅγε καὶ θεὸς ὢν ΨΑΦΑΡΟΤΡΙΧΑ μῆλ᾽ ἐνόμευεν.

Malim, transpoſitis literis:

Ἔνθ᾽ ὅγε καὶ θεὸς ὢν ΤΑΡΦΥΤΡΙΧΑ μῆλ᾽ ἐνόμευεν.

Aeſchylus S. c. Th. 541. ταρφὺς ἀντέλλουσα θρίξ. Homerus Od. I. 425. Ἄρσενες ὄϊες ἦσαν ἐΰτριφέες δασύμαλλοι. Hymnus in Apoll. 412. ἔνθα τε μῆλα βαθύτριχα βόσκεται αἰεί. Si quis tamen vulgatam lectionem commoda ratione explicet, non multum repugnabimus. Sed quid impedit, quo minus alium locum, in quo literarum transpoſitio felicius ceſſit, adſcribamus? Facile enim nobis veniam dabis longius evagantibus, qui epiſtolam ſcias ſermonem familiarem imitari. Tymnes Anthol. III. 25. p. 293.

Τὸν παραβάντα νόμους Δαμάτριον ἔκτανε μάτηρ
  Ἁ Λακεδαιμονία τὸν Λακεδαιμόνιον.
Θηκτὸν δ᾽ ἐν ΠΡΟΒΟΛΑΙ θεμένα ξίφος, εἶπεν, ὀδόντα
  Ὀξὺν ἐπιβρύχουσ᾽, οἷα ΛΑΚΑΙΝΑ γυνά.
Ἔῤῥε, κακὸν σκυλάκευμα, κακὰ μερὶς, ἔῤῥε ποτ᾽ ᾅδαν,
  Ἔῤῥε· τὸν οὐ Σπάρτας ἄξιον ἐτρέφομες.

Torſit me corruptum iſtud ἐν προβολᾷ, donec incidi in Suidam v. Θηκτὸν, qui, hunc verſum laudans, non ἐν προβολᾷ exhibet, ſed ἐν προβόλῳ. Unde ſtatim mihi nata eſt ſuſpicio, poëtae verba ſic eſſe refingenda:

> Θηκτὸν δ' ἐν ΠΡΟΛΟΒΩι θεμένα ξίφος, εἶπεν, ὀδόντα
> Ὀξὺν ἐπιβρύχουσ', οἷα ΛΕΑΙΝΑ, γυνά.

Niſi in minore verſu cum Salmaſio malis: οἷα ΛΥΚΑΙΝΑ, γυνά. Πρόλοβον, proprium avibus, diſerte homini tribuit Pollux II. 207. τὸ ἔξωθεν προῦχον φάρυγγος κατὰ τὸν τράχηλον, γαργαρεὼν, καὶ πρόλοβος καλεῖται. ubi vide Jungermannum. Par ratio eſt ſynonymi προηγορεών. Suidas: Προηγορεῶνας, τοὺς βρόγχους τῶν ὀρνέων κυρίως τοὺς λεγομένους προλόβους. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ ἀνθρώπων ὁ προηγορεών. Sic etiam Latini *ingluviem*, quae & ipſa propria eſt avium, ad *hominis gulam* ſignificandam tranſtulerunt. Appulejus Met. I. p. 3. *qua bacillum inverſi teli ad occipitium per ingluviem ſubit*. Ibid. p. 12. *veſtis ad ingluviem adſtricta*. ubi e gloſſa irrepſit *ad gulam*. V. p. 99. *hiantem ingluvie profunda*. ubi vide Pricaeum. Paullo poſt, *ingluvie voraci*. Quae loca mihi pro humanitate ſua ſuggeſſit vir praeſtantiſſimus, Franciſcus Oudendorpius, cujus ceteris in bonas literas meritis, brevi, tanquam cumulus, accedet pulcerrima Appuleji editio. Alia, quae huc pertineant, habet H. Stephanus Ind. Theſ. v. Πρόλοβος. Vſ. 5. κακὰ μερὶς, vereor, ne mendoſum ſit. Hanc Epigrammatis correctionem cum amicis quibusdam probare non potuiſſem, aliis vulgatam lectionem ἐν προβολᾷ defendentibus, aliis ἐν προμολᾷ ſubſtituentibus, aliis denique aliam emendandi viam ingreſſis, adii Literatorum principem, T. Hemſterhuſium, qui mihi in his literis divino quodam munere dux obtigit, ab eoque, quod ſubjicio, reſponſum tuli. „ Quidni tuam prae reliquis emendationem adprobem, „ quae mihi jam pridem venerat in mentem? Attamen „ dubito, an retineri poſſit integrum Suidae προβόλῳ· „ nam πρόβολος apud Suid. & Heſych. in V. & in Κόκκυξ, „ Φύσιγγες idem, quod πρόλοβος· utrumque permutari in „ aliis etiam ſcriptoribus obſerves: nec ſane vocabuli „ ratio refragatur, quin illam poteſtatem recipiat. Ut„ cunque ſit, certum videtur legi debere ἐν προβόλῳ vel

„ προ-

„ προλόβῳ· praecessit ἔκτανε· major erit orationis vis, si „ sequatur, ubi vero gladium pectore demersit, vel in „ guttur defixit, quam si vulgatam lectionem interpre- „ teris: *illa vero projecto ad feriendum ense dixit.* Non „ defuturos tamen, quibus posteriora magis arrideant, „ auguror. Ἐν προμολᾷ cogitavit Obsopoeus, quum adpo- „ neret, *in vestibulo*: cujus patrocinium facile dimissu- „ rum credo....... nostrum. Κακὰ μερὶς tentandum non „ censeo, nec scio, an Λάκαινα melius servetur: ex illis, „ ὀδόντα Ὀξὺν ἐπιβρύχουσα, leaenam exspectasses: praeter „ opinionem magna virtute intulit, οἷα Λάκαινα". Hactenus V. C. Ad κακὰ μερὶς quod attinet, prorsus assentior id tueri Hemsterhusio. Hanc enim lectionem agnoscit Plutarchus, partem Epigrammatis laudans, Apopth. Lacaen. p. 240. confirmatque poëta incertus Anthol. III. 20. p. 354. Ἦν δ' ὡ 'νὴρ Μυσῶν ἱκανὴ μερίς. At λέαινα vel λύκαινα ut deseram, inducere animum non possum. Antipater Thessalonicensis Epigrammate in eandem Lacaenam:

Αὐτά τοι τρέσσαντι ξίφος, ὤπασεν ᾅδαν,
 Βαψαμένα κοίλων ἐντὸς ἄρη λαγόνων,
Μάτηρ, ἅ σ' ἔτικτε, Δαμάτριε. φᾶ δὲ σίδαρον
 Παιδὸς ἐῦ φύρδαν μεστὸν ἔχουσα φόνῳ,
Ἀφριόεν κοναβηδὸν ἐπιπρίουσα γένειον,
 Δερκομένα λοξαῖς, οἷα λέαινα, κόραις·
Λεῖπε τὸν Εὐρώταν, ἴθι Τάρταρον, ἀνίκα δειλὰς
 Οἶσθα φυγάν· τελέθεις οὔτ' ἐμὸς, οὔτε Λάκων.

Hoc epigramma in fine mutilum edidit Jo. Jensius post Lucubr. Hesych. p. 336. & conjecturis tentarunt Leichius Praef Carm. Sepulcr. p. 13. & Wesselingius ad Diodor. Sicul. XVII. p. 232. ignorantes, integrius emendatiusque prolatum esse a Kustero ad Suid. v. Ἄρης. Quanquam hic quoque vs. 6. ante Kusterum legebatur, οἷα Λάκαινα, frigide & inepte, si quid judico. Callimach. H. in Cerer. 51. seqq. Τὰν δ' ἄρ' ὑποβλέψας χαλεπώτερον ἠὲ κυναγὸν Ὤρεσιν ἐν Τμαρίοισιν ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα Ὠμοτόκος, τᾶς φαντὶ πέλειν βλοσυρώτατον ὄμμα. Satis diu nos Tymnis epigramma tenuit. Nec tamen per Joannem Toupium, virum longe eruditissimum nobisque amicissimum, licet ab hoc loco discedere. Is enim Emend. in Suid. T. II.

p. 53. ſic ſcribit: „ Notanda lectio Suidae, ἐν προβόλῳ, „ Quae fraudi fuit Cl. Ruhnkenio in Epiſtola Critica ad „ Valckenarium legenti, ἐν προλόβῳ, probante etiam do- „ ctiſſimo Hemſterhuſio, cui idem videbatur πρόβολος & „ πρόλοβος. Sed utrumque latuit elegantiſſima locutio. „ θέσθαι ἐν προβολῇ ξίφος eſt *gladium vibrare*, *intentare*". Videamus, juſtane ſit, an injuſta, haec reprehenſio. Negat, mihi notam fuiſſe illam locutionem. Atqui liquido oſtendere poſſum, notiorem mihi eſſe, quam ipſi cenſori. Etenim quam formulam Cl. Toupius non niſi duobus exemplis, eam ego viginti amplius cognovi. Xenophon Κ. Ἀ. VI. p. 386. E. ἔπειτα δὲ τὰ δόρατα εἰς προβολὴν καθέντας ἕπεσθαι βάδην. cui loco ſimilis eſt Arriani de Exped. Alex. I. 6. ἐσήμανεν, ὀρθὰ ἀνατεῖναι τὰ δόρατα τοὺς ὁπλίτας, ἔπειτα ἀπὸ ξυνθήματος ἀποτεῖναι ἐς προβολήν. Theocritus Eid. XXII. 120. Σκαιῇ μὲν σκαιὴν Πολυδεύκεος ἔλλαβε χεῖρα, Δοχμὸς ἀπὸ προβολῆς κλινθείς. quod ſic vertendum: *oblique a ſtatu*, vel *gradu ſuo declinans*. Dionyſ. Halic. III. p. 156. ὁ δὲ Ῥωμαῖος, ὑπελθὼν τὴν προβολὴν τοῦ πολεμίου, καὶ τὴν ἰγνύαν τὴν ἑτέραν ἀποτεμών. ubi haeret doctiſſimus Sylburgius. Sed Dionyſio lucem reddit Livius in re ſimili, VII. 10. *Romanus, mucrone ſubrecto, quum ſcuto ſcutum imum perculiſſet, totoque corpore interior periculo vulneris factus, inſinuaſſet ſe inter corpus armaque, uno alteroque ſubinde ictu ventrem atque inguina hauſit.* Plutarch. Caeſar. p. 729. A. ἐκέλευσε τοὺς ὁπλίτας ἑστῶτας ἐν προβολῇ, καὶ μένοντας ἀραρότως δέχεσθαι τὴν ἐπιδρομὴν τῶν πολεμίων. Appian. de B. C. II. p. 782. μηδ᾽ ἀκοντίζειν, ἀλλ᾽ ἐν προβολῇ διαστάντες ἀμύνεσθαι τοὺς ἐπιόντας. Gloſſae veteres: *In procinctu*, ἐν προτομῇ πολέμου στῆναι. Scribe, ἐν προβολῇ. Onomaſticum vetus: *Procinctus*, προβολή. Corrupta ſcriptura decepit Du Cangium Gl. M. & I. Gr. v. Προτομή. Alia exempla, quae notaram, praetermitto, propterea quod pleraque occupata video a Valeſio ad Harpocr. p. 159. & Dorvillio ad Charit. p. 602. Latini in eadem re verbo *projicere* utuntur. Valer. Flaccus IV. 266. *cum pectore & armis Huc alternus & huc, ſemper cervice reducta, Semper & in digitis, & ſummi pulvere campi, Projectusque redit.* Satis de me dixi. Hemſterhuſio vero qui tam nota incognita fuiſſe ſcribit, vereor, ne, qui vir & quantus il-

le fuerit, ignoret. Sed, his miſſis, nego, illum loquendi modum huic Epigrammati accommodatum eſſe. Prorſus frigidum fuiſſet, athleticum Lacaenae ſtatum commemorare, ubi lector loci, quo gladium defixerit, demonſtrationem exſpectabat. Nec ceteri poëtae, qui Anthol. I. 5. p. 10. III. 5. p. 289. in eodem facinore celebrando verſati ſunt, vulneris locum indicare neglexerunt. At quae tandem corporis pars maxime petebatur? Nempe προλοβός, vel *jugulus*. Aeſchylus Prometh. 862. Διθηκτον ἐν σφαγαῖσι βάψασα ξίφος. id eſt, *in jugulo*. Male Stanlejus vertit, *caede tingens*. Euripid. Oreſt. 291. Μήπω τεκούσης εἰς σφαγὰς ὦσαι ξίφος. Polyaenus VIII. 48. τὸ ξίφος καθεῖσα διὰ τῆς σφαγῆς. Virgil. Aen. XII. 357. *dextrae mucronem extorquet, & alto Fulgentem tinguit jugulo*. Horat. II. Serm. 3. 136. *In matris jugulo ferrum tepefecit acutum*. Ovid. Ep. XIV. 5. *Quod manus extimuit jugulo demittere ferrum*. Hactenus de Tymnis Epigrammate. Solent tamen librarii, ut hoc tanquam corollarium addam, frequentius nomina propria in appellativa mutare, quam contra; niſi quid praeceſſit, ut h. l. Lacaenae mentio, quod eos in fraudem induceret. Cujus generis errorem notavimus in Soſipatri Epigrammate inedito, de quo non injuria uſurpaveris illud Ariſtophanis: Ὡς ἡδὺ τὸ μέλος, ὦ πότνιαι Γενετυλλίδες, Καὶ θηλυδριῶδες, καὶ κατεγλωττισμένον, καὶ μανδαλωτόν. Ipſum Epigramma hoc eſt:

Δωρίδα τὴν ῥοδόπυγον ὑπὲρ λεχέων διατείνας
 Ἄνθεσιν ἐν χλοεροῖς, ἀθάνατος γέγονα.
Ἡ γὰρ ὑπερφυέεσσι μέσον διαβᾶσά με ποσσὶν,
 Ἤνυεν ἀκλινέως τὸν Κύπριδος δόλιχον,
Ὄμμασι νωθρὰ βλέπουσα· τὰ δ᾽, ἠΰτε πνεύματι φύλλα,
 Ἀμφισαλευομένης ἔτρεμε πορφύρεα,
Μέχρις ἀπεσπείσθη λευκὸν μένος ἀμφοτέροισι,
 Καὶ ΔΩΡΙ͂Σ ΠΑΡΕΡΟΙ͂Σ ἐξεχύθη μέλεσι.

Ultimo verſu in promtu erat emendare: Καὶ Δωρὶς παρειτοῖς ἐξεχ. Sed παρέροις, quod margo apographi Scaligerani habet, nos ad hanc conjecturam ducebat:

Καὶ Ῥ᾽ ἹΔΡΩ͂Σ ΠΛΑΔΑΡΟΙ͂Σ ἐξεχύθη μέλεσι.

He-

Hesychius: Πλαδαρόν. νοτερὸν, ὑπόμβρον, χαῦνον, ἀσθενὲς, ὑγρόν. Agathias Anthol. IV. 23. p. 498. Ἱδρῶτι πλαδαρῷ ἀμφιδίηνα κόμην. —— Sic in priore hujus Epistolae Editione scribebam. Post in aliis apographis παρετοῖς clare scriptum vidi. Nec ab hac lectione recedendum. Appulejus Met. II. p. 26. *Usque dum lassis animis, & marcidis artubus defatigati, simul ambo corruimus, inter mutuos amplexus animas anbelantes.* Arnob. III. p. 105. *cupiditatibus rabidis ire in mutuas complexiones, & ad postremum fractis dissolutisque corporibus, voluptatis enervatione languescere.* —— Venustum illud, Ὄμμασι ὑγρὰ βλέπουσα, non potest explanari commodius, quam verbis Tertulliani de Anima cap. 27. *In illo ipso ultimo voluptatis aestu, quo genitale virus expellitur, nonne aliquid de anima quoque sentimus exire, atque adeo marcescimus, atque devigescimus, cum lucis detrimento.* Nec Ovidii notitiam tam bellum epigramma effugit, Art. Am. II. 720. 721. *Adspicies oculos tremulo fulgore micantes, Ut sol a liquida saepe refulget aqua.* quod expressum videtur ex verbis, ὄμματα ἔτρεμε πορφύρια. Porro δόλιχον ad eandem rem transtulit Lucretius IV. 1194. *& communia quaerens Gaudia, sollicitat spatium decurrere amoris.* item Paulus Silentiarius, poëta ille quidem non inelegans, veruntamen laude, quam ab Is. Casaubono Lect. Theocr. cap. 1. tulit, indignus. Cujus Epigramma, quod a nemine adhuc editum sciam, hoc loco apponam:

Δειελινῷ χαρίεσσα Μενεκρατὶς ἔκχυτος ὕπνῳ
  Κεῖτο περὶ κροτάφους πῆχυν ἑλιξαμένη.
Τολμήσας δ' ἐπέβην λεχέων ὕπερ· ὡς δὲ κελεύθου
  Ἥμισυ Κυπριδίης ἤνυον ἀσπασίως,
Ἡ παῖς ἐξ ὕπνοιο διέγρετο, χερσὶ δὲ λευκαῖς
  Κράατος ἡμετέρου πάσας ἔτιλλε κόμας.
Μαρναμένης δὲ τὸ λοιπὸν ἀνύσσαμεν ἔργον ἔρωτος.
  Ἡ δ' ὑποπιμπλαμένη δάκρυσιν εἶπε τάδε·
Σχέτλιε, νῦν μὲν ἔρεξας ὅ τοι φίλον, ᾧ ἐπὶ πουλὺν
  Πολλάκι σῆς παλάμης χρυσὸν ἀπωμοσάμην.
Οἰχόμενος δ' ἄλλην ὑποκόλπιον εὐθὺς ἑλίξεις.
  Ἐστὲ γὰρ ἀπλήστου Κύπριδος ἐργατίναι.

Mirum, ni Paulus, Latinae linguae, ut mihi quidem videtur, peritus, profecerit ex Ovidii Ep. V. 140—144. *Ille*

Ille meae spolium virginitatis habet. Id quoque luctando. Rupi tamen ungue capillos, Oraque sunt digitis aspera facta meis. Nec pretium stupri gemmas aurumve poposci: Turpiter ingenuum munera corpus emunt. Plenum festivitatis est, quod fingitur de *comae laniatu*, frequenti in puellis, quae vinci pugnando velint. Nec ea velitatio amatoribus ingrata. Timocles apud Athen. XIII. p. 571. A. Τὸ μὴ σφόδρ' εἶναι πάνθ' ἕτοιμα, δεῖν δ' ἔτι Ἀγωνιάσαι, καὶ ῥαπισθῆναί γε, καὶ Πληγὰς λαβεῖν ἁπαλαῖσι χερσὶν, ἡδύ γε. Anthol. VII. p. 631. Μισῶ τὴν ἀφελῆ, μισῶ τὴν σώφρονα λίαν· Ἡ μὲν γὰρ, βραδέως, ἡ δὲ, θέλει ταχέως. Vide Jac. Tollium ad Auson. Epigr. 39. *Capillorum laniatus* a Graecis σκύλμα κόμης dicitur. Maecius Anthol. VII. p. 622. Τί στυγνή; τί δὲ ταῦτα κόμης εἰκαῖα, Φιλαινὶ, Σκύλματα, καὶ νοτερῶν σύγχυσις ὀμματίων; Nam σκύλλειν proprie est τὸ τοῖς ὄνυξι σπᾷν, ut bene Hesychius. De hoc σκύλματι nuper, memini, me jucundissime συμφιλολογεῖν cum Viro amplissimo, Gerardo Meermanno, cujus excelsum ingenium singularemque doctrinam ne pluribus verbis ornem, cum ipsius pudor vetat, tum artissima, quae dudum inter nos constituta est, amicitia. In hujus aliorumque venustiorum hominum gratiam quatuor afferam Epigrammata ex Anthologia inedita, quibus, Tu, Elegantissime Valckenari, fateare necesse est, nihil Te legisse omni lepore & suavitate conditius.

Ἡδύλου.

Οἶνος καὶ προπόσεις κατεκοίμισαν Ἀγλαονίκην
  Αἱ δόλιαι, καὶ ἔρως ἡδὺς ὁ Νικαγόρεω,
Ἧς παρὰ Κύπριδι ταῦτα μύροις ἔτι πάντα μυδῶντα
  Κεῖται, παρθενίων ὑγρὰ λάφυρα πόθων,
Σάνδαλα, καὶ μαλακαὶ, μαστῶν ἐνδύματα, μίτραι,
  Ὕπνου καὶ σκυλμῶν τῶν τότε μαρτύρια.

Versus 3. & 4. laudat Suidas v. Μυδῶντες, ubi pro ἧς perperam οἷς scribitur. Quod Kustero corrigere non licuit, propterea quod epigramma est ἐκ τῶν ἐρωτικῶν, quorum nulla copia erat viro doctissimo.

Μελεάγρου.

Οἶδ' ὅτι μοι κενὸς ὅρκος, ἐπεί σέ γε τὴν φιλάσωτον
  Μηνύει μυρόπνους ἀρτιβρεχὴς πλόκαμος.

Μηνύει ἄγρυπνον μὲν ἰδὺ βεβαρημένον ὄμμα,
Καὶ σφιγκτὸς στεφάνων ἀμφὶ κόμαισι μίτος.
Ἔσκυλται δ' ἀκόλαστα πεφυρμένος ἄρτι κίκιννος,
Πάντα δ' ὑπ' ἀκρήτου γυῖα σαλευτὰ φορεῖς.
Ἔῤῥε. γύναι πάγκοινε· καλεῖ σε γὰρ ἡ φιλόκωμος
Πηκτὶς, καὶ κροτάλων χειροτυπὴς πάταγος.

Venuſtiſſime eadem de re Ovidius Amor. III. 14. 33. *Cur plus, quam ſomno, turbatos eſſe capillos; Collaque, conſpicio, dentis habere notam?* Ut hic vſ. 5. πεφυρμένος κίκιννος, ſic apud Philoſtrat. Icon. II. 4. p. 815. Πέφυρται δ' ἡ κόμη.

Παύλου Σιλεντιαρίου.

Ὦ παλάμη πάντολμε, σὺ τὸν παγχρύσεον ἔτλης
Ἀπρὶξ δραξαμένη βόστρυχον αὖ ἐρύσαι;
Ἔτλης. οὐκ ἐμάλαξε τεὸν θράσος αἴλινος αὐδὴ,
Σκύλμα κόμης, αὐχὴν μαλθακὰ κεκλιμένος.
Νῦν θαμινοῖς πατάγοισι μάτην τὸ μέτωπον ἀράσσεις.
Οὐκέτι γὰρ μαζοῖς σὸν θέναρ ἐμπελάσει.
Μὴ, λίτομαι, δέσποινα, τόσην μὴ λάμβανε ποινήν.
Μᾶλλον ἐγὼ τλαίην φάσγανον ἀσπασίως.

Ovidius Amor. I. 7. 11. *Ergo ego digeſtos potui laniare capillos?* Art. Am. II. 169. 170. *Me memini iratum dominae turbaſſe capillos: Haec mihi quam multos abſtulit ira dies?* Verſum 2. hujus epigrammatis laudat Suidas v. Αὖ ἐρύσαι. vſ. 3. v. Αἴλινος. vſ. 5. v. Ἀρασσόμενα, ubi pro μέτωπον eſt πρόσωπον. quanquam MS. Pariſin. habet μέτωπον. vſ. 7. v. Ποινὴ, ubi τοίην pro τόσην. Nihil horum Kuſterus ob cauſſam, quam modo memoravimus, indicavit.

Τοῦ αὐτοῦ.

Ὄμματα σοῦ βαρύθουσι, πόθου πνείοντα, Χαρικλοῖ,
Οἷά περ ἐκ λέκτρων ἄρτι διεγρομένης.
Ἔσκυλται δὲ κόμη, ῥοδέης δ' ἀμάρυγμα παρειῆς
Ὦχρος ἔχει λευκὸς, καὶ δέμας ἐκλέλυται.
Κ' εἰ μὲν παννυχίησιν ὁμιλήσασα παλαίστραις
Ταῦτα φέρεις, ὄλβου παντὸς ὑπερπέταται
Ὅς σε περιπλέγδην ἔχε κέχρισον· εἰ δέ σε τήκει
Θερμὸς ἔρως, εἴης εἰς ἐμὲ τηκομένη.

Hoc

Hoc epigramma cum verſione metrica Latina edidit Dan. Heinſius Poëm. p. 138. Verſus 6. & 7. laudat Suidas v. Ὁλκός. Miraris, ni fallor, peritiſſime elegantiae omnis arbiter, Valckenari, haec Pauli Silentiarii carmina cultiora eſſe, quam ſive ipſius hominis, ſive ſeculi, quo vixit, captus ferat. Sed ille, quicquid fere habet egregii, ab antiquioribus epigrammatum ſcriptoribus, vel ſervatis adhuc, vel deperditis, ſumſit. Quod, in magna exemplorum copia, ſatis ſit, uno, depromto & ipſo ex Anthologia inedita, demonſtraſſe.

Μάρκου Ἀργενταρίου.

Στέρνα περὶ στέρνοις, μαστῷ γ' ἐπὶ μαστὸν ἐρείσας,
Χείλεα δὲ γλυκεροῖς χείλεσι συμπιέσας
Ἀντιγόνης, καὶ χρῶτα βαλὼν πρὸς χρῶτα, τὰ λοιπὰ
Σιγῶ, μάρτυς ἐφ' οἷς λύχνος ἐπεγράφετο.

Παύλου Σιλεντιαρίου.

Ῥίψωμεν, χαρίεσσα, τὰ φάρεα, γυμνὰ δὲ γυμνοῖς
Ἐμπελάσῃ γυίοις γυῖα περιπλοκάδην.
Μηδὲν ἔοι τὸ μεταξύ. Σεμιράμιδος γὰρ ἐκεῖνο
Τεῖχος ἐμοὶ δοκέει λεπτὸν ὕφασμα σέθεν.
Στήθεα δ' ἐζεύχθω, τά τε χείλεα· τἆλλα δὲ σιγῇ
Κρυπτέτω. ἐχθαίρω τὴν ἀθυροστομίην.

Perſpicuum eſt omnibus, Paulum belliſſima quaeque Argentario ſublegiſſe, & non inſcitum ex iis epigramma conflaſſe. Nollem, *Semiramidis murum*, qui profecto ridiculus & puerilis eſt, adjeciſſet de ſuo. Sed iſti ſeculo mira omnia & portentoſa in deliciis erant: ſordebant, quae ſe naturali pulcritudine commendarent. — Quod diximus *de ſuo*, hac nota perſtringit Toupius noſter Cur. Noviſſ. in Suid. p. 140. „ Atqui non de ſuo „ adjecit Paulus, ſed de Syneſio Epiſt. 4. cujus verba „ ſunt: Ἐπιβάται ὄντες πλεῖν ἢ πεντήκοντα, τριτημόριόν που „ μάλιστα γυναῖκες, αἱ πλείους νέαι καὶ ἀγαθαὶ τὰς ὄψεις. ἀλλὰ „ μὴ φθόνει. παραπέτασμα γὰρ ἡμᾶς ἀπετείχιζε, καὶ τοῦτο „ ἐῤῥαμμενέστατον οὐ πάλαι διεῤῥωγότος ἱστίου τεμάχιον· σωφρονοῦσιν „ ἀνθρώποις τὸ τεῖχος τὸ Σεμιράμιδος". At hoc eſt verba cavillari. *Suum* eſt, quod quis ſuum fecit, quo utitur pro ſuo.

Nunc, poſtquam hujus Epiſtolae ſeveritatem hilaritate

aliqua, tanquam condimento, mitigavimus, quae in Homericis Hymnis emendanda fuperfunt, perfequamur.

vſ. 33.

θάλε γὰρ πόθος ὑγρὸς ἐπελθὼν
Νύμφῃ ἐϋπλοκάμῳ Δρύοπος φιλότητι μιγῆναι.

Sufpectum mihi eſt verbum θάλε. Poëta fcripfit, ni fallor:

λάβε γὰρ πόθος ὑγρὸς ἐπελθὼν
Νύμφῃ ἐϋπλοκάμῳ Δρύοπος φιλότητι μιγῆναι.

vſ. 36.

τίκε δ' ἐν μεγάροισιν
Ἑρμείῃ φίλον υἱὸν, ἄφαρ τερατωπὸν ἰδέσθαι.

Scribe:

ἀτὰρ τερατωπὸν ἰδέσθαι.

Hymn. XXIV. vſ. 7. 8.

ἰαχεῖ δ' ἐπὶ δάσκιος ὕλη
Δεινὸν ὑπὸ κλαγγῆς ΘΗΡΩ͂Ν.

Manifeſtum mendum haeret in voce θηρῶν. Quod cum etiam Barnefius fenfiſſet, non dubitavit τόξων in ipfum textum intrudere. Nos lenius remedium invenimus:

ἰαχεῖ δ' ἐπὶ δάσκιος ὕλη
Δεινὸν ὑπὸ κλαγγῆς ΝΕΥΡΩ͂Ν.

Il. Δ. 125. Λίγξε βιὸς, νευρὴ δὲ μέγ' ἴαχεν. Od. Φ. 410. Δεξιτερῇ δ' ἄρα χειρὶ λαβὼν πειρήσατο νευρῆς. Ἡ δ' ὑπὸ καλὸν ἄεισε. Philoſtratus Jun. Icon. XVI. p. 888. τί δ' ἂν εἴποι περὶ τῆς νευρᾶς; ἆρ' οὐ σὺ αἰσθάνεσθαι δοκεῖς ἐπηχούσης τῇ τοῦ ὀϊστοῦ; Virgil. Aen. V. 502. *Primaque per coelum nervo ſtridente ſagitta.*

Hymn.

Hymn. XXV. vs. 9. 10.

μέγας δ' ἐλελίζετ' Ὄλυμπος
Δεινὸν ὑπ' ὀμβρίμης γλαυκώπιδος· ἀμφὶ δὲ γαῖα
Σμερδαλέον ἰάχησεν.

Media vocis ὀμβρίμης, vel, ut in MSS. Regiis rectius est, ὀβρίμης, praeter aliorum poëtarum consuetudinem, producta, hunc locum in vitii suspicionem vocat. Lege:

μέγας δ' ἐλελίζετ' Ὄλυμπος
Δεινὸν ὑπὸ βρίμῃ γλαυκώπιδος.

Apollonius Rhod. IV. 1677. Ὣς ὅγε χάλκειός περ ἐὼν ὑπόειξε δαμῆναι Μηδείης βρίμῃ πολυφαρμάκου. ubi Scholiastes: βρίμῃ. τῇ ἰσχύϊ. Cognatam vocem βρίμημα reddamus Gemino Anthol. IV. 8. p. 450. Ἡρακλες, πῦ σοι πτόρθος μέγας, ἥ τε Νέμειος Χλαῖνα, καὶ ἡ τόξων ἔμπλεος ἰοδόκη; Πῦ σοβαρὸν μίμημα; Hoc epigramma ex basi statuae Herculis, quae Venetiis servatur, protulit etiam Sponius Miscell. erud. antiq. p. 51. sed sine ulla scripturae varietate. Vs. 8. Eldikius, vir doctus & aeutus, Suspicion. cap. 5. p. 29. scribendum censet: Πῦ σοβαρόν σοι λῆμα; idque recepit Cl. Brunckius Analect. T. II. p. 280. Nollem factum. Nam vera epigrammatis lectio est: Πῦ σοβαρὸν βρίμημα; Hesychius: Βρίμημα. ἐπίπληξις. Versu 11. hujus Hymni Barnesius κονάβησεν commemorat, velut variantem scripturam verbi ἰάχησεν. Crederes, illum, a libris scriptis imparatum, certe in veteri quadam Editione κονάβησεν, cum tot aliis variantibus, quas singulis fere paginis jactat, reperisse. Nihil minus. *Pergula pictorum, veri nihil: omnia ficta.* Id quod semel notasse satis sit.

Hymn. XXVII. vs. 1.

Γαῖαν παμμήτειραν ἀείσομαι ἠϋθέμεθλον.

Forte alicui placeat Barnesii conjectura, quam ille tanquam variantem posuit, εὐρυθέμεθλον. Hesiodus Theog. 116. Ἤτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα Γαῖ' εὐρύστερνος. Sed apud Hesychium est: Ηὐθέμηλον. εὐθέμηλον. quod nihil discrepat ab ἠϋθέμεθλον.

vſ. 3.

Ἡμὲν ὅσα χθόνα δῖαν ὑπέρχεται, ἠδ' ὅσα πόντον.

Recte MSS. Regii, ἐπέρχεται.

vſ. 14. 15. 16.

Παρθενικαί τε χοροῖς περιστανθέσιν εὔφρονι θυμῷ
Παίζουσαι, χαίρουσι κατ' ἄνθεα μαλθακὰ ποίης.
Οὓς κε σὺ τιμήσῃς, σεμνὴ θεὰ, ἄφθονε δαῖμον.

Viri docti vocem monſtroſam περιστανθέσιν varie, ſed fruſtra, tentarunt. Nec multum nos juvant Codices Regii, χοροῖς παρ' εὐανθέσιν praebentes. Dartona, *choreis feſtivis* vertens, quam lectionem ſecutus ſit, incertum eſt. Illud nihil dubitationis habet, quin vſ. 15. ſcribendum ſit:

Παίζουσαι, σκαίρουσι κατ' ἄνθεα μαλθακὰ ποίης.

Il. Σ. 572. τοὶ δὲ ῥήσσοντες ὁμαρτῇ Μολπῇ τ' ἰϋγμῷ τε, ποσὶ σκαίροντες ἕποντο. Verſus 16. vehementer friget, & forte aliunde irrepſit.

Hymn. XXVIII. vſ. 15. 16.

Ἔνθ' ἄρ' ὅγε στήσας χρυσόζυγον ἅρμα καὶ ἵππους,
ΘΕΣΠΕΣΙΟΣ πέμπῃσι δι' οὐρανοῦ Ὠκεανόνδε.

Veriſſimum eſt, quod conjecimus:

Ἔνθ' ἄρ' ὅγε στήσας χρυσόζυγον ἅρμα καὶ ἵππους,
ἙΣΠΕΡΙΟΣ πέμπῃσι δι' οὐρανοῦ Ὠκεανόνδε.

Apollon. Rhod. III. 1190. 1191. Ἠέλιος μὲν ἄπωθεν ἐρεμνὴν δύετο γαῖαν Ἑσπέριος νεάτας ὑπὲρ ἄκριας Αἰθιοπήων.

Hymn. XXIX. vſ. 5. 6.

στίλβει δ' ἀλάμπετος αἴγλη
Χρυσέου ἀπὸ στεφάνου, ἀκτῖνες δ' ἐνδιάονται.

Bar-

Barnesianam conjecturam, ἀκτῖνες, MSS. Regii confirmant. In ceteris sequor elegantem correctionem J. Piersoni Verisimil. II. 2. σίλβῃ δὲ μελάσταται ἀὴρ &c. nisi forte malis:

σίλβῃ δ' ἐπιλάμπεται ἀὴρ
Χρυσέȣ ἀπὸ στεφάνȣ, ἀκτῖνες δ' ἐνδιάονται.

Aristides Or. in Aeg. Pelag. p. 250. περιλάμπεται μὲν αἴγλῃ πᾶσα ἡ ταύτῃ θάλασσα. Verbum ἐνδιάειν, quod proprie est *sub divo agere*, latiore potestate sumitur pro *degere*, *versari in aliquo loco*. Oppian. Cyneg. III. 315. Ἔστι δέ τις Ταύροιο σιφοβλῆτες ὑπὲρ ἄκρας Ἐνδιάων. IV. 81. Ἔνθα περὶ σπήλυγγας ἐρίβρομος ἠΰκομος λῖς Ἐνδιάει. Hesychius: Ἐνδιάων. ἐνδιατρίβων, ἐπιμένων. Inde pro *inesse* dici coepit, ut h. l. Paulus Silentiar. Anthol. VII. p. 594. ὄμμασι μούνοις Θέλγομαι οἷς ἐλπὶς μείλιχος ἐνδιάει. quod laudans Suidas, ἐνδιάει explicat ἔνεστι, διατρίβει.

vs. 18. 19. 20.

σέο δ' ἀρχόμενος, κλέα φωτῶν
Ἄσομαι ἡμιθέων, ὧν κλείουσ' ἔργματ' ἀοιδοὶ,
Μουσάων θεράποντες, ἀπὸ στομάτων ἐροέντων.

Versus 20. desideratur in MSS. Regiis. Totus locus simillimus est Hesiodeo Theog. 100.–102. αὐτὰρ ἀοιδὸς, Μουσάων θεράπων, κλεῖα προτέρων ἀνθρώπων Ὑμνήσῃ, μάκαράς τε θεοὺς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.

Hymn. XXX. vs. 1.

Ἀμφὶ Διοσκούρους, ἑλικώπιδες, ἔσπετε, Μοῦσαι.

Cui non statim in mentem veniat scribere?

Ἀμφὶ Διοσκούρους, Ἑλικωνίδες, ἔσπετε, Μοῦσαι.

ex primo versu Hesiodeae Theogoniae: Μουσάων Ἑλικωνιάδων ἀρχώμεθ' ἀείδειν. Et sic emendavit Adr. Heringa Misc. Obs. Nov. T. VIII. p. 930.

vs. 13.

Ξανθῇσι πτερύγεσσι δι' αἰθέρος ἀΐξαντες.

Ξυ-

κυθῆρι, quod ex Editionibus primis reſtituit Cl. Erneſtus, habent etiam MSS. Regii.

Hactenus de Hymnis Homericis. Jam etſi epiſtola prope modum exceſſit, tamen voluptas Tecum loquendi facit, ut alia quaedam, quibus Heſiodo vel lux vel medela afferatur, eadem opera expromam. Scis, nullum eſſe poëtarum veterum, qui manus interpolatorum ſenſerit crebrius. Cujus interpolationis, niſi res ipſa loqueretur, teſtem locupletem citare poſſem Pauſaniam in Corinth. 26. τὺς ἐμπεποιηκότας ἐς τὰ Ἡσιόδυ ἔπη commemorantem. Multos quidem verſus adulterinos ex Heſiodo ſuſtulerunt Critici veteres, Plutarchus maxime: ſed multis partibus plures reliquerunt. E recentioribus non male hoc nomine de ejus carminibus meritus eſt Franciſcus Gujetus, vir doctus, cui in tali fraude olfacienda obtigerat *odora canum vis*; quamvis ſaepe modeſtiae fines tranſeat, &, quod Cicero de Ariſtarcho refert, verſum, quem non probet, ne poëtae quidem eſſe cenſeat. Quam hominis temeritatem, praeter alios, ſatis caſtigavit Bentlejus ad Terentium. Ego quantum conſecutus ſim, Tu, Vir egregie, judicabis. Ordiamur ab Ἔργοις καὶ Ἡμέραις, quo opere morum & agriculturae praecepta tradidit fratri, Perſae; quem & ipſum Gyraldus aliique poëtam fuiſſe credebant. Enimvero doctiſſimi viri decepti ſunt corrupto Suidae loco; qui primum, quod ſciam, ſuſpectus fuit Jo. Alb. Fabricio Bibl. Gr. Vol. I. p. 373. Πέρσης, inquit Suidas, Ἀσκραῖος, ἘΠΟΠΟΙΟ'Σ, ἀδελφὸς Ἡσιόδυ τῦ ποιητῦ. Sed, ni fallor, legendum: ΓΕΩΠΟ'ΝΟΣ. Nam agrum a Perſe cultum eſſe, non ingenium, ex fratris carmine intelligitur.

vſ. 65. 66.

Καὶ χάριν ἀμφιχέαι κεφαλῇ χρυσῆν Ἀφροδίτην,
Καὶ πόθον ἀργαλέον, καὶ ΓΥΙΟΚΟ'ΡΟΥΣ μελεδῶνας.

Mire hic nugantur Graeci magiſtri; a quibus, nollem, exquiſita vir doctrina, J. G. Graevius, inductus, γυιοκόρυς μελεδῶνας explicaſſet *curas, quae totae in ornando corpore ſunt occupatae*. Vulgata lectione, neſcio, an nulla fingi poſſit ineptior, & ab Heſiodea ſimplicitate magis alie-

aliena; quamvis eam agnoscat Etymol. M. v. Μελεδῶναι. Sed bonum factum, quod Proclus & Tzetzes pristinae scripturae vestigium aliquod conservarunt. Nam quid aliud eorum explicatio, φροντίδας κατεσθιούσας τὰ μέλη, significat, nisi hoc, quod etiam Gujeto in mentem venit, se nonnullis in Codicibus scriptum reperisse:

Καὶ πόθον ἀργαλέον, καὶ ΓΥΙΟΒΟΡΟΥΣ μελεδῶνας.

Neque enim Grammaticos tam ridiculos fuisse arbitror, ut vocem ex γυῖον & κείρειν, quod Hesychius ἐσθίειν interpretatur, compositam putarent. Emendationem nostram extra dubitationis aleam ponit Julianus Misopog. p. 347. C. Ὁ δὲ ὑποποιήσας ἐκ τοῦ Ὁμήρου, τίνες ποτέ εἰσι γυιοβόροι μελεδῶνες. ubi memoria lapsus Imperatorum doctissimus, quod Hesiodi est, Homero tribuit. Eandem lectionem alii poëtae imitatione sua confirmant. Oppian. Ἁλιευτ. I. 302. μίχοις ἀπάταν Ἄτην, γυιοβόρους τε δύας, ὀδύνας τε καθήρῃ. Paulus Silentiarius in Anthol. ined.

Βόστρυχον ὠμογέροντα τί μέμφεαι, ὄμματά θ' ὑγρὰ
  Δάκρυσιν; ἡμετέρων παίγνια ταῦτα πόθων.
Φροντίδες ἀπρήκτοιο πόθου τάδε, ταῦτα βελέμνων
  Σύμβολα, καὶ δολιχῆς ἔργα νυχογρεσίης.
Καὶ γάρ που λαγόνεσσι ῥυτὶς παναώριος ἤδη,
  Καὶ λαγαρὸν δειρῇ δέρμα προσκρέμαται.
Ὁππόσον ἡβάσκει φλογὸς αἴθεα, τόσσον ἐμεῖο
  Ἄψεα γηράσκει φροντίδι γυιοβόρῳ.
Ἀλλὰ κατοικτείρασα δίδου χάριν. αὐτίκα γάρ μοι
  Χρὼς ἀναθηλήσει κρατὶ μελαινομένῳ.

Versum 5. laudat Suidas v. Παναώριος, vs 6. v. Λαγαρόν. Idem poëta alio Epigrammate inedito, sed longiore, quam ut hic locum invenire possit:

Καὶ πάλιν ἠρήρειστο τὰ χείλεα. γυιοβόροι γὰρ
  Εἶχον ἀλωβήτου λιμὸν ἐρωμανίης;

Adde eundem Anthol. I. 7. p. 54. & VII. p. 591. Sic *curae edaces* dicuntur ab Horatio II. Carm. 11. 18.

vs. 76.

Πάντα δέ οἱ χροῒ κόσμον ἐφήρμοσε Παλλὰς Ἀθήνη.

Eſt in hac Pandorae fabula, quod lectorem attentum impediat. Vſ. 63. & 64. Minerva jubetur Pandorae texendi artem tradere, Venus eandem exornare. At vſ. 72. nullae Veneris partes ſunt: ornatricis munere Minerva fungitur. Ζῶσε δὲ καὶ κόσμησε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη. Igitur aut librarius temere Minervam Veneri ſubſtituiſſe dicendus eſt, aut poëtae oratio non ſatis ſibi reſpondere. Sed quid attinebat, eandem rem vs. 76. verbis nihil diverſis repetere? Nempe hic verſus, ut ſaepe accidit, ex alio poëta in hunc locum migravit.

vſ. 201.

Ὧδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ΠΟΙΚΙΛΟΔΕΙΡΟΝ.

Atqui luſcinia non eſt ποικιλόδειρος, ſed χλωραύχην. Simonides apud Etym. M. p. 813. l. 8. & Euſtath. ad Od. τ. p. 1875. Εὖτ' ἀηδόνες πολυκώτιλοι, χλωραύχενες, εἰαριναί. Quae fortaſſe cauſſa fuit, cur Tzetzes & Moſchopulus ποικιλόδειρος, ſine exemplo, ποικιλόφωνος explicarent. Sed vix dubito, quin affinis ſonus literarum ει & η, qui tot menda peperit, huic etiam loco corrumpendo occaſionem dederit. Lege:

Ὧδ' ἴρηξ προσέειπεν ἀηδόνα ΠΟΙΚΙΛΟΓΗΡΥΝ.

Epigramma apud Gruter. p. 1118. 9. Τὰν κυανῶπιν Μοῦσαν, ἀηδόνα τὴν μελίγηρυν. Theocritus Epigr. IV. 11. 12. Ξουθαὶ ἀηδονίδες μινυρίσμασιν ἀνταχεῦσι Μέλπουσαι στόμασι τὰν μελίγηρυν ὄπα. Philippus in Analect. Brunck. T. II. p. 221. Ἀλλά με τὴν μελίγηρυν ἀηδόνα δέξατο νώτοις. Nec tamen reticere debeo, vulgatam ſcripturam magnis patronis niti, Ammonio v. Αἶνος, Theone Progymn. p. 31. & Nonno XXVI. p. 688. XLVII. p. 1204. Huc accedit, quod luſcinia, auctore Clemente Alex. Paedag. II. 10. p. 221. cum voce etiam colorem mutat: ὡσαύτως δὲ καὶ ἀηδὼν καὶ τὸ χρῶμα καὶ τὴν ᾠδὴν συμμεταβάλλει ταῖς τροπαῖς. Quod an vere tradatur, viderint hiſtoriae naturalis periti.

vſ. 254. 255.

Ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ Δίκη, Διὸς ἐκγεγαυῖα,
Κυδρή τ' αἰδοίη τε θεοῖς οἳ Ὄλυμπον ἔχουσιν.

MSS

MSS. Parisini, & Editiones veteres*, in his omnium prima, Mediolanensis, habent κυδνή. Quod, nihil caussae erat, cur Graevius in κυδρὴ mutaret. Κυδνὸς pro κυδινὸς a κῦδος idem est, quod κυδρός. Hesiodus Theog. 328. Τὸν ῥ' Ἥρη θρέψασα Διὸς κυδνὴ παράκοιτις. 442 Ῥηϊδίως δ' ἄγρην κυδνὴ θεὸς ὤπασε πολλήν. Sic bis quoque locis est in MSS. & Edd. antiquis. Idem apud Athen. III. p. 116. C. Καὶ Πάριον κολιῶν κυδνὴ τροφὸς ὄγκο πολίχνη. Ita legitur in Epitome MS. Bibl. Regiae. Vulgati libri, κυδρή. Epigramma apud Gruter. p. 769. 4. & Murator. p. 1323. 1. Τόδε τάφον σοφίης ἕνεκεν κυδνῇ παράκοιτι Τεῦξε. ubi etiam Cl. Brunckius Analect. T. III. p. 303. κυδρῇ malebat. Me ipsum juvenem in hac forma errasse, cum pudore quodam video in J. A. Hultmanni Miscell. Epigraph. p. 441. Sed in viam me reduxit Hemsterhusius, eandem formam Hesiodo Alcmanis auctoritate vindicans, ad Hesych. v. Ἰάχιον.

vs. 302.

Λιμὸς γάρ τοι πάμπαν ἀεργῷ σύμφορος ἀνδρί.

Huc pertinet Hesychii glossa, ut Sopingius vidit: Σύμφορος λιμός. ὁ συμπίπτων, καὶ συνών. Theogon. 593. Οὐλομένης πενίης οὐ σύμφορα, ἀλλὰ κόροιο. Ab Hesiodo locutionem, quanquam deflexa significatione, sumsit Theognis vs. 526. Ἡ πενίη δὲ κακῷ σύμφορος ἀνδρὶ φέρειν. Pro σύμφορος, συνοπαδὸς dixit Panyasis in Stobaeo Grotii p. 108. Οἶνος γὰρ θνητοῖσιν ἐπιχθονίοισιν ὄνειαρ Ἐσθλὸν, ἀλεξίκακον, πάσης συνοπηδὸν ἀοιδῆς. & Manetho VI. 582. Ἀλλοτρίῃσι θύρῃσιν ἐφιζάνοντες ἀλῆται Γίνονται, πενίην αἰεὶ συνοπηδὸν ἔχοντες.

vs. 304.

ὅς κεν ἀεργὸς
Ζώῃ, κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος ὀργήν.

Turpiter ab Editoribus neglecta est exquisitissima lectio, ὀργὴν, quam & Tzetzes, & Etymol. M. p. 524. l. 42. suppeditabant. Eandem confirmat Scholiastes Platonis ineditus ad Legg. X. p. 670. H. Vide quae diximus ad Homeri H. in Cerer. 205.

vſ. 344.

Εἰ γάρ τοι καὶ χοῦμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται.

Neque hoc loco glossa ἐγχώριον, cum vera lectio ἐγκώμιον in promtu esset, tam diu tolerari debebat. Hanc non modo Proclus, sed alii etiam Grammatici in libris suis repererunt. Stephan. Byz. v. Κάμη. — ὁ οἰκήτωρ, ἐγκώμιος Ἡσίοδος· Εἰ γάρ τοι καὶ χοῦμ' ἐγκώμιον ἄλλο γένοιτο. Hesychius & Suidas, hunc locum haud dubie respicientes: Ἐγκώμιον. ἔνδημον. Vide H. Stephanum Thes. Gr. L. T. IV. p. 666.

vſ. 353.

Τὸν φιλέοντα φιλεῖν, καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι.

Grammaticus in margine MS. Regii προσεῖναι accipit pro προσιέναι, secutus Apollonium Lexico Homerico: Εἶναι. ὁ Ἡσίοδος ἀντὶ τοῦ ἰέναι· καὶ τῷ προσιόντι προσεῖναι. Tzetzen etiam sic cepisse, ex ejus interpretatione colligas, τῷ προσιόντι καὶ εὐόμιλον γνώμην ἔχοντι, προσίεσο. Sed non opus est huc confugere. Προσεῖναι hic ponitur, ut *adesse* apud Latinos.

vſ. 472.

Εἰ τέλος αὐτὸς ὄπισθεν Ὀλύμπιος ἐσθλὸν ὀπάζῃ.

Versus parum dignus Hesiodi elegantia. Videor mihi Christiani hominis manum odorari.

vſ. 474.

καί σε ἔολπα
Γηθήσειν, βιότοιο ἐρεύμενον ἔνδον ἐόντος.

Jure Graevius pro nihili verbo ἐρεύμενον ex Codice Vossiano reposuit βιότου αἱρεύμενον. Poterat hanc emendationem firmare auctoritate Etymologi M. p. 38. l. 12. Αἱρεύμενον. αἱροῦντα, λαμβάνοντα. Ἡσίοδος ἐν Ἔργοις καὶ Ἡμέραις· καί σε ἔολπα Γηθήσειν, βιότου αἱρεύμενον ἔνδον ἐόντος.

vſ.

Digitized by Google

vſ. 546 — 551.

Ἠῷος δ' ἐπὶ γαῖαν ἀπ' οὐρανοῦ ἀστερόεντος
Ἀὴρ πυροφόρος τέταται μακάρων ἐπὶ ἔργοις.
Ὅστε ἀρυσσάμενος ποταμῶν ἀπὸ αἰενναόντων,
Ὑψοῦ ὑπὲρ γαίης ἀρθεὶς ἀνέμοιο θυέλλῃ,
Ἄλλοτε μὲν θ' ὕει ποτὶ ἕσπερον, ἄλλοτ' ἄησι,
Πυκνὰ Θρηικίου βορέου νέφεα κλονέοντος.

Non unum telum ad manum eſt, quo verſuum, quos appoſui, fides juguletur. Primum mihi explicet aliquis, qui ſit ἀὴρ πυροφόρος. Graecos enim magiſtros nihil moror, miſere hoc loco balbutientes. Seleucus, vetus Grammaticus, apud Proclum, cum ſe aliter expedire non poſſet, ἀὴρ ὀμβροφόρος reſcripſit. Mox, μακάρων ἐπὶ ἔργοις, quale tandem eſt? Scholiaſtae, quos Graevius ſequitur, de *ditiorum agris* capiunt. Sed, ne dicam, minus recte unos ditiores, excluſis pauperioribus, commemorari, cedo mihi locum Heſiodi vel Homeri, ubi μάκαρες ſimpliciter *beati homines* dicantur. Ἔργα μακάρων ſunt *Deorum opera*. Dionyſius Perieg. 1109. Ἦν ῥά τ' ἀνερχόμενος μακάρων ἐπὶ ἔργα καὶ ἀνδρῶν Ἠέλιος πρώτῃσιν ἐπιφλέγει ἀκτίνεσσι. Verum ne interpolator quidem, quamvis in ſcribendo novare potuerit, ſic videtur ſcripſiſſe. Suſpicor, ab ejus manu eſſe: μερόπων ἐπὶ ἔργοις. ut vetus Poëta περὶ καταρχῶν vſ. 543. Ἀρχὴν καὶ τέλος ἐσθλὸν ἄγει μερόπων ἐπὶ ἔργοις. At hac ipſa loquendi forma, quantum ab Heſiodi aetate abfuerit, oſtendit. Heſiodus enim ſemper cum Homero dicit μέροπες ἄνθρωποι, nunquam μέροπες nude & ſubſtantive. Verſus 550. factus videtur ad exemplum notiſſimi Theocritei Eid. IV. 43. Χὼ Ζεὺς ἄλλοκα μὲν πέλει αἴθριος, ἄλλοκα δ' ὕει. quem etiam venuſtiſſime expreſſit Poëta incertus in Anthol. ined.

Εἰαρινῷ χειμῶνι πανείκελος, ὦ Διόδωρε,
  Οὑμὸς ἔρως, ἀσαφεῖ κρινόμενος πελάγει.
Καί ποτε μὲν φαίνεις πολὺν ὑετόν· ἄλλοτε δ' αὖτε
  Εὔδιος ἁβρὰ γελῶν ὄμμασιν ἐκκέχυσαι.
Τυφλὰ δ', ὅπως ναυηγὸς ἐν οἴδμασι, κύματα μετρῶν
  Δινεῦμαι, μεγάλῳ κύματι πλαζόμενος.
Ἀλλά μοι ἢ φιλίης ἔκθες σκοπὸν, ἢ πάλι μίσους,
  Ὡς εἰδῶ, ποτέρῳ κύματι νηχόμεθα.

Ceterum quid quisque Grammaticorum ad hunc locum explicandum attulerit, ſigillatim excutere, neque vacat, neque libet. Delii Graeculis fidem habere, niſi idoneum ſponſorem ſecum adducant, & ſaepenumero indignor, cum videam, veterum ſcriptorum locos manifeſte depravatos non alia de cauſſa, niſi quod talium Grammaticorum auctoritate nitantur, integros, nec ulla conjectura ſollicitandos, judicari. Non alienum fuerit, lepidum iſtorum commentum, quod nemini ante nos ſuſpectum fuiſſe miramur, certis rationibus convellere. Pulcre noſti, priſcae Vir doctrinae, quam parum vel doctiſſimi Grammatici in etymologia viderint, & quam abſurda interdum, ne, quod neſcirent, ſe neſcire faterentur, effutierint. Sciebant, ut hoc utar, Δα & Ζα ſignificationem verbi intendere. Occurrebat verbum, a ſyllaba Λα & Λι incipiens, ſed originis minus notae: ſtatim illi Λα & Λι augendi vim tribuebant. Vide Etymolog. M. v. Λάχεια, & multis aliis locis. Sed tota illa doctrina inanis eſt, ac maximam partem ex erroribus nata. Etymol. M. Λαδρέοντι. παρὰ τὸ λα καὶ τὸ ῥέω, λαρέοντι, μεγάλως ῥέοντι· καὶ πλεονασμῷ τοῦ δ. Egregium, ſi Dis placet, verbum, quo Theſauros ſuos augeant Lexicographi. Verum aut me omnia fallunt, aut Grammaticus ex vocibus ἌΛΛΑ ΔΕ ῬΕΌΝΤΙ foediſſimo errore finxit verbum ΛΑΔΡΕΌΝΤΙ. Heſychius: Λα. ἐπὶ τοῦ μεγάλου καὶ τοῦ λίαν ἐτάττετο, ὅθεν καὶ λαχάνη, ἡ μεγάλως κεχηνυῖα. Et tamen ille ipſe contra canonem ſuum ſcripſit: ΛΑΦΩΝΟΙ. λίαν ἌΦΩΝΟΙ. ſimul gravem errorem cumulans alio graviore. Nam gloſſa monſtroſe corrupta eſt, ſed ſic reſtituenda: ΔΑΦΟΙΝΟΊ. λίαν ΦΟΝΙΟΙ, ut alio loco recte eſt apud eundem. Λάταυρος etiam, ſunt, qui ex Λα ἐπιτατικῷ & ταῦρος compoſitum putent. Qui facile refelluntur Heſychii gloſſa: Λάται. πόρναι. At, dicet aliquis, in verbo λατύσσω, quod eſt apud Heſych. in v. & Oppian. Ἁλιευτ. I. 628. Λα tam perſpicue ſignificationem auget, ut nihil contra diſputari poſſit. Adhuc ſalva res eſt. Literam Λ praefixam video, Λα ἐπιτατικὸν non video. Nam λατύσσω prima & origine & notione nihil magnopere diſcrepat ab ἀτύζω, ſicut λαφύσσω nihil ab ἀφύσσω. Heſychius: ΛΑΟΠΑΙΣ. βύπαις Scribe: ΛΑΙΣΠΑΙΣ. Supra: Λαίσπαις. βύπαις. Λευκάδιοι. Hic Λαι ſignificationem videtur augere. Niſi forte non tam grandis, quam tur-

turpis puer, intelligendus est. Certe in aliis vocabulis Λαι turpitudinem indicat. Hesychius: Λαι. ἐπὶ τῆς αἰσχρουργίας. quod confirmatur verbis, Λαίγιος, Λαῖκος, Λαισῖος, Λαιθαρίζειν, Λαισκάπρα, Λαισποδίας, Λαικάζω, Λαίμαργος, Λαιμάω, & inde derivatis. Quanquam Λαι in his non semel per errorem scriptum videatur, ut in aliis. Sic apud Suidam: ΔΑΙ'ΣΘΗ. αἰσχύνη. Lege: ΛΑ'ΣΘΗ. Vide eundem, & Hesychium in hac voce. Suidas: ΛΑΙΕΤΟ'Ν. τὸ ἀρχεῖον. &, ΛΑΙΣΤΡΟ'Ν. πρυτανεῖον. Utroque loco scribendum, ΛΑ'ΪΤΟΝ. Vide praestantissimum Kusterum ad v. Λειτουργία. qui nisi hic festinasset, facile, quo erat acumine, verum vidisset. Idem: ΛΑΙΣΤΟ'Ν. τὸ ἀχθεινόν. Scribe, "ΑΛΑΣΤΟΝ, & vide Hesychium in v. Quod idem v. "Αλαστε affert, τεκνὸν ἐμὸν ἄλαστε, est Callimachi H. in L. P. 87. Sed ἐμὸν delendum. Nec Te fugit, Vir eruditissime, quoties prima litera in his Lexicis perierit. Sic Hesychius: ΔΑΣΚΑ'ΖΕΙ. ὑποφεύγει. alibi: ΔΑΣΚΑΡΕΙ͂. διαφεύγει. Utrumque corruptum est ex Homerico verbo, 'ΗΛΑΣΚΑ'ΖΕΙ. nisi ex ΔΡΑΣΚΑ'ΖΕΙ natum putes. Idem: ΛΥΤΤΕΙ͂. πολλὰ λαλεῖ. Repone: ΦΛΥΑ'ΤΤΕΙ. quod effugit sagacitatem clarissimorum virorum; L. Kusteri Diatrib. Anti-Gronov. p. 49. & Jo. Taylori Lect. Lysiac. cap. 9. Non minus prodigiosum verbum, quam Λαιστὸν, apud Suidam est ΛΑΙ'ΦΥΡΟΝ. τὸ ἀσθενές. quod mihi videor feliciter emendasse legendo: 'ΑΗ'ΣΥΡΟΝ. τὸ ἀσθενές. Etymol. M. 'Αήσυρον, ἀσθενὲς, κενόν. ἔνιοι, κοῦφον, ὑπ' αὔρας φερόμενον. Poëta Alexandrinus περὶ καταρχῶν vs. 423. 424. "Οσσι καὶ ἀνθερίκεσσιν ἐπέτριχον, οὐδέ τι καρπὸν σίνετ', ἀήσυρα γυῖα φέρων ἐπὶ λήιον αὖον. Quorum illud, οὐδέ τι καρπὸν σίνετ', sumsit ab Hesiodo Fragm. p. 317. reliqua ab Homero Il. Υ. 227. & Apollon. Rhod. II. 1103. Salmasius eandem vocem Hesychio restitui volebat: Α'ΙΗ'ΣΥΛΟΝ. "ΑΝΕΜΟΝ. κακοποιόν. Frustra. Nam simplicissime scribendum: 'ΑΗ'ΣΥΛΟΝ. "ΑΝΟΜΟΝ. κακοποιόν. Supra: 'Αήσυλα. παράνομα. Etymol. M. leviter correctus: 'Αήσυλον. κακὸν, ἄνομον. Sed a Λα ἐπιτατικῷ discedam, ubi hanc Hesychii glossam emendaro: ΛΑΠΑ'ΡΑΣ. καταφερὴς πρὸς τὰ ἀφροδίσια. Videtur sub hoc monstro latere: ΛΑΙΣΚΑ'ΠΡΑΣ. καταφερὴς πρὸς τ. ἀφρ. Supra: Λαισκάπριαν. λαμυράν. item: Κάπραις. ἀκόλαστας. Suidas: Λαισκαπρος, ὁ λάγνος. Etymol. M. Λαίσκαπρος. (ita leg.)

ὁ λάγνος καὶ λαμυρός. Minus nobis laborandum erit in Λι ἐπιτατικῷ, ex λιαν decurtato, evertendo, quo unus Epicharmus usus est, teste Strabone VIII. p. 560. Σοφοκλῆς δὲ καὶ Ἴων τὸ ῥάδιον Ῥα. Ἐπίχαρμος δὲ τὸ λίαν, Λι. Ad Epicharmi locum forte pertinet glossa Hesychii: Λιπόνηρος· λίαν πονηρός. Sed ejusmodi singularia, & uni scriptori propria, nunquam consuetudo recepit. Nec ullum aliud verbum, praeter hoc, reperio, in quo Λι hac machina defendi possit. Notior enim est origo verborum λιγαινω, λιπαινω, λιπαρῶ, & similium, quam ut huc referri deberent ab Etymol. M. & Th. Reinesio Epist. ad Hoffmann. p. 454. Reliqua, in quibus Λι locum habere credatur, vitiata esse ostendam. Hesychius: Λιολεθρίᾳ. παντελεῖ ὀλέθρῳ. Legendum: Λιαλεθρίᾳ. Supra: Λιώλεθρος. παντελῶς ἐξολοθρευμένος. Idem mox: Λιωργός. κακοῦργος. Corrige: Λιωργός. Supra: Λαοργός. ἀνόσιος. Σικελοί. &, Λιωργόν. κακοῦργον, πανοῦργον, ἀνδροφόνον. Vide Kuster. ad Suid. v. Λιωργός. Rursus Hesychius: Λιτύριον. κακοῦργον. Recte, mi Valckenari, Animadv. ad Ammon. p. 146. Λιτουργὸν emendas. Idem: Λιαμάθῳ. αἰγιαλῷ λίαν ἀμαθώδει. Lege: Ἀλιαμάθῳ. Supra: Ἀλιάμαθον· παρὰ τὴν ἅλα καὶ τὴν ἄμαθον. Quam glossam cum Etymologus M. vel ex Hesychio, vel ex alio, dormitans exscriberet, in errorem adeo jocularem incidit, ut vel Heracliteae severitatis homini risum excuteret. Sic enim ille: Λιάμαθοι. οἱ αἰπόλοι· ἀπὸ τοῦ εἶναι λίαν ἀμαθεῖς. Belle! lepide! ut nihil supra. Idem Hesychius: ΛΙΉΜΟΣ. ψάμαθος. quod scriptum videtur pro ἉΛΙΉΜΑΘΟΣ, vel certe pro ἉΜΜΌΣ. ut etiam Cl. Alberto placebat. Idem: ΛΙΉΦΟΣ. δεινός. Supra: ΛΑΙΦΑΊ. ἀναιδεῖς, θρασεῖς, γυναῖκες, τολμηραί. Quod nobis viam ostendit ad veram lectionem, ΛΑΙΔΡΌΣ, &, ΛΑΙΔΡΑΊ. Supra: Λαιδρή. θρασεῖα. Nec aliter Suidas & Etymol. M. v. Λαιδρός. Nicander Ther. 690. σκύλακας γαλέης, ἢ μητέρα λαιδρήν. Alexiph. 563. γερύνων λαιδροὺς δαμάτειο τοκῆας. ubi vide Scholiast. Poëta περὶ κεταρχῶν vs. 376. ὅτε δρῆσιν ἐπ' ἰθύνησι κέλευθον Λαιδρὸς ἀνήρ. vs. 438. Ἀλλ' ἐπάγει θεράποντι δολίφρονι πολλάκις ἄνδρα λαιδρότερον. Alio loco Hesychius: Λαιδρός. λαμυρὸς, ἀναιδὴς, λεῖος, θρασὺς, ταχύς. Pro ΛΕΓΝΟΣ scribe ΔΕΙΝΌΣ. Dici vix potest, quot quam pravas glossas literarum Α, Δ, & Λ permutatio pepererit. Sic, exempli gratia, apud Hesychium reperitur: ΛΩΡΌΝ. πικρόν.

Lege:

Ἄωρον. quod unice probabat Hemſterhuſius meus. Idem poſt vocem Αἰναμαι. ΑΙΝΑΥΤΙΑ΄. Eſt nova gloſſa, quam ita corrigas: ΑΙ΄ΝΑ. ΔΙ΄ΚΤΥΑ. Etymol. M. Λαμυρός. ὁ λάλος. — καὶ ΛΑΜΥΡΗ῀Ν, τὴν θάλασσαν, οἷον πολλήν. Mirifice pro ἉΛΜΥΡΗ΄Ν. Vel pueri ex Homero norunt θαλάσσης ἁλμυρὸν ὕδωρ. Poſſis tamen Grammaticum defendere ſic, ut λαμυρὰν θάλασσαν *mare horridum* intelligas. Nam Heſychius et Suidas λαμυρὸν etiam explicant καταπληκτικόν. Recte. Theocrit. Carm. XXV. 234. λαμυροὺς δὲ χανὼν ὑπ᾽ ὀδόντας ἔφηνε. Nicander Theriac. 294. Σμερδαλέον δ᾽ ἐπὶ οἱ λαμυρὸν πέφυκε κάρηνον. Atque his exemplis confirmatur conſtans omnium librorum lectio in Syneſio Ep. 147. p. 285. τὴν μεγάλην λίμνην τὴν λαμυράν. quam Petavius in ἁλμυρὰν mutavit. Unus reliquus eſt Orphei locus Argonaut. 185. ex quo Λι ἐπιτατικῷ praeſidium quaeri poſſet: Πυγμαχίης δὲ, τάπητα λιανθία δῶκε φέρεσθαι. Sed ſcribendum: Πυγμαχίης δὲ, τάπητα διανθία δῶκε φέρεσθαι. Nicander Theriac. 534. Ἀγρεῖ δ᾽ ἀσφοδέλοιο διανθέος ἄλλοτε ῥίζαν. Nec tamen mihi diſplicet, quod Cl. Toupius Cur. Noviſſ. in Suid. p. 162. verius putabat: Πυγμαχίης δὲ, τάπηθ᾽ ἁλιανθία δῶκε φέρεσθαι. Habeant igitur ſibi Grammatici ſuum Λα & Λι, ſecumque ſervent ſepulcro. Nos ad Heſiodum redeamus.

vſ. 613.

Πέντε δὲ συσκιάσαι, ἕκτῳ δ᾽ εἰς ἄγγε᾽ ἀφύσσαι.

MS. Pariſin. male, εἰς ἄγκεα φύσαι. Voces ἄγγεα, ἄγκεα, ἄνθεα ſaepe permutantur, tanquam apud Phocylidem vſ. 160. ſeqq. Κάμνει δ᾽ ἠερόφοιτος ἀριστοπόνος τε μέλισσα, Ἠὲ πέτρης κοίλης κατὰ χηραμὸν, ἢ δονάκεσσι, Ἢ δρυὸς ὠγυγίης κατὰ κοιλάδος, ἔνδοθι σίμβλων Σμήνεσι μυριότρητα κατ᾽ ἄνθεα κηροδομοῦσα. Quos verſus aliter ſcriptos attulit F. Urſinus ad Virgil. Ecl. IV. 30. ex MSto, ut opinor, Nicandri Scholiaſte ad Alexiph. 446. Κάμνει δ᾽ ἠερόφοιτος ἀριστοπόνος τε μέλισσα Ἢ κοίλης πέτρας κατὰ χοιράδος, ἢ δονάκεσσιν, Ἢ δρυὸς ὠγυγίης κατὰ κοιλάδος, ἔνδοθι σίμβλοις Σμήνεσι μυριόμορφα κατ᾽ ἄνθεα κηροδομοῦσα. Scribendum: μυριότρητα κατ᾽ ἄγγεα κηροδομοῦσα. Zonas Sardianus Anthol. I. 70. p. 125. Πάντα περικνίξασθε, καὶ ἄγγεα κηρώσασθε. Ἄγγεα in Phocylide intellige non *alvearia*, ſed *cellulas cereas*. Μυριότρητα confirmat Meleager

M An-

Anthol. I. cap. ult. p. 179. Ἔργα δὲ τεχνώεντα βοηγενέεσσι μελίσσαις Καλὰ μέλει, ϗ σίμβλῳ ἐφήμεναι ἐργάζονται Λευκὰ πολυτρήτοιο νεόῤῥυτα κάλλεα κηρῦ. item Lucianus Anthol. I. 76. p. 131. ὁποῖα μέλισσα πολυτρήτοις ἐνὶ σίμβλοις.

vſ. 803. 804.

Ἐν πέμπτῃ γάρ φασιν Ἐριννύας ἀμφιπολεύειν,
Ὅρκον τιννυμένας, τὸν Ἔρις τέκε πῆμ' ἐπιόρκοις.

Hunc locum reſpexit Menander Rhetor p. 595. πεπλασμένοι δὲ Ὕμνοι, ὅταν αὐτοὶ σωματοποιῶμεν ϗ θεὸν, ϗ γονὰς θεῶν ἢ δαιμόνων, ὥσπερ Σιμωνίδης Αὔριον δαίμονα κέκληκε, καὶ ἕτεροι Ὄκνον. Legendum: καὶ ἕτεροι Ὅρκον. Vide Graevium ad h. l. Eodem modo in Oraculo apud Herodotum VI. 3. Ὅρκου παῖς, *Horci filia*, dicitur Juſtitia ultrix: ubi videndus Weſſelingius.

Theogon. vſ. 26.

Ποιμένες ἄγραυλοι, κάκ' ἐλέγχεα, γαστέρες οἶον.

Heſychius: Γαστέρες οἶον. τροφῆς μόνης ἐπιμελέμενοι. ὡς Ἡσίοδος ἐν τῇ Θεογονίᾳ. Atticus ſcriptor γαστέρες ἄλλως dixiſſet. Plato Theaetet. p. 128. G. ὅτι ἐ λῆροι εἰσὶ, γῆς ἄλλως ἄχθη, ἀλλ' ἄνδρες. Demoſthenes de falſa legat. p. 123. οἱ δὲ ἀντιλέγοντες ὄχλος ἄλλως ϗ βασκανία κατεφαίνετο. quem imitatur Dio Chryſoſt. Orat. LI. p. 561. C. οἱ δὲ πολλοὶ μάτην οἴονται τὰ τοιαῦτα λέγειν, ϗ ὄχλον ἄλλως ϗ φλυαρίαν ἡγῦνται. Vide Graece doctiſſimum virum, J. Toupium Epiſt. Crit. p. 80.

vſ. 114. 115.

Ταῦτά μοι ἔσπετε Μῦσαι Ὀλύμπια δώματ' ἔχυσαι
Ἐξ ἀρχῆς ϗ εἴπαθ' ὅ, τι πρῶτον γένετ' αὐτῶν.

In Codice Regio hoc Scholion adſcriptum erat: Δύο ἔπη ὁ Σέλευκος ἀθετεῖ. οἱ δὲ περὶ Ἀρίσταρχον τὸ Ἐξ ἀρχῆς μόνον λέγυσιν. Ego cum Gujeto ad h. l. & Heynio, V. C. in elegantiſſima Commentat. de Theogonia ab Heſiodo condita p. 152. totum prooemium Heſiodo abjudicem. Theogonia incipit a verſu 116.

vſ.

vſ. 116. 117.

Ἤτοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί.

In eodem Codice haec Scholia, non inerudita, reperiuntur: Χάος] Χάος λέγει τὸν κεχυμένον ἀέρα. καὶ γὰρ Ζηνόδοτος φησί. Βακχυλίδης δὲ χάος τὸν ἀέρα ὀνόμαζε, λέγων περὶ τοῦ ἀετοῦ· νωμᾶται δ' ἐν ἀτρυγέτῳ χάει. Scribe, καὶ γὰρ Ζηνόδοτος οὕτως φησί. A Bacchylide vix diſcrepat Ibycus apud Scholiaſt. Ariſtoph. ad Av. 192. ποτᾶται δ' ἐν ἀλλοτρίῳ χάει. niſi forte idem locus eſt ſub alio auctore. — Γαῖ' εὐρύστερνος] Ὡς θεὰν αὐτὴν ἀναπλάττει, εὐρύστερνον λέγων. Μνασέας ὁ Πατρεὺς ἐν τῇ τῶν Δελφικῶν χρησμῶν συναγωγῇ εὐρυστέρνου ἱερὸν φησὶν ἀνασῆσαι. εὐρύστερνοι δὲ, πλατεῖαν, πλατύπεδον. Lege, ἀναστῆναι. De eo templo Pauſanias in Achaic. 25. Ὁδὸς δὲ ἐπὶ τὸν καλούμενον Γαῖον· Γῆς δὲ ἱερόν ἐστιν ὁ Γαῖος ἐπίκλησιν εὐρυστέρνου. — πάντων ἕδος] Διὰ τοῦτο ϗ Πλάτων αἴτιον τοῦ κόσμου τὴν γῆν φησὶν ἐν τῷ Φαίδωνι. ὅθεν ὁ ἐπαγόμενος ἀνιθεῖται στίχος. Hinc editum Scholion corrigendum.

vſ. 193.

πρῶτον δὲ Κυθήροισι ζαθέοισιν
Ἔπλετο.

Quod Gujetus de conjectura repoſuit, ἔπλητ', in Codice Pariſ. legitur. Eſt ab antiquo πλῆμι, *appropinquo*, pro πίλημι, πιλάω, unde adjectivum ἄπλητος, de quo diximus ad Homeric. H. in Cerer. 83. Homerus Il. Δ. 449. ἀσπίδες ὀμφαλόεσσαι Ἔπληντ' ἀλλήλῃσι. Il. Ξ. 438. Αὖτις ἐξοπίσω πλῆτο χθονί. Heſychius, ad priorem locum reſpiciens: Ἔπληντο. ἐπλησίαζον, ἤγγιζον. ubi vide Kuſterum.

vſ. 217. 218. 219.

Καὶ Μοίρας ϗ Κῆρας ἐγείνατο νηλεοποίνους,
Κλωθώ τε, Λάχεσίν τε, ϗ Ἄτροπον· αἵτε βροτοῖσι
Γεινομένοισι διδοῦσιν ἔχειν ἀγαθόν τε, κακόν τε.

Hi verſus ſi ſcripti ſunt ab Heſiodo, ut ſunt profecto, neceſſe eſt, ab interpolatore eſſe vſ. 904. 905. 906. ubi

Parcae Jovis & Themidis filiae dicuntur, quae hoc loco Noctis. Antiquitas interpolationis intelligitur ex Apollodoro, qui eam secutus est I. 3. p. 7. Ἐκ μὲν Θέμιδος τῆς Οὐρανοῦ Ζεὺς γεννᾷ Μοίρας, Κλωθὼ, Λάχεσιν, Ἄτροπον. ubi Th. Galeus ad nostram sententiam accommodate scribit: Diu est, cum suspicatus sum, illud opus, (Theogoniam) non esse unius hominis. Ex iis, quos adscripsimus, versibus primum affert Stobaeus Ecl. Phys p 9. ubi ἐλεοποίνους editur. Monstri similis lectio est, κλεοπόνους, quam Graeculus Grammaticus, Jo. Diaconus, non solum memorat, sed etiam, quod stultius est, explicare conatur. Jam etsi nihil est in vulgata lectione, quod quemquam offendere possit, suspicor tamen, ab Hesiodo scriptum esse:

Καὶ Μοίρας καὶ Κῆρας ἐγείνατο νηλιτοποίνους.

Orpheus Argonaut. 1361. 1362.

Κίρκης ἐννεσίῃσι ἀπορρίψειαν ἔμελλον
Ἀράς τ' Αἰήτεω καὶ νηλιτόποινον Ἐρινύν.

Sic vulgatum ἠλιτόποινον corrigo, ne καὶ ante vocalem, praeter bonorum poëtarum consuetudinem, producatur. Νηλίτης est ipsum ἀλίτης, Jonice α in η mutato, & ν praefixo, ut in νήδυμος, νητρεκὴς, &c. Itaque non utimur Grammaticorum νη ἐπιτατικῷ vel στερητικῷ, neque sequimur viros doctos, νηλητὴς cum Barnesio in Homero Od. Π. 317. scribentes. Hanc derivandi rationem cum Grammatici veteres ignorarent, quis miretur, eos in vocis vi explicanda tantopere discrepare? Nam Apollonio, Lexici Homerici auctori, Hesychio, & Eustathio νηλιτὴς est ἀναμάρτητος· at Aristarcho apud Apollonium, Scholiastae minori, Suidae & Etymol. M. ἁμαρτωλός. Posterior potestas, vix dubitem, quin Tibi, Valckenari, nunc praeferenda videatur. Eam certe, ne de Orpheo dicam, probavit Apollonius Rhodius IV. 703. οἵη τ' ἀπολυμαίνονται Νηλιτεῖς ἱκέται, ὅτ' ἐφέστιοι ἀντιόωσιν. Sic Hoelzlinus vulgatum νηλεεῖς non absurde emendavit. Brunckius, nuper de hoc poëta tam bene meritus, νηλειεῖς edidit, quod metri legem νηλιτεῖς respuere putabat. In quo per festinationem leviter lapsus est vir doctissimus. Nam media vocis ἀλίτης vel νηλίτης in compositis quidem corripitur, ut in ἠλιτόποινος vel νηλιτόποινος apud Orpheum, & ἠλιτοεργὸς Anthol. III. 24. p. 384. sed

sed in simplici porrigitur, ut semper apud Homerum. Νηλειεῖς autem quomodo supplices ab Apollonio dici potuerint, vix intelligimus. Sed Μοιρῶν & Κηρῶν apud Hesiodum mentione invitati, maculam eluamus ex Theodoridae Epigrammate, Anthol. III. 6. p. 311.

> Οὕτω δὴ Πύλιον τὸν Ἀγήνορος, ἄκριτε Μοῖρα,
> Πρώϊον ἐξ ἥβης ἔθρισας Αἰολίων,
> Κῆρας ἘΠΙΣΣΕΙ'ΣΑΣΑ ΒΙ'ΟΥ κύνας; ὦ πόποι, ἀνὴρ
> Οἷος ἀμυνδέτῳ κεῖται ὕλως Ἀΐδῃ.

Brodaeus Κῆρας βίου κύνας dici putat, quod vitam mordeant & lanient. Cujus rationem sequatur, qui volet. Nobis pristina lectio, unde dejecta est, sic videtur restituenda:

> Κῆρας ἘΠΙΣΣΕΥ'ΣΑΣ' ἈΙ'ΔΟΥ κύνας.

Apollon. Rhod. IV. 1665. 1666. θέλγε δὲ Κῆρας Θυμοβόρους, Ἀΐδαο θοὰς κύνας, αἳ περὶ πᾶσαν Ἠέρα δινεύουσαι ἐπὶ ζωοῖσιν ἄγονται. Ut hic Κῆρες, sive morbi, *Plutonis canes* dicuntur, sic in Archiae epigrammate Analect. Brunck. T. II. p. 100. Μόρος Κηρῶν λάτοις. Nam κύνας ministros esse, qui Deorum imperium exequantur, exquisita eruditione docet Dan. Heinsius in Hesiodi Interpretes p. 89. Grammaticus MS. περὶ τρόπου μεταφορᾶς καὶ ὑπερβάτου· τῶν μεταφορῶν αἱ μὲν ἀπὸ εἴδους ἐπὶ εἶδος μεταφέρονται, ὡς τὸν αἰετὸν ἐπὶ τοῦ σκήπτρου τοῦ Διὸς, κύνα Αἰσχύλος καλεῖ. εἴδη γὰρ ὅ, τι κύων, καὶ ὁ αἰτὸς τοῦ ζώου. Vides, Aeschylum *Jovis canem* vocare, quem Horatius IV. Carm. 4. 1. *ministrum fulminis alitem*. Idem Prometh. 1020. Διὸς δέ τοι Πτηνὸς κύων, δαφοινὸς αἰετός. Agam. 139. Πτανοῖσι κυσὶ πατρός. Adde eundem apud Aristophan. Ran. 1327. Sic etiam Harpyiae Jovis canes dicuntur. Quod me docuit is, qui mihi oculis meis carior est, T. Hemsterhusius. Apollon. Rhod. II. 288. Οὐ θέμις, ὦ υἱέες Βορέω, ξιφέεσσιν ἐλάσσαι Ἁρπυίας; μεγάλοιο Διὸς κύνας. Quem locum, ut G. Arnaldi de Diis Παρέδροις cap. 28. p. 196. indicio cognovi, sic vertit Valer. Flacc. IV. 519. *Jam satis huc pepulisse deas. Cur tenditis ultra In famulas saevire Jovis?* Apollonium etiam expressit Hyginus Fab. 19. *& apposuit Phineo Harpyias, quae Jovis canes esse dicuntur.* item Servius ad Aen. III. 209. *Et cum ulterius vellent tendere; ab Iride admoniti, ut desisterent a Jovis canibus, suos converterunt volatus.* Eadem ratione Aeschylus Prometh.

 802.

802. γρύπας vocat Ζηνὸς κύνας. Euripides Herc. Fur. 420. hydram κύνα Λέρνας. Bacch. 975. Bacchas Λύσσης κύνας. Alexis apud Athen. IX. p. 379. C. ſcintillas Ἡφαίστου κύνας. Lycophron vſ. 34. cetum Τρίτωνος κύνα. Cicero ad Att. IV. 3. Clodii miniſtrum & aſſeclam, Gavium, *Clodii canem*. Sed Furiae inprimis *Plutonis canes* dicuntur. Tragicus apud Ariſtophan. Ran. 475. Κωκυτοῦ τε περίδρομοι κύνες. interdum ſimpliciter *canes*. Aeſchyl. Choëph. 924. φύλαξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας. Sophocles Electr. 1388. Μετάδρομοι κακῶν πανουργημάτων Ἄφυκτοι κύνες. Euripid. Electr. 1342. ἀλλὰ κύνας τάσδ' ὑποφεύγω. Heſychius: Κύων. ἡ Ἐρινύς. Servius l. c. *Jovis* quoque *canes* Furias dictas tradit. Quem docte refellit eximius ille Virgilii interpres, C. G. Heynius ad Aen. XII. 845. Nam in locis Virgilii Aen. VI. 257. & Lucani VI. 733. quos huc trahit Servius, non Furias, ſed Stygias canes, Hecates & Furiarum comites, intelligendas eſſe, docet Oudendorpius ad Appulej. Met. VI. p. 420. De iisdem accipiam Horatium I. Serm. 8, 34. *ſerpentes atque videres Infernas errare canes*. non de Furiis, ut Scholiaſtes Cruquianus: *Canes*, *Furias*, *quae ſunt canes Jovis infernalis*. Paulo melius Acron: *Aut Cerberum dicit*, *aut Furias*. Apud Heſychium gloſſam reperio, ſine dubio ex Tragico aliquo ductam: Κύνες. οἱ δράκοντες. ubi ſi ſermo fuit de draconibus in hortis Heſperidum, κύνες pro *cuſtodibus* ſumuntur: quam vocis vim explicuit Joſ. Scaliger ad Varron. de L. L. p. 44. ſin de draconibus Cereris, pro *famulis*. Philoſophi Pythagorei, teſte Clemente Alex. Strom. V. p. 676. Planetas Φερσεφόνης κύνας appellarunt. Sed hoc aenigmaticum eſt, & ab Oedipis ſolvendum. Supereſt Meleager Analect. Brunck. T. I. p. 4. Ὦ προδόται ψυχῆς, παίδων κύνες, αἰὲν ἐν ἰξῷ Κύπριδος ὀφθαλμοὶ βλέμματα χριόμενοι. Hic παίδων κύνες ſunt inſidioſi puerorum obſervatores, ſectatores, venatores, qui ab Homero παιδοπίπαι dicuntur. Vocabula enim venatoria quoties ad rem amatoriam traducantur, oſtendit vir clariſſimus, a cujus ingenio ſumma quaeque exſpectamus, Daniel Wyttenbachius Epiſt. Crit. p. 51. Sed νηλειτόποινος Ἐρινὺς, quam paulo ante Orpheo reddidimus, nos admonet de aliis ejusdem locis corrigendis. Argon. 350.

τοῦτου δ' ἐπιμάρτυροι ἔσαν
Ἰθύντειρα Δίκη, καὶ Ἐρινύες ΑΙ'ΝΟΔΟ'ΤΕΙΡΑΙ.

Nulla

Nulla corruptelae ſuſpicio tetigit Ez. Spanhemium ad Callim. H. in Del. 92. Orpheus tamen ſcripſerat:

τούτω δ' ἐπιμάρτυρος ἔστω
Ἠΰντειρα Δίκη, καὶ Ἐριννύες ΑἸΝΟΛΕ'ΤΕΙΡΑΙ.

Antiochus Anthol. II. 43. p. 244. ἐς λῶν κόλπον Ἀνθρώπων ὀλέτειραι Ἐριννύες ἐξελάσωσαν. Κρόνον αἰνολέτην Orpheus dixit Argon. 424. Sequitur tertius de Furiis locus Argon. 1160 — 1164. non minus male a librariis habitus; cujus partem priorem ſanavi, poſteriorem Tibi, Vir clariſſime, curandam commendo:

ἐπεὶ νῦν αἰεὶ Ἐριννὺς
Αἵματος ἰκφόλοιο διδυπότος Ἀψύρτοιο
Ὑστερόπους ἕπεται· ΣΤΕΡΓΕΙ δέ τοι ἄτη ἐπ' ἄτῃ.
Νῦν γὰρ δὴ λυγρῆς τε καὶ ἈΡΓΕΝΝΗ͂Σ κακότητος
Ἵξομαι, εἰ νήσοισιν Ἐριννύσιν ἄσσον ἵκωμαι.

A poëtae manu ſic profectum videtur:

ΣΠΕ'ΡΧΕΙ δέ τοι ἄτη ἐπ' ἄτῃ.
Νῦν γὰρ δὴ λυγρῆς τε καὶ ἈΛΓΕΙΝΗ͂Σ κακότητος.

Στέργω alibi quoque apud Orpheum Argon. 769. locum, quem minime debebat, occupavit:

Μειλιχίοις ΣΤΕ'ΡΞΗι τε παραιφάμενος ἐπέεσσιν.

Corrige:

Μειλιχίοις ΘΕ'ΛΞΗΙ τε παραιφάμενος ἐπέεσσιν.

Ἀλγεινῆς pro ἀργεννῆς confirmatur ex Orphico libello de Lapid. vſ. 164. Ἀλλά σε μὲν κρείων φαεσιμβρότος ἐξ ἀλεγεινῆς Αἰὲν ἄγοι κακότητος.

vſ. 223. — 230.

Τίκτε δὲ καὶ Νέμεσιν, πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι,
Νὺξ ὀλοὴ μετὰ τήνδε Ἀπάτην τίκε, καὶ Φιλότητα,
Γῆράς τ' οὐλόμενον, καὶ Ἔριν τίκε καρτερόθυμον.
Αὐτὰρ Ἔρις στυγερὴ τίκε μὲν Πόνον ἀλγινόεντα,
ΛΗ'ΘΗΝ τε, Λιμόν τε, καὶ Ἄλγεα δακρυόεντα,
Ὑσμίνας τε, Φόνους τε, Μάχας τ', Ἀνδροκτασίας τε.

Νεί-

Νείκεά τε, Ψευδέας τε Λόγους, Ἀμφιλογίας τε,
Δυσνομίην, ἌΤΗΝ τε, συνήθεας ἀλλήλοισιν.

Vſ. 224. Gujeto, alienum Φιλότητα tentanti, monſtrum vocis Δολότητα excidit, quod, omnes ſi concurrant aruſpices, vix expient. At demiror, eum, qui tot bonos & germanos verſus proſcripſerit, hunc ineptiſſimum & manifeſte inſititium ferre potuiſſe. Quis enim credat, Heſiodum tam parum ſibi conſtitiſſe, ut, cum ſupra vſ. 201. 209. Veneri attributa dixerit Παρθενίους τ' ὀάρους, μειδήματά τ' ἐξαπάτας τε, Τέρψιν τε γλυκερὴν, φιλότητά τε, μειλιχίην τε. hic blandas amantium fraudes inter res maxime deteſtabiles referret. Interpretes miſere ſe torquent in his ad concordiam revocandis. Nos eruditiſſimum Heynium in Commentatione laudata p. 141. nobiſcum ſentire gaudemus. Sed in iis, quae ſequuntur, etiam aliquid turbatum videtur. Certe qua ratione Λήθη Ἔριδος filia dicatur, vix divinando aſſequimur. At hoc pulcre novit Graeculus magiſter. Πολλάκις γὰρ, inquit, Ἔριδος πρός τινα γινομένης ἐπιλανθανόμεθα καὶ τῶν συνηθέντων. Qui cum haec ſcriberet, quaſi Lethaea pocula bibiſſet, ita Lethes flumen huc arceſſere oblitus eſt. Sed extra jocum. Locus ſic conſtituendus videtur:

Τίκτε δὲ καὶ Νέμεσιν, πῆμα θνητοῖσι βροτοῖσι,
Γῆράς τ' οὐλόμενον, καὶ Ἔριν τίκε καρτερόθυμον.
Αὐτὰρ Ἔρις στυγερὴ τέκε μὲν Πόνον ἀλγινόεντα,
ἌΤΗΝ τε, Λιμόν τε, καὶ Ἄλγεα δακρυόεντα,
Ὑσμίνας τε, Φόνους τε, Μάχας τ', Ἀνδροκτασίας τε,
Νείκεά τε, Ψευδέας τε Λόγους, Ἀμφιλογίας τε,
Δυσνομίην, ἈΠΆΤΗΝ τε, συνήθεας ἀλλήλοισι.

Ἄτην & λιμὸν Heſiodus etiam conjungit Ἔ. καὶ Ἡμ. 228. Cum Δυσνομίη vero rectius Ἀπάτη ſociatur, quam Ἄτη. Heynius tamen l. c. Ἄτην vſ. 230. tenet, & vſ. 227. legit, Λοιμόν τε, λιμόν τε.

vſ. 240.

Νηρῆος δ' ἐγένοντο μεγήρατα τέκνα θεάων.

Codd. et Editiones fluctuant inter μεγήρατα et μεγήριτα.

τα. Utramque etiam lectionem agnoſcunt Grammatici veteres. Etymol. M. p. 574. l. 52. Μεγήρατα. Ἡσίοδος· μεγήρατα τέκνα θεάων. μεγάλως ἐπήρατα, ἢ ὑπερήρατα διὰ τὸ κάλλος· ἢ μέγα ἐρίζοντα περὶ κάλλους· ἢ πρὸς οὓς οὐδεὶς δύναται ἐρίσαι, ἀλλὰ μετ' ἀλλήλων ἐρίζοντα. Quae totidem fere verbis leguntur in Scholiis ad h. l. Heſychius, huc reſpiciens: Μεγήριτα. τίμια, μεγαλόχαρτα. Suidas: Μέγηρον. τὸ ἐπήρατον. Scribe: Μεγήρατον. Sed hoc ab Alberto ad Heſych. occupatum video. Linguae ratio μεγήρατα poſtulat.

vſ. 436.

Ἐσθλὰ θεὰ καὶ τοῖς παραγίνεται ἠδ' ὀνίνησι.

Verſum frigide ex ſuperioribus repetitum eſſe, iſtud καὶ τοῖς ſatis arguit. In quo judicium noſtrum ſequitur Cl. Heynius l. c. p. 146. Sic etiam vſ. 774. Ἰφθίμου τ' Ἀΐδεω καὶ ἐπαινῆς Περσεφονείης. delendus eſt, quippe huc retractus ex vſ. 768. Ac diu poſt vidi, eum a Codice Pariſ. abeſſe. Haec tam importuna repetitio mirificum nobis verſum peperit Theog. 138.

Δεινότατος παίδων. θαλερὸν δ' ἤχθηρε τοκῆα.

Ridiculum illud, θαλερὸν τοκῆα, jam olim caſtiſſimas Ariſtarchi aures offendit, ut Scholiaſtes ad h. l. monet; ſed is, quod valde miror, maluit θαλερὸν explicare θαλεροποιὸν τῷ βίῳ, quam ineptum verſum expungere. Ego nihil arbitror eſſe certius, quam illum pro ſcioli captu mutatum, & huc retractum eſſe ex vſ. 155. Δεινότατοι παίδων, σφετέρῳ δ' ἤχθοντο τοκῆϊ. Ad quod demonſtrandum plura afferrem, niſi mihi Tecum, Valckenari, id eſt, cum acerrimi judicii viro, res eſſet. Rationem noſtram probat Heynius l. c. p. 138.

vſ. 472.

τίσαιτο δ' Ἐρινῦς πατρὸς ἑοῖο
Παίδων ὣς κατέπινε μέγας Κρόνος ἀγκυλομήτης.

Ad hunc locum pertinet gloſſa Heſychii: Ἐριννύας. τὰς ἁμαρτίας. Vidit etiam H. Stephanus Ind. Theſ. h. v.

vs. 720. 721.

Τόσσον ἔνερθ' ὑπὸ γῆς, ὅσον οὐρανός ἐς' ἀπὸ γαίης,
Ἶσον γάρ τ' ἀπὸ γῆς ἐς τάρταρον ἠερόεντα.

Profecto subit mirari, absurdum stolidi Grammatici emblema, Ἶσον γάρ τ' &c. tot Criticorum acumen effugisse. Hesiodus imitatur Homerum Il. Θ. 13. 16. Ἤ μιν ἑλὼν ῥίψω ἐς τάρταρον ἠερόεντα, Τόσσον ἔνερθ' Ἀΐδεω, ὅσον οὐρανός ἐς' ἀπὸ γαίης. Ab alterutro habet Lucretius IV. 418. *Despectum praebet sub terras impetu tanto, A terris quantum coeli patet altus hiatus.* Hesiodea, sed sine turpissima ista cauda, expressit Apollodorus I. p. 2. In Homerico loco, quem adscripsimus, Heraclides Allegor. p. 457. vel maxime admiratur brevitatem, qua sphaerica mundi figura uno versu concluditur. Quid doctum hominem censes, si hunc Pseudo-Hesiodeum legisset, dicturum fuisse? Adde Leontium de Sphaera Aratea p. 131. Ed. Morell. Librarius Codicis Regii ex binis versibus unum fecit: Τόσσον δ' αὖ ἀπὸ γαίης ἐς τάρταρον ἠερόεντα. & versum 721. de quo jam dudum disputamus, post versum 723. posuit. Quod certissimo argumento est, eum ab aliena manu venisse. Nam spuria solere incertis sedibus vagari, Critici centies monuerunt. Haec quoque crisis nostra placuit idoneo judici, Heynio l. c. p. 148.

vs. 802. 803. 804.

Οὐδέ ποτ' ἐς βουλὴν ἐπιμίσγεται, οὐδ' ἐπὶ δαῖτας,
Ἐννέα πάντ' ἔτεα· δεκάτῳ δ' ἐπιμίσγεται αὖτις
Εἰρέας ἀθανάτων, οἳ Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.

Forte legendum:

Οὐδέ ποτ' ἐς βουλὴν ἐπινίσσεται, οὐδ' ἐπὶ δαῖτας,
Ἐννέα πάντ' ἔτεα· δεκάτῳ δ' ἐπινίσσεται αὖτις
Εἰρέας ἀθανάτων, οἳ Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.

Antonin. Liber. cap. 15. Οὗτοι ἀνθρώπων οὐδενὶ συνῆλθον, οὔτε εἰς ἄστυ κατιόντες, οὔτε πρὸς εἰλαπίνας καὶ θεῶν ἑορτάς. Eadem verba confunduntur apud Callimach. H. in Jov. 13. ubi cum Lennepius recte emendet, οὐδέ τι μὴν νεχρημένον, praetuleram ἐπινίσσεται. Nam quod magnus Bentlejus hoc

a ſe lectum negat, non meminerat, ſe cum alibi legiſſe, tum apud Nicandrum Theriac. 470. Οὔρεα μαιμώοντα ἐπινίσσεσθαι ὀκριόεντα. Vide Lamb. Bos Animadv. p. 126. Nunc tamen, re diligentius cogitata, in Heſiodo ἐπιμίσγεσθαι ſervem, ſed vſ. 804. corrigam:

δεκάτῳ δ' ἐπιμίσγεσθαι αὖτις
Εἴραις ἀθανάτων, οἳ Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσι.

Nam forma εἰρέα vitii ſuſpicionem habet, nec apud ullum veterem ſcriptorem, aut Gloſſographum reperitur.

vſ. 867.

Ὡς ἄρα τήκετο γαῖα σέλᾳ πυρὸς αἰθομένοιο.

Quicunque aures tritas habet Heſiodi verſibus notandis, hunc, facile ſentiat, ab illo non eſſe profectum. Saepe hoc a ſciolis factum obſervavimus, ut, ſi poëtae alicujus ῥῆσις longius excurriſſet, eoque aliquid obſcuritatis contraxiſſet, huic, ut ſtulte putabant, vitio, verſu adjiciendo mederentur. Exemplum eſt in Callimacho H. in Del. 140. 141.

τοῖος γὰρ ἀπ' ἀσπίδος ἔβραχεν ἦχος.
Ὡς δ' ὁπότ' Αἰτναίου ὄρεος πυρὶ τυφομένοιο.

In hoc loco poëta ordinem ſic invertit, ut ἀπόδοσις praecedat, πρότασις ſequatur. Finitur periodus longiuscula vſ. 146. Hoc Graeco magiſtello parum placebat, niſi verſum, qui quod ipſi impeditum videbatur, planius faceret, liberaliter addidiſſet de ſuo. Exiit igitur vſ. 143. dignus tam putido Grammatiſta:

Τῆμος ἔγεντ' ἄραβος σάκεος τόσος εὐκύκλοιο.

In qua ratione nos non mediocriter confirmavit Cl. Lennepii judicium.

vſ. 902. 903.

ἣ τέκεν Ὥρας,
Εὐνομίην τε, Δίκην τε, καὶ Εἰρήνην τεθαλυῖαν·
Αἵ τ' ἔργ' ὩΡΑΙΟΥΣΙ καταθνητοῖσι βροτοῖσι.

Mirum eſt, Graevium, praeſertim tam copioſum in hoc loco illuſtrando, non animadvertiſſe, linguae rationem

non ὡραίουσι. fed ὡραιεύουσι, poftulare. Cum igitur vulgata lectio in manifefto mendo cubet, jam meliori locum cedat:

Αἵ τ' ἔργ' ΩΡΕΥΟΥΣΙ καταθνητοῖσι βροτοῖσι.

Hanc & Jo. Diaconum, & Scholiaftem ob oculos habuisse, eorum interpretationes oftendunt. Stobaeus Serm. LI. p 184. hunc locum laudans, ὡρέουσι legit. Cui fi literam addideris, veram fcripturam ὡρεύουσι habebis. Quam diferte confirmat Cornutus de N. D. cap. 29. Ζεὺς λέγεται γεννῆσαι τὰς Ὥρας, ὑφ' ὧν τὰ ἀγαθὰ πάντα καθ' ἡμᾶς ὡρεύεται καὶ φυλάττεται. Sed non omittendus eft Pindarus Olymp. XIII. 6. qui Hefiodi imitatione Horas πλούτου ταμίας vocans, quid in eo legerit, fatis clare fignificat: Ἐν τᾷ γὰρ Εὐνομία ναίει, κασίγνηταί τε, Δίκα, πολίων Ἀσφαλὲς βάθρον, καὶ ὁμότροπος Εἰράνα, ταμίαι Ἀνδράσι πλούτου, χρύσεαι παῖδες εὐβούλου Θέμιτος. Ad verbum ὡρεύειν pertinet alter quoque locus Cornuti cap. 1. ἔνιοι δέ φασιν ὠνομάσθαι ἀπὸ τοῦ ὡρεῖν αὐτὸν ἢ ὡρεύειν τὰ ὄντα. Hefychius: Ὀρεύειν. φυλάσσειν. folito errore O pro Ω. Idem: Ἐνθρεῖν. φυλάσσειν. Scribe: Ἐνωρεῖν. Simplex ὡρεῖν Cl. Musgravius in Euripid. Helen. 1584. reftitui volebat. Perperam, ut mihi videtur.

vſ. 927.

Ἣ δ' Ἥφαιστον κλυτὸν οὐ φιλότητι μιγεῖσα
Γείνατο.

MS. Regius, οὐ φιλότητι μιγεῖσα, ut viri docti veriffime emendarunt. Ceterum nusquam interpolatorum manus licentius graffata eft, quam in narratione de Metide, prima Jovis uxore. Vide enim, quid in fuo Theogoniae exemplo legerit Chryfippus apud Galenum de Hippocr. & Platon. Dogm. III. p. 273.

Ἐκ ταύτης ἔριδος ἡ μὲν τέκε φαίδιμον υἱόν,
Ἥφαιστον, τέχνῃσιν, ἄνευ Διὸς αἰγιόχοιο.
Ἐκ πάντων παλάμῃσι κεκασμένον οὐρανιώνων.
Αὐτὰρ ὅγ' Ὠκεανοῦ καὶ Τηθύος ἠϋκόμοιο
Κούρην νόσφ' Ἥρας παρελέξατο καλλιπαρῄῳ,
Ἐξαπατῶν Μῆτιν καίπερ πολὺ δινεύουσαν.
Συμμάρψας δ' ὅγε χερσὶν, ἑὴν ἐγκάτθετο νηδὺν,
Δείσας, μὴ τέξῃ κρατερώτερον ἄλλο κεραυνοῦ.

Τοὔνεκά μιν Κρονίδης ὑψίζυγος, αἰθέρι ναίων,
Κάππιεν ἐξαπίνης· ἡ δ' αὐτίκα Παλλάδ' Ἀθήνην
Κύσατο, τὴν μὲν ἔτικτε πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
Πὰρ κορυφὴν, Τρίτωνος ἐπ' ὄχθῃσι ποταμοῖο.
Μῆτις δ' αὖτε Ζηνὸς ὑπὸ σπλάγχνοις λελαθυῖα
Ἧστο, Ἀθηναίη μήτηρ τέκτηνα δικαίων,
Πλεῖστα θεῶν εἰδυῖα, καταθνητῶν τ' ἀνθρώπων.
Ἔνθα θεὰ παρέλεκτο Θέμις παλάμαις περὶ πάντων
Ἀθανάτων ἐκέκαστο Ὀλύμπια δώματ' ἔχουσιν.
Αἰγίδα ποιήσασα φοβέστρατον ἔντος Ἀθήνη,
Σὺν τῇ ἐγείνατό μιν πολεμήϊα τεύχε' ἔχουσαν.

Haec tametſi adulterina, tamen ob vetuſtatem digna ſunt, quae emendatius legantur. Vſ. 3. corrige: Ἐκ πάντων παλάμῃσι κεκασμένον οὐρανιώνων. ut eſt apud Heſiodum vſ. 929. ubi forte melius ex hoc loco παλάμῃσι pro τέχνῃσι ſcribatur. Heſychius: Παλάμαι. αἱ χεῖρες. καὶ αἱ τέχναι. Sic *manus* pro artificio apud Latinos. Vſ. 5. facilis eſt emendatio: Κύρῃ, νόσφ' Ἥρης, παρελέξατο καλλιπαρήῳ. Multo gravius laborat vſ. 6. Lege: Ἐξαπατῶν Μῆτιν, καί περ πολυΐδριν ἐοῦσαν. Homerus Od. Ψ. 82. Μαῖα φίλη, χαλεπόν σε θεῶν αἰειγενετάων Δήνεα εἴρυσθαι, μάλα περ πολυΐδριν ἐοῦσαν. Vſ. 9. eſt ex Homero Il. Δ. 166. vel ex Heſiodo Ἔργ. κ. Ἡμ. 18. Vſ. 14. ſcribe, Ἀθηναίης μήτηρ. Heſiodus quidem, teſte Scholiaſte Minore ad Il. Θ. 31. nusquam Minervae matrem commemoravit. At interpolator finxit alia omnia. Vſ. 15. ſumtus eſt ex Heſiodo vſ. 887. Vſ. 16. leg. ἐκέκαστ', οἳ Ὀλυμπ. δ. ἔχ. Vſ. 18. ſcribe, Ἀθήνῃ, in Dativo. Senſus eſt: Metis aegidem Minervae in Jovis corpore fecit. Reliqua quomodo corrigam, neſcio.

vſ. 956.

Ἠελίῳ δ' ἀκάμαντι τέκε κλυτὴ Ὠκεανίνη.

MS. Reg. κλυτὸς Ὠκεανίνη. Recte. Cui Grammaticorum non dicta eſt κλυτὸς Ἱπποδάμεια apud Homer. Il. B. 742. Rarius eſt δαϊζομένου πόληος, quod ex Heſiodo affert Philemon, Grammaticus ineditus, in Bibl. Pariſ. καὶ τοῖς θηλυκοῖς ὀνόμασιν ἀρσενικὰ συντάττουσιν ἐπίθετα, ὡς παρ' Ὁμήρῳ, κλυτὸς Ἱπποδάμεια, καὶ, θερμὸς ἀϋτμὴ, καὶ, αἰγὸς πολίοιο, καὶ παρ' Ἡσιόδῳ, δαϊζομένου πόληος.

vſ. 1013.

Ἄγριον, ἠδὲ Λατῖνον ἀμύμονά τε, κρατερόν τε.

Poſt hunc verſum alius additur in MS. Pariſ. ſed tam turpiter claudicans, ut, ſpurium eſſe, ſatis appareat:

Τηλέγονον δ᾽ ἔτικε διὰ χρυσῆν Ἀφροδίτην.

In eodem Codice verſus ſequens ſic ſcribitur: Οἳ δ᾽ ἤτοι μάλα τῆλε μυχῶν εἴσω ἱεράων. Sed bene Gujetus correxit: μυχῷ νησῶν ἱεράων. ut Homer. Il. Δ. 152. Ἔστι πόλις Ἐφύρη, μυχῷ Ἄργεος ἱπποβότοιο.

Aſp. vſ. 26.

λιπὼν Τίρυνθον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον.

Librarii Codicum Regii & Voſſiani, inſolenti forma Τίρυνθον offenſi, Τίρυνθα ſcripſerunt. Sed legendum:

λιπὼν Τίρυνθος ἐϋκτίμενον πτολίεθρον.

Sic infra vſ. 469. Τρηχῖνος πόλις pro Τρηχίν. Pindarus Pyth. IV. 465. ἄστυ Κυράνας pro Κυράνη. Ariſtophan. Equit. 806. πόλις Ἄργους pro Ἄργος. Dionyſius Perieg. 918. Ἀπαμείης πτολίεθρον pro Ἀπάμεια. Vide Cl. Brunckium ad Apollon. Rhod. IV. 269. Vetus mendum eſſe, ex auctore argumenti nondum editi intelligitur: καὶ ἀπαιτῶν παρὰ τοῦ Ἠλεκτρύωνος ἀδελφοῦ, Τίρυνθος τότε βασιλεύοντος, τὸ ἐπιβάλλον αὐτῷ μέρος.

vſ. 161.

Δεινὸν διερχομένη, καναχῆσί τε βιβριθυῖα.

Scribendum:

Δεινὸν δ᾽ ἐρχομένη, καναχῆσί τε βεβρυχυῖα.

Gujetum corrupta Heſychii gloſſa decepit.

vſ. 184.

Ἀργύρεοι, χρύσεια περὶ χροῒ τεύχε᾽ ἔχοντες.

Hic

Hic versus deest in MS. Vossiano. Videtur additus ab interpolatore, qui hunc locum alteri vs. 188. similem facere volebat.

vs. 189. 190.

Καί τε συναίχθην ὡσεὶ ζωοί περ ἐόντες,
Ἔγχεσιν ἠδ᾽ ἐλάτῃς αὐτοσχεδὸν ὠριγνῶντο.

Etymol. M. p. 41. l. 30. & Codex Vossianus meliorem, ut mihi videtur, lectionem συναίγδην praebent. Apollon. Rhod. II. 826. ἔλασε μηρὸν ἀΐγδην, μέσσας δὲ σὺν ὀστέῳ ἶνας ἔκερσεν. quem ipsum versum, sine poëtae nomine, laudat Etymol. l. c. Orpheus Argon. 1278. Καί ῥ᾽ ἀΐγδην διεσκέδασεν. ubi vide Gesnerum. Idem restitui volebat Gujetus. Sed in ejus nota male scribitur συναίχθην.

vs. 291.

Οἱ δ᾽ ἄρ᾽ ἐν ἐλλεδανοῖσι δέον, καὶ ἔπιπλον ἀλωήν.

Duplex hujus versus lectio est. Editiones quaedam habent, ἔπιπλον· quod etiam Jo. Diaconus secutus est: at Etymol. M. p. 366. l. 44. ἔπιτνον. quod explicat ἐπλήρων, ἔῤῥιπτον, ἐξέτεινον, ἤπλων ἐπὶ τὸ ξηρανθῆναι, ἔψυγον. ex quibus interpretationibus ἐπλήρων ad ἔπιπλον pertinet. Ἔπιτνον etiam in libris suis Jo. Diaconus, Commelinus & Graevius, nos in Regio & Vossiano reperimus. Ac, si testium numero & auctoritate standum est, ἔπιτνον recipi debet, ἔπιπλον repudiari. Adde Hesychium v. Πιτνᾶ, & ibi viros doctos.

vs. 299.

Τῷ γε μὲν οὖν παίζοντες ὑπ᾽ αὐλητῆρι ἕκαστος.

Graevius hunc versum, tanquam inepte repetitum ex vs. 283. expungit. Nihil verius. Nam abest a Codice Regio. Hunc quoque librarii Codd. Vossiani & Harlejani apud Robinsonum omittere debuerant, non vs. 283. qui & loco aptus est, & agnoscitur a Scholiaste Aristoph. ad Av. 1426.

vs.

vſ. 308. 309.

τὰ δ' ἐπικρατέοντα πέτοντο
Ἅρματα κολλήεντα, ἐπὶ δὲ πλῆμναι μέγ' ἄϋτευν.

Certa eſt Graevii & Gujeti emendatio, ἐπικροτέοντα, quam etiam ſcripti libri confirmant. Nam MS. Voſſianus habet, ἐπικροτέοντα ποτῶντο, Regius, ἐπικροτέοντα πέτοντο. Homer. Il. o. 453. ὑπερώησαν δέ οἱ ἵπποι, Κεῖν' ὄχεα κροτέοντες H. in Apoll. 234. οἱ δὲ τέως μὲν Κεῖν' ὄχεα κροτέουσιν, ἀνακτορίην ἀφιέντες.

vſ. 301.

Οἵγε μὲν ἐτράπεον, τοὶ δ' ἤρυον.

Huc referendus eſt locus Etymologici MS. in Bibl. Reg. Ἀπότροπος οἶνος. τραπεῖν γὰρ αὐτὸ τῷ πατῆσαι. ὅθεν καὶ τὸ πρὸ τοῦ πατηθῆναι γινόμενον ἀπόσταγμα τῆς σταφυλῆς, ἀπότροπος οἶνος λέγεται. οὕτως Ἐπαφρόδιτος ἐν Ὑπομνήσει Ἀσπίδος Ἡσιόδου.

vſ. 409.

αὐτὸς δ' ἀπαλήσεται ἄλλῃ
Χώρῳ ἄϊδρις ἰών.

Apud Etymol. M. p. 42. l. 32. legitur ἀποχήσεται, MS. Voſſ. & Harlej. apud Robinſon. ἀπονίσσεται. Neutram harum lectionum cum edita commutem.

vſ. 430.

πλευράς τε καὶ ὤμους
Οὐρῇ μαστιόων.

Huc pertinet quod legitur in Etymologico MS. Bibl. Reg. Ἀλκαία, ἡ οὐρά, κυρίως δὲ ἡ τοῦ λέοντος, διὰ τὸ εἰς ἀλκὴν αὐτὸν τρέπειν. ἔχει γὰρ ἐπὶ τῇ οὐρᾷ κέντρον, ὑφ' οὗ παροξύνεται, καθάπερ φησὶν Ἱερώνυμος καὶ Ἐπαφρόδιτος ἐν Ὑπομνήσει Ἀσπίδος Ἡσιόδου. Eundem locum Kuſterus etiam protulit ad Suid. v. Ἀλκαία. Vide quae diximus ad Callimach. Fr. 317.

Ab Aſpide pergamus ad Fragmenta, in quibus magnus, nec a quoquam decurſus, campus eſt ingenii exercen-

cendi. Non te fugit, Vir praestantissime, multa Hesiodo tribui, quae sunt aliorum. Ita Etymologus M. p. 773. l. 22. hemistichium, πικρὰς ὠδῖνας ἔχουσαι, tanquam Hesiodeum laudat, quod est Homeri Il. Λ. 291. Idem p. 133. l. 34. & p. 183. l. 24. rarissimam vocem ἀπτερέως Hesiodo tribuit, quae est Apollonii Rhod. IV. 1765. Eadem usus est Parmenides apud Sext. Empir. adv. Logic. I. p. 393 ὡς ἔφη βαλλαιωτὸν ὀχῆα Ἀπτερέως ὤσειε πυλέων ἄπο. Hesychius: Ἀγαπτερέως. ἀσμένως, προθύμως, ταχέως. Lege: Ἀπτερέως. Rursus Etymol. M. p. 216. l 36. hunc versum ad Hesiodum refert: Βύβλος τ' ἀγχίαλον καὶ Σιδῶν' ἀνθεμόεσσαν. Sed est Dionysii Perieg. 912. ut Berkelius etiam notavit ad Steph. Byz. v Βύβλος. Idem p. 382. l. 42 vocem ἀνέστιος, quam frustra in Hesiodi libris quaeras, ab Hesiodo usurpatam dicit. Hic tamen error non Etymologi est, sed oscitantis librarii. Nam quae turbata sunt, facile est, levi trajectione sic restituere: Ἀμφότερα (ἴσια καὶ ἶσιν) εἰσὶ παρὰ τῷ ποιητῇ· Ἶσιν τ' Ὀδυσσῆος. (Od. Τ. 304.) καὶ διὰ τοῦ ι ἐν τῷ ἀνέστιος, (Il. Ι. 63.) ὁ μὴ ἔχων οἰκίαν, ὁ ἄδικος. καὶ παρὰ Ἡσιόδῳ (Theog. 454.) ἡ συμπτώσεις θεός· Ἱστίην, Δήμητρα, καὶ Ἥρην χρυσοπέδιλον. Vide Ammonium v. Βωμὸς, cujus locum eodem modo turbatum Tu, Valckenari, optime constituisti. Ex Ammonio etiam pro ἄδικος scribendum ἄοικος. Saepe ἄοικος & ἀνέστιος junguntur. Clearchus apud Athen. XIII. p. 611. D. ἄοικοι καὶ ἀνέστιοι βιοῦντες ἔξω ἁπάντων. Lucian. de Sacrific. p. 534. ἵν' αὐτοῖς μὴ ἄοικοι, μηδὲ ἀνέστιοι δῆθεν ὦσι. Adde Dionys. Hal. A. R. I. p. 8. Dionem Chrys. Or XXXIX. p. 486. Plutarch. T. II. p. 831 B. & II Casaubonum ad Athen. VI. 7. Alio loco Etymologus M. p. 557. l 55. Λάταξ. παρὰ τὸ λα ἐπιτατικὸν καὶ τὸ σάζω, σάξω σὰξ, καὶ λάταξ, ἡ μεγάλη σαγών. ἩΣΙΌΔΟΣ. Reponendus est ἩΡΩΔΙΑΝΌΣ, Grammaticus, singulis fere paginis ab Etymologo laudatus, de quo vide Kusterum ad Suid. in v. Alio modo peccatum est in Scholiaste Minore ad Od. Μ. 168. Αἴσονος δὲ καὶ Πολυμήλας, καθ' ἩΣΙΌΔΟΝ, γίνεται Ἰάσων. Bis Jasonis mentionem fecit Hesiodus, semel Theogon. 1001. Καί ῥ' ἥγε δμηθεῖσ' ὑπ' Ἰήσονι, ποιμένι λαῶν, Μήδειον τέκε παῖδα, τὸν οὔρεσιν ἔτρεφε Χείρων Φιλλυρίδης. iterum apud Scholiast. Pindari ad Nem. III. 92. Αἴσων, ὃς τέκεθ' υἱὸν Ἰάσονα, ποιμένα λαῶν, Ὃν Χείρων θρέψεν ἐνὶ Πηλίῳ ὑλήεντι.

Neutro loco ejus mater Perimele memoratur. Nimirum scribendum est: καὶ ἩΡΟΔΩΡΟΝ. Scholiastes Apollon. Rh. ad l. 45. Ἡρόδωρος δὲ Πολυφήμην φησὶν εἶναι τὴν Ἰάσονος μητέρα, θυγατέρα δὲ Αὐτολύκου. cui ex Scholiaste Homeri Πολυμήλην redde pro Πολυφήμην, vel certe Πολυμήδην, ut eam nominant Apollodor. l. 9 p. 47. & Tzetzes ad Lycophr. 872. Vide P. Burmannum Catal. Argonaut. v. Jason. Eustathius ad Il. Ω. p. 275. de Cephisso agens, hunc versum Hesiodi esse dicit: Ὅστε Λιλαίηθεν προχέει καλλίρροον ὕδωρ. At est Homeridae H. in Apoll. 241. Quanquam Hesiodus eodem versu uti potuit, quem Strabo IX. p. 424. de Cephisso scripsisse narrat, hoc fragmento allato:

Ὅς διὰ Πανοπίδα Γλήχωνά τ' ἐρυμνήν,
Καί τε δι' Ὀρχομενοῦ εἱλιγμένος εἶσι, δράκων ὥς.

Posterior versus ita apud Theonem ad Arat. Phaen. 45. contaminatus est, vix ut pristinae lectionis vestigium appareat: Καί τε διερχόμενος ἠπειγμένος ἐστὶ, δράκων ὥς. P. Victorius Var. Lect. XXXIII. 15. pro ἐστὶ corrigit εἶσι. Sed totus versus sic legendus est, ut editur in Strabone. Hesiodum imitatur Apollonius Rhod. IV. 1541. Ὡς δὲ δράκων σκολιὴν εἰλιγμένος ἔρχεται οἶμον. De comparatione fluminis cum serpentum lapsu vide Jo. Davisium ad Cicer. de N. D. II. 42. Haec scripseram, & jam cum amicis communicaram, cum Hesiodi apud Theonem versum eodem modo correctum viderem ab eruditissimo Heringa Observ. cap. 2 p. 18. Sed, age, ad ipsa Hesiodi Fragmenta castiganda progrediamur.

Scholiastes Apollonii Rh. I. 456. ex Hesiodo laudat λαροῖς ποσί, pro τοῖς κατ' ὄψιν ἡδέσιν. quem more suo describens Etymol. M. p. 557. l. 8. hoc fragmentum uno verbo auctius praebet:

βαῖνε λαροῖς ποσί.

Sylburgio βαῖνε suspectum est. Recte. Sed duplex in his verbis error est, alter librarii, alter Grammatici. Hesiodus enim scripserat:

βαῖνον λιπαροῖς ποσί.

Ita passim Homerus, cujus orationi simillima est Hesiodea. Etymologus M. p. 77. l. 31. hoc ex Hesiodo affert:

Χα-

Χαρίτων ἀμαρύγματ' ἔχουσα.

quod in Hesiodeis, quae exstant, non reperitur. Neque tamen ex deperditis haustum arbitramur, propterea quod Etymologus nihil fere ex Hesiodo habet, quod non vel in ipsius libris, qui supersunt, vel apud alios Grammaticos legatur. Sed ecce! sedem, quam hic versus olim occuparat, apud Scholiast. Pindari Pyth. IX. 6.

Ἢ οἵη Φθίῃ Χαρίτων ἄπο κάλλος ἔχουσα,
Πηνειοῦ παρ' ὕδωρ καλὴ ναίεσκε Κυρήνη.

ubi Φθίῃ scripsimus, hoc est, ἐν Φθίῃ. Quis autem dubitet, quin Χαρίτων ἀμαρύγματ' altero sit elegantius? Erroris origo in promtu est. κάλλος, ex glossa interlineari in textum delapsum, de legitima sede expulit ἀμαρύγματα. Quod vorruptelae genus quam frequens sit, Tu, laudatissime Valckenari, minime omnium ignoras. Est mihi ad manum Orphei locus, ubi verbum, quod explicatur, simul cum explicationis parte in textu remansit, Argonaut. 926.

Δεινὸς ὄφις, θνητοῖς ὀλοὸν τέρας, οὐ φατὸν εἰπεῖν.

Corrige:

Δεινὸς ὄφις, θνητοῖς ὀλοὸν τέρας, οὔτι φατειόν.

Εἰπεῖν superest ex glossa interlineari, ὃ οὐκ ἄν τις δύναιτο εἰπεῖν. Infra vs. 973.

σὺν αἰολόμορφος ἰκάνει,
Τρισσοκάρηνος ἰδεῖν, ὀλοὸν τέρας, οὔτι δαηνὸν,
Ταρταρόπαις Ἑκάτη.

In hoc loco Codex Vossianus, & alter, quo me donavit vir humanissimus, Christianus Fridericus Matthaei, habent, οὔτι δαϊκτόν. Ne dubita, quin poëta scripserit:

Τρισσοκάρηνος ἰδεῖν, ὀλοὸν τέρας, οὔτι φατειόν.

Hesiodus Theog. 311. Δεύτερον αὖτις ἔτικτεν ἀμήχανον, οὔτι φατειὸν, Κέρβερον ὠμηστὴν, Ἀΐδεω κύνα χαλκεόφωνον, Πεντηκοντακάρηνον. unde Orphica expressa videntur. Asp. 144. Ἐν μέσσῳ δὲ δράκοντος ἔην φόβος, οὔτι φατειός. vs. 161. Ἐν

 δ'.

δ' ὀφίων κεφαλαὶ δεινῶν ἴσαν, οὔτι φατειῶν. Vs. 230. Γοργόνες ἄπλητοι τε καὶ οὐ φαταὶ ἐῤῥώοντο. Menophilus in Stobaeo Grotii p. 271. Οἷον ἄελπτον ἄπιστον ἐμὸν νοον ἤπατε φάσμα Καρτερὸν, οὔτι φατειὸν, ὑπ' ἀμφασίῃ δ' ἀλεγεινῇ Θυμὸς ἄδην πεπότηλο, λύθεν δέ μοι ἄψεα πάντα. ubi si scripseris, Θυμὸς ἄλῃ πεπόδηλο, senties, quid venustatis poëtae verbis accesserit. Hesychius: Οὐφατὸς. ἄφατος. Lege: Οὐ φατόν. Glossa enim sumta est ex Callimacho H. in Del. 60. Σπερχομένη μέγα δή τι καὶ οὐ φατόν.

Insigne Hesiodi fragmentum est in Etymologico MS. Bibl. Paris. Ἰλεὺς, ὁ Αἴαντος πατὴρ ἐτυμολογεῖται ὑφ' Ἡσιόδου·

Ἰλέα, τὸν ῥ' ἐφίλησεν ἄναξ, Διὸς υἱὸς, Ἀπόλλων,
Καί οἱ τοῦτ' ἐνόμην' ὄνομ' ἔμμεναι, οὕνεκα νύμφην
Εὐράμενος ἵλεων, ὄχθη ἐρατεινῇ φιλότητα,
Ἤματι τῷ, ὅτε τεῖχος ἐϋδμήτοιο πόληος
Ὑψηλὸν ποίησε Ποσειδάων καὶ Ἀπόλλων.

Ταῦτα παρατίθεται ἐν δ. Σιμωνίδου. Vs. 3. scribendum:

Εὑράμενος ἵλεων, μίχθη ἐρατῇ φιλότητι.

Sic enim est apud Eustathium ad Il. Z. p. 650. Τοιοῦτος δὲ καὶ Ἡσίοδος, ὅπου τὸν παρὰ τοῖς ἄλλοις Ὀϊλέα τετρασυλλάβως καλούμενον, Ἰλέα τρισυλλάβως αὐτὸς λέγειν θέλων, φησὶν οὕτως αὐτὸν κληθῆναι, οὕνεκα νύμφην Εὑράμενος ἵλεων, μίχθη ἐρατῇ φιλότητι. de qua nominis forma iterum agit ad Il. A. p. 101. B. p. 277. O. p. 1018. Huc etiam respexit Scholiast. Pindari ad Ol. IX. 167. Ἰλιάδα, τοῦ Ὀϊλέως παιδὸς, τοῦ Αἴαντος τοῦ Λοκροῦ. ἄνευ δὲ τοῦ ο εἴρηκε, τὸν Ἰλιάδα, ὥς πού φησι καὶ Ἡσίοδος. Hesychius: Ἰλιάδης. ὁ Ἰλέως παῖς. Etymol. M. p. 346. l. 41. διφορεῖται τὸ ὄνομα, ὡς Ὀβριάρεως καὶ Βριάρεως, Ὀϊλεὺς καὶ Ἰλεύς. Hos autem versus ex Genealogia heroica desumtos esse, discimus ex Tzetze, quartum & quintum afferente, ad Lycophr. 393.

Eustathius ad Il. B. p. 323. περὶ οὗ (Ἰφίκλου) Ἡσίοδος, ὅτι ταχύτητι διήνεγκεν, οὐκ ὤκνησεν ἐπ' αὐτοῦ ταύτην εἰπεῖν τὴν ὑπερβολήν·

Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπῶν θέεν, οὐδὲ κατέκλα,
Ἀλλ' ἐπὶ πυραμίνων ἀθέρων δρομάασκε πόδεσσι,
Καὶ οὐ σινέσκετο καρπόν.

Vide eundem ad Il. Υ. p. 1206. Od. Λ. p. 1689. & Scholiast. Minorem ad Od. Λ. 325. Versu 1. scribe καρπὸν, ut legitur apud Homerum Il. Υ. 227. ubi idem versus occurrit. Pro πυραμίνων contra carminis legem πυρίνων editur apud Scholiast. Apollon. Rh I. 45. τοῦτον Ἡσίοδος ἐπὶ πυρίνων ἀθέρων τρέχειν φησί. Πυράμινος est a πύραμος, quod Hesychius χόρτον interpretatur. Id fugiebat Eschenbachium ad Orpheum Argon. 137. Ex Hesiodo comparationem sumsit Nonnus XXVIII. p. 736. Εἰς δρόμον Ἰφικλῳ παναόμοιος, ὅστις ἐπείγων Ταρσὰ ποδῶν, ἀβάτοιο κατιγράφειν ἄκρα γαλήνης, Καὶ σταχύων ἐφύπερθε μετάρσιον ἤχι πορείην Ἀνθερίκων στατὸν ἄκρον ἀκαμπέα ποσσὶν ὁδεύων item Poëta vetus περὶ καταρχῶν, cujus locum jam supra p. 87. attulimus. Ceterum Dan. Heinsius hoc fragmentum male in duo distraxit, alteram partem dans p. 312. alteram p. 317.

Eustath. ad Il. Β. p. 265. οἱ δ᾽ αὐτοὶ παράγουσι καὶ χρῆσιν Ἡσιόδου ταύτην βοηθοῦσαν τῇ δίχα τοῦ θ γραφῇ·

Ἣν δίῃ Ὑρίῃ Βοιωτίης τρέφε κούρην.

Bene Dan. Heinsius correxit:

Ἐν δίῃ Ὑρίῃ Βοιωτίῃ ἔτρεφε κούρην.

Hunc enim versum de Nycteo, filiam Antiopen Hyriae educante, capiendum esse, ex Stephano Byz. v. Ὑρία intelligitur: Ἡσίοδος δ᾽ ἐν Ὑρίᾳ τὴν Ἀντιόπην φησὶ γενέσθαι. ubi vide L. Holstenium. Eandem urbem Hesiodus commemorat in fragmento apud Scholiast. Pindari ad Pyth. IV. 36. Ἢ οἵη Ὑρίη πυκινόφρων Μηκιονίκη. ubi Ὑρίῃ scribe, i. e. ἐν Ὑρίῃ.
Eustath. ad Od. Ν. p. 1746. κνύος δὲ, τὴν φθορὰν κατὰ γόνος οὐδέτερον. Ἡρωδιανὸς φέρει καὶ χρῆσιν ἐκ τοῦ τρίτου Ἡσιόδου Καταλόγου περὶ τῶν Προιτίδων·

Καὶ γάρ σφιν κεφαλῇσι κατὰ κνύος αἰνὸν ἔχευεν.
Ἀλφὸς γὰρ χρόα πάντα κατέσχεν, ἐν δέ νυ χαῖται
Ἔῤῥεον ἐκ κεφαλέων, ψίλωτο δὲ καλὰ κάρηνα.

Partem hujus pulcerrimi fragmenti, sine Hesiodi nomine, ex eodem Herodiano laudat Etymologus Μ. p. 523. l. 8. κνύος, ἡ φθορὰ, οἷον· κατὰ κνύος ἔχευεν, ψίλωτο δὲ κάρηνα. Heinsius, pessime κρύος edens, κατέσχεν metri caussa bene

mu-

mutavit in κατέσχεθεν. Hoc autem fragmentum conjungendum est cum alio apud Suidam: Μαχλοσύνη. καταφέρεια. γυναικομανία. Ἡσιόδειος ἡ λέξις. λέγει γὰρ περὶ τῶν Προίτου θυγατέρων·

Εἵνεκα μαχλοσύνης στυγερῆς τέρεν ὤλεσαι ἄνθος.

Eustath. ad Il. Ω. p. 1337. νεωτέρων ἡ λέξις μαχλοσύνη, καὶ Ἡσιόδειος, ἐκείνου πρώτου χρησαμένου αὐτῇ ἐπὶ τῶν Προίτου θυγατέρων. Hesiodum in hac re narranda secutus Aelianus V. H. III. 42. verbum quoque Hesiodeum retinuit: Ἐλέγη καὶ Κελαινὴ Προίτου θυγατέρες· μαχλάδας δὲ αὐτὰς ἡ τῆς Κύπρου βασιλὶς εἰργάσατο. ubi vide Jac. Perizonium. Hesiodus igitur in Catalogo Heroidum tradidit, Junonem Proeti filias ob effusam libidinem sic punivisse, ut capitis venustatem vitiligine vel impetigine foedaret. Sed alio loco, in Melampodia, ni fallor, aliter fabulam ab eo narratam esse, colligas ex Apollodoro II. 2 p. 78. αὗται δὲ, (Proetides) ὡς ἐτελειώθησαν, ἐμάνησαν, ὡς μὲν Ἡσίοδός φησιν, ὅτι τὰς Διονύσου τελετὰς οὐ κατεδέχοντο.

Scholiast. Pindari ad Nem. III. 21. περὶ τῶν Μυρμιδόνων Ἡσίοδος μὲν οὕτω φησίν·

Ἡ δ' ὑποκυσαμένη τίκτεν Αἰακὸν ἱππιοχάρμην.
Αὐτὰρ ἐπεί ῥ' ἥβης πολυηράτου ἵκετο μέτρον,
Μοῦνος ἐὼν ἤσχαλλε. Πατὴρ δ' ἀνδρῶν τε θεῶν τε,
Ὅσσοι ἔσαν μύρμηκες ἐπηράτου ἔνδοθι νήσου,
Τοὺς, ἄνδρας ποίησε, βαθυζώνους τε γυναῖκας.
Οἳ δή τοι πρῶτον ζεῦξαν νέας ἀμφιελίσσας.

Idem fragmentum habet Tzetzes ad Lycophr. 176. ex Heroica Genealogia sumtum dicens. Postrema pars uno versu auctior est apud eundem Pindari Schol. ad Ol. VIII. 27.

Οἳ δή τοι πρῶτον τεῦξαν νέας ἀμφιελίσσας.
Πρῶτοι δ' ἱστία θέσσαν, νεὼς πτερὰ ποντοπόροιο.

Hinc vs. 6. restitue πρῶτοι τεῦξαν pro πρῶτον ζεῦξαν. Nam qui primus navim invenit, ante eam conficit, quam cingit. Vs. 7. metrum necessariam facit Heinsii correctionem, θέντο. At nescio, cur vir doctissimus scripserit: Πρῶτοι δ' ἱστία θέντο νεὼς κυανοπρῴροιο Nam alterum exquisitius est, & prorsus Hesiodeum. Ἔργ. καὶ Ἡμ. 628. Εὐκόσμως στολί-

πολύσας νηὸς πτερὰ ποντοπόροιο. Notissimum illud Virgilii: *velorum pandimus alas*. Remos πτερὰ dixit Homerus Od. Λ. 124. Οὐδ᾽ εὐήρε᾽ ἐρετμὰ, τά τε πτερὰ νηυσὶ πέλονται. Vide Potterum ad Lycophron. 25. Fabulam de Myrmidonum origine, quam h. l. Hesiodus tradidit, refellit Strabo VIII. p. 576. ubi vide Casaubonum.

Scholiast. Pindari ad Ol. x. 46. τὴν πόλιν δὲ καλεῖσθαί φασι Φύκτεον, ἀπό τινος Φυκτέως, οὗ μέμνηται καὶ Ἡσίοδος οὕτω·

> Τὴν δ᾽ Ἀμαρυγκείδης Ἱππόστρατος, ὄζος Ἄρηος,
> Φυκτέως ἀγλαὸς υἱὸς, Ἐπειῶν ὄρχαμος ἀνδρῶν.

Hunc locum ob oculos habuit Apollodorus I. 8. p. 33. Ἡσίοδος δὲ, (Periboeam) ἐξ Ὠλένου τῆς Ἀχαΐας, ἐφθαρμένην ὑπὸ Ἱπποστράτου τοῦ Ἀμαρυγκέως, Ἱππόνουν τὸν πατέρα πέμψαι πρὸς Οἰνέα πόῤῥω τῆς Ἑλλάδος ὄντα, ἐντειλάμενον ἀποκτεῖναι. Periboea cum Oleni habitarit, forte ad eam referendum est fragmentum apud Strabonem VIII. p. 526.

> Ὤικεε δ᾽ Ὠλενίην πέτρην ποταμοῖο παρ᾽ ὄχθας
> Εὐῤῥεῖος Πείροιο.

cujus partem attulit Stephan. Byz. v. Ὤλενος.

Scholiastes Apollon. Rhod. ad I. 156. Ἡσίοδος δὲ (Periclymenum) μεταβληθέντα εἴς τινα τῶν συνήθων μορφῶν ἐπικαθεσθῆναι τῷ ὀμφαλῷ τοῦ ζυγοῦ τῶν Ἡρακλέους ἵππων, βουλόμενον εἰς μάχην καταστῆναι τῷ ἥρωϊ· τὸν δὲ Ἡρακλέα καιρίως αὐτὸν κατατοξεῦσαι, τῆς Ἀθηνᾶς ὑποδειξάσης. φησὶ δὲ οὕτως·

> Περικλύμενόν τ᾽ ἀγέρωχον,
> Ὄλβιον, ᾧ πόρε δῶρα Ποσειδάων ἐνοσίχθων
> Παντοῖ᾽. ἄλλοτε μὲν γὰρ ἐν ὀρνίθεσσι φάνεσκεν
> Αἰετός· ἄλλοτε δ᾽ αὖτε πελέσκετο, θαῦμα ἰδέσθαι,
> Μύρμηξ· ἄλλοτε δ᾽ αὖτε μελισσέων ἀγλαὰ φῦλα·
> Ἄλλοτε δεινὸς ὄφις καὶ ἀμείλιχος· εἶχε δὲ δῶρα
> Παντοῖ᾽, οὐκ ὀνομαστὰ, τά μιν καὶ ἔπειτα δόλωσεν
> Βουλῇ Ἀθηναίης.

Hunc locum ex Catalogis esse, docet Scholiastes Minor ad Il. Β, 336. ἐφ᾽ ὅσον μὲν Περικλύμενος ὁ Νηλέως ἔζη, δυσάλωτος ἦν ἡ πόλις. ἀμφίβιος γὰρ ἐγένετο ἐκεῖνος, καὶ δὴ γενόμενος αὐτὸν μέλισσαν, καὶ στάντα ἐπὶ τοῦ Ἡρακλέος ἅρματος, Ἀθηνᾶ φωράσασα (lege, δείξασα) Ἡρακλεῖ, ἐποίησεν ἀναιρεθῆναι. Τότε

Νέ-

Νέστωρ ἐν Γερήνοις τρεφόμενος, πορθηθείσης τῆς Πύλου, καὶ τῶν ἕνδεκα ἀδελφῶν αὐτοῦ ἀναιρεθέντων, μόνος περιελείφθη. διὸ καὶ Γερήνιος ὀνομάσθη ἱστορεῖ Ἡσίοδος ἐν Καταλόγοις Eustathius ad Od. Λ. p. 1685. Τὸν δὲ Περικλύμενον Ἡσίοδός φησι δῶρον εἰληφέναι παρὰ Ποσειδῶνος, ἀμείβειν ἑαυτὸν εἰς οἵου ἂν ζώου ἢ δένδρου αἱροῖτο εἰκόνα. Adde Scholiast. Minorem ad Od. Λ. 285. Eundem locum expressit Ovidius Met. XII. 556. seqq. *Mira Periclymeni mors est: cui posse figuras Sumere quas vellet, rursusque reponere sumtas Neptunus dederat, Nelei sanguinis auctor. Hic, ubi nequicquam est formas variatus in omnes, Vertitur in faciem volucris, quae fulmina curvis Ferre solet pedibus*, &c. Ceterum ea, quae Heinsius huic fragmento licentia non ferenda addidit, Δώδεκα γὰρ Νηλῆος ἀμύμονος υἱέες ἦμεν, Νέστωρ τε, Χρόμιός τε, non Hesiodi sunt, sed Homeri. Ex Scholiaste autem Homeri l. c. intelligitur, huc etiam pertinere fragmenta, ex iisdem Catalogis ducta, apud Stephanum Byz. v. Γερηνία, & Eustath. ad Il. B. p. 231.

> Κτεῖνε δὲ Νηλῆος ταλασίφρονος υἱέας ἐσθλοὺς
> Ἕνδεκα, δωδέκατος δὲ Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ,
> Ξεῖνος ἐὼν ἐτύχησε παρ' ἱπποδάμοισι Γερηνοῖς.

& rursus:

> Νέστωρ οἶος ἄλυξεν ἐν ἀνθεμόεντι Γερήνῳ.

Adde Scholiast. Minorem ad Od. Γ. 68.

Plutarchus de Oracul. defectu, T. II. p. 415. C. ὁ δὲ Ἡσίοδος οἴεται καὶ περιόδοις τισὶ χρόνων γίνεσθαι τοῖς δαίμοσι τὰς τελευτάς· λέγει γὰρ ἐν τῷ τῆς Ναΐδος προσώπῳ, καὶ τὸν χρόνον αἰνιττόμενος·

> Ἐννέα τοι ζώει γενεὰς λακέρυζα κορώνη,
> Ἀνδρῶν ἡβώντων· ἔλαφος δέ τε τετρακόρωνος·
> Τρεῖς δ' ἐλάφους ὁ κόραξ γηράσκεται· αὐτὰρ ὁ φοῖνιξ
> Ἐννέα τοὺς κόρακας· δέκα δ' ἡμεῖς τοὺς φοίνικας
> Νύμφαι ἐϋπλόκαμοι, κοῦραι Διὸς αἰγιόχοιο.

Hos versus sic vertit Ausonius Eid. XVIII. *Ter binos deciesque novem super exit in annos, Justa senescentum quos implet vita virorum. Hos novies superat vivendo garrula cornix: Et quater egreditur cornicis secula cervus. Ali-*

Alipedem cervum ter vincit corvus: & illum Multiplicat novies phoenix, reparabilis ales. Quam vos perpetuo decies praevertitis aevo Nymphae Hamadryades, quarum longissima vita est. Breviter & summatim eorum sententiam expressit Plinius N. H. VII. 48. *Hesiodus, qui primus aliqua de hoc prodidit, fabulose, ut reor, multa de hominum aevo referens, cornici novem nostras attribuit aetates, quadruplum ejus corvis, id triplicatum cervis. Et reliqua fabulosius in phoenice, ac Nymphis.* Versum 1. παρῳδεῖ Aristophanes Avib. 610. Eundem cum altero laudat Etymol. M. p. 13. l. 36. sed pro ἡβώντων legit γηρώντων, veteri διττογραφίᾳ, & jam a Plutarcho l. c. commemorata. Quam lectionem etiam Ausonius secutus est. Hesiodum imitantur Aratus Dios. 200. Oppianus Cyneg. II. 291. Automedon Epigrammate apud Dorvil. Sicul. cap. 16. p. 271. Synesius Epist. 110. & plures alii, quos laudat Jo. Davisius ad Cicer. T. D. III. 28. Ut vocem τετρακόρωνος ab Hesiodo sumsit Oppianus l. c. sic eadem forma πεντακόρωνος pro *vetulo* dixit Myrinus Anthol. II. 9. p. 193. τρικόρωνος Lucillius ibid. In Alciphrone I. 28. vulgo sic editur: οὐ παύσῃ τρίχερον καὶ τάλαντον γερόντων πειρῶν τὰς ἀφ' ἡλικίας ἀνθούσας ἡμᾶς. ubi τρίχερον ex Hesychio defendunt Hemsterhusius ad Lucian. Timon. p. 160. & Toupius Ep. Crit. p. 143. Sed veram venustamque lectionem, quae non fefellit acumen Dorvilii ad Charit. p. 444. conservavit vetus Codex, quem Parisiis excussimus: οὐ παύσῃ τρικόρωνον καὶ τάλαντον γερόντιον πειρῶν τὰς ἐφ' ἡλικίας ἀνθούσας ἡμᾶς. Paene monere praeterieram, Etymologum l. c. hos versus non Hesiodo, sed oraculo, tribuere: ὡς ὁ χρησμὸς δηλοῖ. ubi χρησμὸς sumitur pro sententia memorabili, ut *oraculum* apud Latinos. Nisi forte Grammaticus hoc dictum, quia Nymphae ore pronunciatum est, pro oraculo habendum putavit.

Plutarchus Theseo p. 8. F. ἀπολειφθῆναι δὲ τὴν Ἀριάδνην τοῦ Θησέως ἐρῶντος ἑτέρας·

Δεινὸς γάρ μιν ἔτειρεν ἔρως Πανοπηΐδος Αἴγλης.

Τοῦτο γὰρ τὸ ἔπος ἐκ τῶν Ἡσιόδου Πεισίστρατον ἐξελεῖν φησιν Ἡρέας ὁ Μεγαρεύς. Huc referendus est locus Athenaei XIII. p. 557. A. Ἡσίοδος δέ φησι, Θησέα νομίμως γῆμαι καὶ Ἵππην καὶ Αἴ-

Αἴγλην, δι' ἣν καὶ τοὺς πρὸς Ἀριάδνην ὅρκους παρέβη, ὥς φησι Κέρκωψ.

Apollonius Dyscolus libro MS. de Pronominibus: Τῇ τὶν σύζυγος ἡ ἵν, τοῦ τ ἀρθέντος. Ἡσίοδος·

ἵν δ' αὐτῷ θανάτου ταμίης.

Hoc fragmentum de Endymione, mortis suae arbitro, intelligendum esse, discimus ex Scholiaste Apollon. Rh. IV. 57. Τὸν Ἐνδυμίωνα Ἡσίοδος μὲν Ἀεθλίου τοῦ Διὸς καὶ Καλύκης παῖδα λέγει, παρὰ Διὸς εἰληφότα δῶρον, αὐτὸν ταμίαν εἶναι θανάτου, ὅτε θέλοι ὀλέσθαι. Rarissimum illud ἵν ex hoc Hesiodi loco sumsit Hesychius: Ἳν αὐτῷ. αὐτὸς αὐτῷ.

Scholiastes Sophoclis ad Trachin. 1174. καὶ Ἐλλοπίαν τὴν Δωδώνην νομίζουσιν εἶναι. τὴν γὰρ χώραν οὕτως Ἡσίοδος ὀνομάζει, ἐν Ἠοίαις λέγων οὕτως·

Ἔστι τὶς Ἐλλοπίη, πολυλήϊος ἠδ' εὐλείμων,
Ἀφνειὴ μήλοισι καὶ εἰλιπόδεσσι βόεσσιν.
Ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι πολύῤῥηνες, πολυβοῦται,
Πολλοὶ, ἀπειρέσιοι, φῦλα θνητῶν ἀνθρώπων.
Ἔνθα τε Δωδώνη τις ἐπ' ἐσχατιῇ πεπόλισται.
Τὴν δὲ Ζεὺς ἐφίλησε, καὶ ὃν χρηστήριον εἶναι,
Τίμιον ἀνθρώποις, ναῖον δ' ἐν πυθμένι φηγοῦ.
Ἔνθεν ἐπιχθόνιοι μαντήϊα πάντα φέρονται.
Ὃς δὴ κεῖθι μολὼν, θεὸν ἄμβροτον ἐξερεείνῃ,
Δῶρα φέρων ἔλθῃσι σὺν οἰωνοῖς ἀγαθοῖσιν.

Ex his versibus primum & quintum attulit Strabo VII. p. 505. ubi pro ἔνθα τε rectius est ἐνθάδε. Vs. 6. legendum: Τὴν δὲ Ζεὺς ἐθέλησεν ἑὸν χρηστήριον εἶναι. Vs. 7. Tu, mi Valckenari, vere & ad sententiam accommodate scripsisti: ναῖεν δ' ἐν πυθμένι φηγοῦ. Ejusdem fagi alibi quoque mentionem fecit Hesiodus apud Strabon. ibid. p. 504. Δωδώνην, φηγόν τε, Πελασγῶν ἕδρανον, ἧκεν. Vs. 8. Dan. Heinsius pro μαντήϊα, sine ulla caussa, μαντεύματα scripsit. Homerus Od. M. 272. Ὄφρ' ὑμῖν εἴπω μαντήϊα Τειρεσίαο. Sic potius versus castigandus erat: Ἔνθεν ἐπιχθόνιοις μαντήϊα πάντα φέρονται. Versus ultimi ob similitudinem comparandi sunt cum Homerico Hymn. in Mercur. 540. Καὶ μὲν ἐμῆς ὀμφῆς ἀπονήσεται, ὅστις ἂν ἔλθῃ Φωνῇ τ' ἠδὲ ποτῇσι τεληέντων οἰωνῶν. Ὃς δέ κε μαψιλόγοισι πιθήσας οἰωνοῖσι, Μαντείην ἐθέλῃσι παρὲκ νόον ἐξερέειν Ἡμετέρην, νοέειν δὲ θεῶν πλέον αἰὲν ἐόντων, Φήμ', ἅλιον ὁδὸν εἶσιν, ἐγὼ δέ κε δῶρα δεχοίμην.

Hesychius: Ἐπ' Εὐρυγύῃ ἀγών. Μελησαγόρας τὸν Ἀνδρόγεων Εὐ-

Εὐρυγύην εἰρῆσθαί φησι τὸν Μίνωος, ἐφ' ᾧ τὸν ἀγῶνα τίθεσθαι ἐπιτάφιον Ἀθήνησιν ἐν τῷ Κεραμεικῷ. καὶ Ἡσίοδος·

Εὐρυγύης δ' ἔτι κοῦρος Ἀθηναίων ἱεράων.

Heinsius hoc fragmentum frustra ex Athenaeo laudat. Forte de eodem Androgeo capiendus est alter Hesiodi locus apud Ammonium v. Ὄρθρος. καὶ Ἡσίοδος, τελευτῆσαί τινα Πρωῒ μάλ' ἠΐθεον.

Athenaeus x. p. 428. C. διὸ καὶ Ἡσίοδος ἐν ταῖς Ἠοίαις εἶπεν·

Οἷα Διώνυσος δῶκ' ἀνδράσι χάρμα καὶ ἔχθος,
Ὅστις ἄδην πίνῃ, οἶνος δέ οἱ ἔπλετο μάργος,
Σὺν δὲ πόδας χεῖράς τε δέει, γλῶσσάν τε, νόον τε,
Δεσμοῖς ἀφράστοισι· φιλεῖ δέ ἑ μαλθακὸς ὕπνος.

Vs. 1. scribe: χάρμα καὶ ἄχθος. ut est in Asp. 400. ubi hic versus repetitur. Idem VIII. p. 364. B. quaedam profert, ἅπερ πάντα ἐκ τῶν εἰς Ἡσίοδον ἀναφερομένων μεγάλων Ἠοίων, καὶ μεγάλων Ἔργων παρῴδηται. ubi posterius μεγάλων, temere repetitum, expunge. Nec debebat hic librarii error in fraudem induxisse Langbaenium ad Longin. p. 57. Nam Ἠοῖαι μεγάλαι dicuntur, non Ἔργα μέγαλα. Aspasius ad Aristotel. Eth. Nicom. III. p. 43. καὶ ὅτι πόνηρος ἐπὶ τοῦ ἐπιπόνου τάττεται καὶ δυστυχοῦς, ἱκανὸς Ἡσίοδος παραστῆσαι ἐν ταῖς μεγάλαις, ἐν αἷς τὴν Ἀλκμήνην ποιῶν πρὸς τὸν Ἡρακλέα λέγουσαν·

Ὦ τέκνον, ἦ μάλα δή σε πονηρότατον καὶ ἄριστον
Ζεὺς ἐτέκνωσε πατήρ.

ubi lege: ἐν ταῖς μεγάλαις Ἠοίαις τὴν Ἀλκμήνην ποιῶν &c.

Tzetzes ad Lycoph. 344. Ὁ Αὐτόλυκος κλεπτοσύνῃ πάντας ὑπερέβαλε, ὡς φησὶ καὶ Ἡσίοδος·

Πάντα γὰρ ὅσσα λάβεσκεν, ἀΐδηλα πάντα τίθεσκε.

Hoc Scholion descriptum est ab Eudocia in Violeto p. 375. 394. quo instrumento nuper literas nostras locupletavit strenuus earum vindex, J. B. C. Villoisonus. Sed ibi mendose scribitur: Πάντα γὰρ ὅσσα λάβεσκον, ἀΐδηλα τίθησκε. Veram lectionem conservavit Etymologus M. p. 21. l. 26.

Ὅττι κε χειρὶ λάβεσκεν, ἀνίδιλα πάντα τίθεσκεν.

Hic finem ſcribendi facere conſtitueram. Sed cum typographus aliquid chartae ſupereſſe narret, id nonnullis aliorum ſcriptorum emendationibus impleamus. Ac commode ad nos perfertur recens editum *Obſervationum* opus, quo has literas ornavit elegantis ingenii & doctrinae vir, Adrianus Heringa. Multae in hoc libro conjecturae in Epigrammata vetera a Jo. Jenſio edita expromuntur; quas eo diligentius excuſſimus, quo pluribus & ipſi medicinam feceramus. Jam etſi haud mirum eſt, bonam correctionum noſtrarum partem eſſe a viro ſagaciſſimo occupatam, in nonnullis tamen, ut ſunt diverſa hominum ingenia, valde diſcrepamus.

Leonidae. V.

Ὑδατά σοι Κοτίλεια γενέθλιον ἦμαρ ὁρῶντι,
Καῖσαρ, ἐπιβλύζοι σωρὸν ἀκεσορίης.

Ita hos verſus emendarunt Weſſelingius Epiſt. ad H. Venema p. 6. & Heringa Obſerv. cap. 22. p. 188. Utriusque tamen acumen inſignis menda eluſit. Repone:

Ὑδατά σοι Κοτίλεια γενέθλιον ἦμαρ ὁρῶντι,
Καῖσαρ, ἐπιβλύζοι ζωρὸν ἀκεσορίην.

Sentis continuatae metaphorae elegantiam. Meleager in Anacreontem p. 371. ed. Barneſ. Αὐτόματοί σοι κρῆναι ἀναβλύζοιεν ἄκρητον. Incertus poëta in Analect. Brunck. T. III. p. 156. Ἄκρητον μανίην ἔπιον.

Leonidae. VIII.

Καὶ λόγον ἱστορίῃ κοσμούμενον ἠκρίβωσας,
Καὶ βίον ἐν φιλίῃ, πάππε βεβαιότατε.
Τοῦτο δ' ἑορτάζοντι γενέθλιον ἠριγένειαν
Δῶρον ὁ Νειλαιεὺς πέμπε ἀοιδοπόλων.

Bene Cl. Heringa Obſerv. cap. 23. p. 190. verſu ultimo corrigit ἀοιδοπόλος. At gravius vitium ſupereſt vſ. 2. Nam ſi πάππος eſt nomen appellativum, ſcribendum: πάππε σεβαστότατε. ſin proprium, ſic verſus reſingendus:

Καὶ βίου ἐν φιλίῃ, Πάππε, βεβαιοτάτῃ.

Incerti εἰς Γυναικός. IX.

Ἠέλιον νίκησε τεὸς ῥόος ἡδὺ φαείνων,
Αἰὲν ἀπαστράπτων βροτοφεγγέα πάντοφοι αἴγλην,
Ἡδυφαῆ, χαρίεσσαν, ἀπαστράπτουσαν ἀδύτως.

Ingrata est verbi ἀπαστράπτω repetitio, & nihili vox ἀδύτως. Scribe:

Ἡδυφαῆ, χαρίεσσαν, ἀπαυγάζουσαν ἀλήκτως.

Brunckius, V. C. Analect. T. III. p. 278. legit ἀπαυγάζουσαι, tacite de conjectura nostra ἀλήκτως edens.

Antiphanis. XI.

Εἴ τινα μὴ τέρπει λωτῦ χέλυς, ἢ γλυκὺς ἦχος
Ψαλμῶν, ἢ τριγέρων νεκτάριος Βρόμιος,
Ἢ πεύκαι κῶροι, τέφανοι, μύρα, λιτὰ δὲ δείπνων
Λαθρέποδας τρωκτὰς χερσὶ τίθησι τόκους·
Οὗτος ἐμοὶ τέθνηκε, περὶ μνῆσιν δὲ παρέρπω
Νεκρὸν ἐς ἀλλοτρίους φειδόμενον φάρυγας.

Cultissimum epigramma sic emenda:

Εἴ τινα μὴ τέρπει λωτὸς, χέλυς, ἢ γλυκὺς ἦχος
Ψαλμῶν, ἢ τριγέρων νεκτάριος Βρόμιος,
Ἢ πεῦκαι, κῶροι, τέφανοι, μύρα, λιτὰ δὲ δειπνῶν
Λαθρόποδας τρώκτας χερσὶ τίθησι τόκους·
Οὗτος ἐμοὶ τέθνηκε. περὶ μνῆσιν δὲ παρέρπω
Νεκρὸν, ἐς ἀλλοτρίους φειδόμενον φάρυγας.

Eodem fere modo, in literis ad me datis, corrigebat P. Wesselingius. Λαθρόποδας esse τόκους, multi damno suo sentiunt. Iidem eleganter voce Homerica τρῶκται dicuntur, quod patrimonium velut arrodunt. Οὗτος ἐμοὶ τέθνηκε proverbialis formula est de homine perdito & desperato. Sophocles Antigon. 1284. τὰς γὰρ ἡδονὰς Ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ Ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν. Lysis apud Jamblich. de Vita Pythag. 17. p. 62. αἰ μέν ὦν μεταβάλλοιο, χαρήσομαι. εἰ δὲ μή γε, τέθνακας. Verba

περὶ μνῆστιν quo diutius in omnes partes verſo, eo minus, quod placeat, reperio. Nec alii, qui poſt me hoc epigramma tentarunt, in iis ſanandis feliciores fuerunt. Salmaſius Exercit. Plin. p. 859. μνῆστιν pro *tumulo* capit. Sed huic vocis poteſtati auctoritas quaedam concilianda erat.

Incerti. XXII.

Χθὼν μὲν ἔχει δέμας ἐσθλὸν, ἔχει κλυτὸν οὐρανὸς ἦτορ
Ἀνδρέω, ὃς Δαναοῖσι καὶ Ἰλλυρίοισι δικάσσας,
Οὐχ ὁσίων κτεάνων καθαρὰς ἐφυλάξατο χεῖρας.

Quid, malum, hic ſibi volunt *Danai*, multis ante ſeculis, quam horum verſuum ſcriptor naſcebatur, longa nocte ſepulti? Hoc aliquando Graeculi κακοζηλίᾳ tribuebam. Nunc vix dubitem, quin veriſſime emendarim:

Ἀνδρέω, ὃς Δάκοισι καὶ Ἰλλυρίοισι δικάσσας.

Hic Andreas fuit Vicarius Daciae & Illyrici, vel ipſe Praefectus Praetorio Illyrici. Dacia enim poſt orbis Romani diviſionem, a Conſtantino M. factam, erat ſub dioecesi Praefecti Praetorio Illyrici. Qua de re locus claſſicus eſt Zoſimi II. 33. Vide Pancirollum ad Notit. Dign. Imp. Orient. cap. 139. Multa huc pertinentia ex Codd. Theodoſiano & Juſtinianeo poſſent afferri, niſi JCtus ſupra civium ſuorum captum eruditus, Jo. Dan. Ritterus, meus in Jure Civili praeceptor, Hiſtoriam Praefecturae Praetorianae pararet; quam avidiſſime exſpectamus.

Leonidae Tarentini. XXVIII.

Τίλλωνος ὅδε τύμβος, ἔχω δ' ὑπὸ βώλῳ πρέσβυν
Τήϊον, τὸν πρῶτον γνόντα γελοιομελεῖν.

Cl Heringa Obſerv. cap. 23. p. 199. Ἕλληνος ſcribit, ut Anacreon intelligatur. Sed decepit virum doctum prava lectio Τήϊον pro τῆνον. Epigramma ſcriptum eſt in Tellenem, tibicinem & poëtam, cujus carmina ludicra ob liberam & venuſtam dicacitatem laudantur. Zenobius I. 45. Ἄειδε τὰ Τίλλωνος. ἐπὶ τῶν σκωπτικῶν τέθειται παροιμία. Τίλλων γὰρ αὐλητὴς ἐγένετο καὶ μελῶν ποιητὴς, παίγνιά τε κατ-

ἐλι-

λιπεῖν εὐρυθμότατα, καὶ χάριν ἔχοντα πλείστην καὶ σκώμματα κομψότατα. Idem II. 15. Οὗτος ὁ Τέλλην ἐγένετο αὐλητὴς, καὶ μελῶν ἀνυπο.άκτων ποιητής. μέμνηται αὐτοῦ Δικαίαρχος ὁ Μεσσήνιος. haud dubie libro περὶ Μουσικῆς. Eadem de Tellene tradit Diogenianus I. 44. Libanius Epist. 548. Οὐδὲ γὰρ εἰ τὰ Τέλληνος ᾄδοι τις, οἷός τε ἔσται πρὸς αὐτόν σε μεταστῆσαι. A Tellene diversus videtur Τέλλις, αὐλητὴς κάκιστος, apud Plutarch. Apopthegm. p. 193. F. quem pro eodem habet Fabricius Bibl. Gr. T. I. p. 571. Multo minus ab eo dictae sunt *tricae Tellenae* apud Varronem Nonii Marcelli p. 8. & Arnobium V. p. 176. ut Erasmus Adag. p. 827. & Heraldus ad Arnob. l. c. putarunt. Rectius Ad. Turnebus Adverf. XVII. 21. eas arcessit a Tellena, urbe Latinorum.

Chaeremonis. XXIX.

Κλευνάστα τοί μοι κλῦθος ὑπὲρ Θυρέαν δόρυ τείνας
Κάτθανες ἀμφὶ λόγον γᾶν ἀμφιτεμνόμενος.

Ne ipsi quidem Heringae conjectura, Observ. cap. 23. p. 199. proposita, valde placet, nedum ut mihi arrideat. At quid erit pretii, Valckenari suavissime, si epigramma foedissime corruptum emendatione tam certa restituero, ut ne Pyrrho quidem dubitare possit? Lege:

Κλεύας Τιμοκλῆος, ὑπὲρ Θυρεᾶν δόρυ τείνας,
Κάτθανες, Ἀμφιλόχων γαῖαν ἐπιστάμενος.

Cleuas, dux Persei, est apud Livium XLIII. 21. 23. Alius apud Strabon. XIII. p. 832. ubi Κλεύης dicitur, promiscua in his nominibus forma. Etymol. M. p. 498. l. 32. Κλέης καὶ Κλεύης, καὶ τροπῇ Δωρικῇ Κλεύας καὶ Κέας. Loquendi forma, γαῖαν ἐπιστάμενος, venustissima est, & veteri poëta digna; quam summus ille Hemsterhusius ad Hesych. v. Ἐπιίσταντα γῆν, tam accurate explicuit, ut nihil supra addi posse videatur. Hanc conjecturam postea planissime confirmatam vidi auctoritate Codicis Palatini, cujus lectiones prodidit Dorvillius ad Chariton. p. 365.

Mr

Mucii Scaevolae. XXXIV.

Αἱ χίμαροι τί ποτ' ἄρα τὰ μὲν θύμα ϗ τιθύμαλλα
Λείπετε ϗ χλοερὴν αἰγίνομον βοτάνην;
Πυρὰ δ' ἐπ' ἀλλήλαις σκιρτήματα γαῦρα τίθεσθε,
Ἀμφὶ τὸν ὀλοῦατον ἀλλόμεναι σόμιον;

Heringa Obferv. cap. 30. p. 264. refcribit vf. 3. Γυρὰ δ' ἐπ' ἀλλήλαις σκιρτήματα γαῦρα τίθεσθε; Equidem nefcio, an γυρὰ & γαῦρα fatis eleganter eodem verfu jungantur. Forte legendum:

Πυκνὰ δ' ἐπ' ἀλλήλαις σκιρτήματα γαῦρα τίθεσθε;

Ariftides Panathen. p. 151. οὕτω δὲ πυκνὸν ϗ σύντονον ἐξέλαυνε. Oppian. Ἁλιευτ. IV. 322. ϗ ἀθρόοι ἀμφιχέονται, Πυκνὰ κατασκαίροντες. Verum, cum poft in melioribus Anthologiae apographis γυρὰ invenerim, non impedio, quo minus hoc, vel invitis auribus, poëtae reddatur. Obiter verbum πυκνόω eximamus Orpheo Argon. 1169.

ἐν δ' ἄρα θυμὸς
Πυκνώθη Μινύαισι διαμπερές.

A poëtae manu fic profectum eft:

ἐν δ' ἄρα θυμὸς
Παχνώθη Μινύαισι διαμπερές.

Idem vf. 246. Παχνώθη δ' αὖ θυμὸς Ἰάσονος. vf. 690. Τοῦ δὲ ϗ ἑσταότος ἐπαχνώθη φίλον ἦτορ. vf. 808. Αἰήτης Μινύαι τε περὶ φρένα παχνώθησαν. Euripides Hippol. 803. Λύπῃ παχνωθεῖσ', ἢ 'πὶ συμφορᾶς τινος; Oppian. Cyneg. IV. 296. Παχνώθη δὲ νέας θιασώτισι. Vide Suidam v. Ἐπάχνωσε, & ibi Kufterum; quem tamen non imiter idem verbum v. Ἔφριξα reftituentem.

Claudiani. XLVIII.

Ἕδρην χαλκείοπεζον ἐπὶ προθύροις Ἑλικῶνος
Εἱστήκει θεράπων τις ὑπὲρ τοῖοιο μεμαρπώς.

Gefnerus ad Claudian. p. 684. πρόθυρα Ἑλικῶνος explicat auditorium, in quo effet acroafis. Cui interpretationi, quam-

quamvis longius quaesitae, color aliquis conciliari posset ex epigrammate in Analect. Brunck. T. III. p. 134. ubi bibliotheca οἶκος Ἑλικῶνος vocatur. Sed sine haesitatione emendo:

Ἕδρην χαλκιόπεζον ἐπὶ προθύροις Στιλίχωνος.

Quod poëta narrat, in aedibus patroni sui, Stilichonis accidit. Hanc conjecturam sibi quoque in mentem venisse, scripsit mihi Juvenis sagacissimus, Joannes Piersonus.

Simonidis. LIII.

Νῦν δ' ὁ μὲν ἐν πόντῳ κρυερὸς νέκυς. οἱ δὲ βαρεῖαν
Ναυτιλίην κενεοὶ τῆδε βοῶσι τάφοι.

Hinc colorem duxit Callimachus Epigr. 18.

Νῦν δ' ὁ μὲν εἰν ἁλί πη φέρεται νέκυς, ἀντὶ δ' ἐκείνου
Οὔνομα καὶ κενεὸν σῆμα παρερχόμεθα.

Damageti. LIV.

Οὐδὲ γὰρ ὀθνείην ἔλαχεν κόνιν, ἀλλά τις ἀκτῆ
Νηΐας, ἢ γήσων Ποντιάδος τις ἔχει.

Legendum:

ἢ νήσων Ποντιάδων τις ἔχει.

Nec aliter corrigebat Cl. Lennepius. Brunckium quoque, virum elegantissimum, sic edidisse video Analect. T. II. p. 38. Quod utrum ex Codice, an ex emendatione nostra, sumserit, non significandum putavit.

Antiphili. LXIX.

Φοῖβος ἰρεῦ ενα γείτον. ὅτ' εἰς ἅλα κῶλον ἐλαφρὸν
Στήσας ψαμμείτην δόρπον ἐθημολόγει.

In apographo meo est, τ' ενα γειτον ex quo facio:

Φοῖβος ἰρεῦ· τεναγῖτιν ὅτ' εἰς ἅλα κῶλον ἐλαφρὸν
Στήσας, ψαμμίτην δόρπον ἐθημολόγει.

Q Apol-

Apollon. Rhod. IV. 1264. ἐπεὶ τεναγώδεα λεύσσω Τῆλε περισκοπιὴν ἅλα πάντοθεν. Hoc Antiphili epigramma in Analectis Brunckianis frustra quaesivi. Nisi forte editum est sub alterius poëtae nomine.

Crinagorae. LXXXIII.

Ποιμὴν ὦ μάκαρ εἴτε καὶ οὖρος ἐπροβάτευον
Κἠγὼ ποιηρὸν τοῦτ' ἀνὰ λευκόλοφον,
Κριοῖο ἀγητῆρσί ποτι βληχήμενα βάζων,
Ἤ πιμικρῇ βάψαι γύοχα πηδάλια
Ἄλμη· τοιγὰρ ἴδυν ὑποδύνθιος· ἀμφὶ δὲ ταύτην
Θῖνά με ῥοιβδήσας εὖρος ἐφημίσατο.

Versui tertio quomodo medear, nescio. Reliqua sic integritati suae restitue:

Ποιμὴν ὦ μάκαρ, εἴθε κατ' οὖρος ἐπροβάτευον
Κἠγὼ, ποιηρὸν τόνδ' ἀνὰ λευκόλοφον,
Κριοῖς ἀγητῆρσί ποτι βληχήμενα βάζων,
Ἢ πικρῇ βάψαι νήοχα πηδάλια
Ἄλμῃ· τοιγὰρ ἔδυν ὑποβύνθιος. ἀμφὶ δὲ ταύτῃ
Θῖνά με ῥοιβδήσας εὖρος ἐληΐσατο.

Nunc tamen dubito, an in verbo ἐληΐσατο poëtae sim manum assecutus. Salmasius reponebat ἀπημίσατο, sensu commodissimo.

Incerti. CV.

Auceps alloquitur avem.

Τίπτε μετοκλάζεις πωτωμένη ὄζον ἀπ' ὄζω;
Τοῖα καὶ ἄλλη ἔρεξε, καὶ ὦ φύγεν ἐξοφορῆας
Ἡμετέρως δόνακας.

Legendum:

Τίπτε μέγα κλάζεις πωτωμένη ὄζον ἀπ' ὄζω;

Homerus Il. π. 428. & inde Hesiod. Asp. 405. Οἱ δ' ὥς' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες, ἀγκυλοχεῖλαι, Πέτρῃ ἐφ' ὑψηλῇ μεγάλα κλάζοντε μάχονται. Hoc mendum, etsi manifestum, tamen non animadversum est a viro docto, qui nuper, Mu-

Musis Gratiisque invitis, ad Epigrammata Graeca emendanda accessit, Praef. Carm. Sepulcr. p. 14. Nostram conjecturam recepit Brunckius, V. C. Analect. T. III. p. 235.

Habes, Valckenari, epistolam satis loquacem; quam ut in eam partem, quam volumus, accipias, Te vehementer rogamus. Illud praeterea publico nomine, quanta maxima contentione possumus, a Te petimus, ut ne nobis Sophoclem Tuum invideas diutius, Phidiacum, ut auguramur, & immortale opus. Quicquid enim ad Tragicorum principem expoliendum afferri potest, ingenium, acumen, doctrina, linguae scientia, id in Te tale cognovimus, ut omnium exspectationem, quamvis summam, superare videatur. Vale, Vir eximie, & amorem in me Tuum mihi perpetuo conserva.

Dabam III. Octobr. MDCCXLIX.
Retractabam MDCCLXXXI.

DAVIDIS RUHNKENII
EPISTOLA
CRITICA II.
IN
CALLIMACHUM
ET
APOLLONIUM RHODIUM,
AD
VIRUM CLARISSIMUM,
JOAN. AUGUSTUM ERNESTI.

Digitized by Google

CLARISSIMO, OMNIQUE LAUDE CUMULATO VIRO,

IOAN. AUG. ERNESTI

S. P. D.

DAVID RUHNKENIUS.

Cum & literis Tuis, & multorum ſermonibus ad me eſſet perlatum, Te in Cyrenaeo poëta expoliendo verſari, dici vix poteſt, quantum animo gaudii ceperim. Nam quo vehementius Callimachi lectione delectabar, eo magis dolebam, venuſtiſſimos ejus Hymnos necdum pro dignitate vel explicatos ſatis eſſe, vel emendatos. Nactus quidem ille eſt interpretes ſatis multos, ſed paucos, vel dicam, neminem provinciae bene adminiſtrandae parem. Si enim in antiquis ſcriptoribus caſtigandis primae partes Codicibus MSS. deferendae ſunt, quotusquisque eorum Callimachum ad veteres membranas exegit? Si ad poëtam non modo eruditum, ſed eruditionis etiam oſtentatorem, illuſtrandum, omnis doctrinae copia expromenda eſt, quis, Spanhemio excepto, ea de re magnopere laboravit, aut quis non potius levi, quod ajunt, brachio hoc negotium egit? Itaque non mirum videri debet, iſtorum merita ſummo Spanhemii ſtudio, & immenſa, quam huc contulit, eruditione ſic obruta eſſe, ut is prope ſolus Callimachi interpres vulgo dicatur. Quem virum qui non maximi faciat, maximisque in hoc genere hominibus parem judicet, aut invidus ſit oportet, aut omnis liberalis expers doctrinae. Neque tamen ideo probaverim ineptos iſtos laudatores, qui, re nunquam explorata, Spanhemium cunctas perfecti interpretis partes expleſſe clamant. Praecipuum certe interpretis munus, quod in ſcriptoris textu conſtituendo cernitur, ita ab eo adminiſtratum eſt, vix ut uno alterove loco ejus curam

ram fuſceperit. Mitto alia, ne excellentis viri errores captare velle videar, & detrahere *Haerentem capiti multa cum laude coronam.* Sed bonum factum, quod Callimachus in Tuas, Vir praeſtantiſſime, manus incidit, qui quae in ſuperioribus Editoribus deſideramus, cumulate praeſtabis. Sive enim in priſcis ſcriptoribus reſtituendis ſingulari opus eſt ἀγχινοίας, quis Te ſagacior atque acutior, qui ingenium, quod Tibi a natura obtigit longe acerrimum, cum omni liberali eruditione, tum Philoſophia quoque, & Mathematicis rationibus mirifice excoluiſti? Sive magna requiritur linguarum, & reconditae antiquitatis notitia, quis Te magis verſatus eſt in Latio, cujus principem ſapientia & ſcribendi elegantia exprimis; aut quis denique Graecarum peritior literarum, cujus rei luculenta, quae extant, ſpecimina cupide ab eruditis hominibus expetuntur? Itaque tacita ſaepenumero cogitatione Lipſiae de Te, doctore tanto, gratulor, in quo revixerit Joachimus Camerarius, ſanctum illud Graecis Latinisque Muſis nomen. Sed plura ne in praeſenti addam de laudibus Tuis longe lateque diffuſis, cum pudor Tuus prohiber, tum infantia mea. Ad illud igitur, unde ſcribendi initium feceram, revertar. Callimachum cum in deliciis haberem, nec omnia a viris doctis expedita viderem, ea loca, quae legenti negotium faceſſerent, paulo accuratius tractare inſtitui, ſolo ingenio rem agens. Verum cum animadvertiſſem, ſine MStorum ope rem ad liquidum perduci non poſſe, quinque Codices, recentes illos quidem, ſed nondum ab aliis collatos, adhibui, Voſſianum in Bibliotheca Leidenſi, Pariſinum in Bibl. Regia, Meermannianum, Venetum in Bibl. D. Marci, & eum denique, qui liberalitate Cl. Matthaei meus eſt. Hi libri tametſi nonnullis locis proſunt, tamen, ubi haereas, exſpectationem fruſtrantur. Eos autem omnes ex uno exemplo fluxiſſe, mirus in lacunis conſenſus oſtendit. Jam cur potiſſimum ad Te, Vir elegantiſſime, has literas ſcripſerim, nihil opus eſt, pluribus verbis explicare. Primum de conjecturis qualibuscunque meis nemo Te rectius videbatur poſſe exiſtimare, qui & ſumma praeditus es judicandi facultate, & in Callimacho exornando conſumſiſti ſtudii plurimum. Deinde volui extare publicum aliquod monimentum amicitiae noſtrae,

quae

quae mihi paene puero ab amico communi, Rittero, conciliata, sancte in hunc usque diem culta est, nec ullo unquam tempore refrigescet. Sed, age, Callimachum evolvamus. In quo tractando si forte vel ingenii vel doctrinae inopia aberravero, Tu, quae Tua est humanitas, me comiter in viam reduces.

H. in Jov. 3.

Πηλαγόνων ἐλατῆρα, δικασπόλον Οὐρανίδῃσι.

Duo poëtae Graeci Callimachum perpetuo imitati sunt, alter rectus & venustus, alter vitiosus & ineptus, Dionysius Periegeta & Nonnus. Quos cum Callimacho comparare, operae pretium duxi. Hac enim diligentia, si nihil aliud, certe hoc assequemur, ut, quam Callimachi lectionem illa aetas in libris suis habuerit, cognoscamus. Ita Nonnus h. l. ὀλετῆρα pro ἐλατῆρα legisse videtur. XX. p. 532. Τιτήνων δ' ὀλετῆρα, σφαιριστῆρα τοκῆος. XX. p. 646. Γηγενέων ὀλετῆρες, ἀοσσητῆρες Ὀλύμπου. Ab eodem etiam XIX. p. 522. Κρονίδης δικασπόλος ex hoc loco sumtus est. Obiter vocem ἐλατὴρ reddamus Pampho apud Pausan. Achaic. 21. Ἵπποι τε δοτῆρα νεῶν τ' ἰθυκρηδέμνων. Lege: Ἵππων τ' ἐλατῆρα νεῶν τ' ἰθυκρηδέμνων. Hesychius; Ἐλατής. ὁ Ποσειδῶν, ἐν Ἀθήναις.

vs. 14.

ἀλλά ἑ Ῥείης
Ὠγύγιον καλέουσι λεχώϊον Ἀπιδανῆες.

Nonnus XIII. p. 368. Παῤῥασίην τ' εὔδενδρον, ὅπῃ πέδον ἱρὸ θεαίνης Ἀζηνὶς ἀρχιγόνοιο λεχώϊον εἴσετι Ῥείης.

vs. 16.

Αὐτίκα δίζητο ῥόον ὕδατος, ᾧ κε τόκοιο
Λύματα χυτλώσαιτο.

Nonnus IV. p. 134. Δίζετο πηγαίων ὑδάτων χύσιν, ὄφρα καθήρῃ Μαντιπόλους ἑὸ χεῖρας. IV. p. 184. Καὶ ποταμὴν ἐθέλει πυκινὰ ῥόος χυτλώσατο κούρην.

vſ. 22.

Ἢ πολλὰς ἐφύπερθε σχερωνίδας ὑγρὸς Ἰάων
Ἤειρεν, πολλὰς δὲ Μέλας ὤχησεν ἁμάξας.

Totum hunc locum expreſſit Dionyſius Perieg. 414. Καδδὲ μέσσην νῆσον, κοίλην χθόνα ναιετάουσιν Ἀρκάδες Ἀπιδανῆες ὑπὸ σκοπιὴν Ἐρυμάνθου, Ἔνθα Μέλας, ὅθι Κρᾶθις, ἵνα ῥέει ὑγρὸς Ἰάων, Ἧχι καὶ ὠγύγιος μηκύνεται ὕδασι Λάδων. Omnes, autem quos vidimus, Codices pro ὤχησεν habent ὤκχησεν, Rectiſſime. Pindarus Ol. II. 122. τοὶ δ᾽ ἀπροσόρατον ὀκχέοντι πόνον. Ea forma bis corrupta eſt apud Heſychium: Ὀκτήσεις. οἴσεις. Lege, Ὀκχήσεις. Alibi: Ὀκνεῖν. φρονεῖν, ἴσχειν. Scribe cum Alberto: Ὀκχεῖν. φορέειν, ἴσχειν. Sic ὀκχὴ pro *ſuſtentaculo* dixit poëta apud Suidam in v.

γένλο δ᾽ ἐρείκης
Σκηπάνιον· ὃ δὴ πέλε γήραος ὀκχή.

Quos verſus ex Callimachi Hecale ſumtos eſſe, bene vidit Hemſterhuſius ad Callimach. Fragm. p. 439. Eosdem ad Philemonem & Baucidem tranſtulit Ovidius Met. VIII. 693. *parent ambo, baculisque levati Nituntur longo veſtigia ponere clivo.*

vſ. 32.

Ἐκ δ᾽ ἔχεεν μέγα χεῦμα.

Hoc hemiſtichium a Callimacho ſumſit Tryphiodorus vſ. 317. ubi vide Merrickium. Idem vſ. 431. ſuum fecit vicinum Κευθμὸν ἴσω Κρηταῖον. quo ἴσω, quod viri docti in ἴς mutabant, confirmatur.

vſ. 33.

Νέδῃ δέ σε δῶκε κομίσσαι
Κευθμὸν ἔσω Κρηταῖον, ἵνα κρυφὰ παιδεύοιο.

Nonnus IX. p. 250. Ὤπασε θυγατέρεσσι Λάμου, ποταμηΐσι νύμφαις, Παῖδα Διὸς κομέειν σταφυληκόμον· αἱ δὲ λαβοῦσαι Βάκχον ἐπηχύναντο. Verbum ἐπηχύναντο ſumſit ex vſ. 46. σὲ δὲ Κυρβάντων ἕταροι προσεπηχύναντο. Sic enim legendum. Vide Cl. Valckenarium ad Euripid. Hippolyt. 1432.

vſ.

vſ. 35.

Πρεσβυτάτη νυμφέων, αἵ μιν τότε μαιώσαντο.

Nonnus III. p. 106. ἧς τόκον Ὧραι Ὑγρὸν ἐμαιώσαντο λεχωΐδες. Sequentem verſum viri docti bene reſtituerunt hoc modo:

Πρωτίστη γενεῆφι, μετὰ Στύγα τε, Φιλύρη τε.

Quam correctionem adjuvant MSS. Venetus & Voſſianus, alterum τε poſt Στύγα inſerentes.

vſ. 38. 39.

τὸ μὲν ποθι πυλὺ κατ' αὐτὸ
Καυκώνων πτολίεθρον, ὃ Λέπριον πεφάτισται,
Συμφέρεται Νηρῆϊ.

Friget αὐτὸ, praeſertim in poëta, qui nihil habeat otioſi. Igitur vix dubitem, quin levi mutatione reponendum ſit:

τὸ μὲν ποθι πυλὺ κατ' αἰπὺ
Καυκώνων πτολίεθρον, ὃ Λέπρειον πεφάτισται,
Συμφέρεται Νηρῆϊ.

Πτολίεθρον αἰπὺ quam frequens Homero ſit, etiam pueri ſciunt. Praeterea Λέπρειον ſcripſimus cum Joſ. Waſſio ad Thucyd. V. p. 338. Scholion vetus ſic ſcribitur in MS. Regio: Λέπριον δὲ, ἀπὸ Λεπρέος τοῦ Ποσειδῶνος· ὃς προκαλεσάμενος εἰς ἀδδηφαγίαν &c. Recte προκαλεσάμενος, *provocans.*

vſ. 48.

σὺ δ' ἐθήσαο πίονα μαζὸν
Αἰγὸς Ἀμαλθείης.

Nonnus XLVI. p. 1180. Μαζὸν Ἀμαλθείης κυροτρόφου αἰγὸς ἀμέλγων.

vs. 52.

Οὖλα δὲ Κούρητές σε περὶ πρύλιν ὠρχήσαντο
Τεύχεα πεπλήγοντες, ἵνα Κρόνος οὔασιν ἠχὴν
Ἀσπίδος εἰσαΐοι, καὶ μή σεο κουρίζοντος.

Nonnus XXVIII. p. 738. Οἷον ὅτε Κρονίοισιν ὑπ' οὔασι δοῦπον ἐγείρων Πύρριχος Ἰδαίοισι σάκος ξιφέεσσιν ἀράσσων, ψευδομένης ἀλάλαζε μέλος μενεδήιον ἠχοῦς, Ζηνὸς ὑποκλέπτων παλιναυξέος ἔγκρυφον ἥβην. Adde IX. p. 252. 258. XIV. p. 386.

vs. 55.

Καλὰ μὲν ἠέξευ, καλὰ δ' ἔτραφες, οὐράνιε Ζεῦ.

Non repetam, quae viri docti ad vindicandum verbum ἔτραφες attulerunt. Speciosa est conjectura R. Dawesii Misc Crit. p. 96. Καλὰ μὲν ἠέξευ, καλὰ δ' ἔτραφεν, οὐρανίε Ζεῦ. Verum sive hoc, sive alio modo medicinam facere instituas, nunquam mihi persuadebis, ut tam putidum & elumbem versum a Callimacho profectum credam. Quo vel casu, vel interpolatoris consilio huc irrepserit, videant alii. Mihi satis est, eum tanquam adulterinum digito demonstrasse. In quo, magnopere gaudeo, mihi cum Lennepio, cujus in fraudibus odorandis singularis est solertia, prorsus convenire. Nec sententia talem versum desiderat. Idem enim sequenti versu, vere Callimachio, traditur:

Ὀξὺ δ' ἄρ' ἐξήβας, ταχινοὶ δέ τοι ἦλθον ἴουλοι.

Sic legere malim pro vulgato, Ὀξὺ δ' ἀνηβήσας.

vs. 65.

Ψευδοίμην ἀΐοντος ἅ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν.

Ad hunc versum, tanquam ad scopulum, plerique interpretes offenderunt. Unus H. Stephanus vidit, sic intelligendum esse: *Si mentiri vellem, mentirer tamen quae probabilia essent.* cujus explicationem, praeter alios, sequitur

R.

R. Bentlejus Diss. de Phalar. Epist. p. 514. Hanc versus vim jam olim ceperat Nonnus XLVI. p. 1182. Ὤφελες ἄρμενον ἄλλον ἀμεμφία μῦθον ἐνίψαι, ψεύδει κερδαλίῳ κεράσας θελξίφρονα Πειθώ. XLVII. p. 1216. Καὶ τὰ μὲν ἔπλασε μῦθος Ἀχαιϊκὸς, ἰθάδα Πειθὼ ψεύδεϊ συγκεράσας τὸ δ' ἐτήτυμον. Minus apposite hoc Callimachi loco usus est P. Burmannus Sec. ad Propert. II. 10. 12.

vs. 71.

ὦ σύ γε νηῶν
Ἐμπεράμους.

Nonnus XXXIX. p. 1002. Ἔστι γὰρ ὑσμίνης ἐμπείραμος, ὄττι καὶ αὐτὸς Θρηΐκην ναιετάων ἐμπείραμος οἷάπερ Ἄρης. Hesychius: Ἔμπειρος. ὑπομονητικός. Postulante literarum serie, lege: Ἐμπέραμος. ἐπιστητικός.

vs. 79. 80.

Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἀνάκτων
Θειότερον. τῷ καὶ σφι τεὴν ἐκρίνιαο λᾶξιν.

Vide, Vir acutissime, num quid horum intelligas. Ego aliquando conjeceram:

Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ἐπεὶ Διὸς οὐδὲν ἄνακτος
Θειότερον.

Post aliud quaerens, Turnebum Adverſ. XXIX. 29. eodem modo hunc versum laudare vidi, ex conjectura, incertum, an ex libro scripto. Nunc praeferam, quod in mentem venit Lennepio ad Phalarid. Epist. 20. p. 103.

Ἐκ δὲ Διὸς βασιλῆες· ἐπεὶ δ' ἴδες οὐδὲν ἀνάκτων
Θειότερον, τῷ καὶ σφι τεὴν ἐκρίναο λᾶξιν.

Τάξιν vs. 80. manifesto errore, praeter alias, etiam exhibet Editio Veneta, interpretum nemini cognita, a. 1555. 8. cujus mihi indicium fecerunt viri praeclari, Jac. Morelius, Bibliothecae D. Marci praefectus, & J. P. Blessingius. Λᾶξιν MSS. Regius, Vossianus, & meus habent. Codex Venetus, λέξιν, haud dubie pro λᾶξιν. Suidas: Λᾶξιν, μέξιν,

μίξιν, μεριστμὸν, κλῆρον. Ἡρόδοτος. Corrige: Λᾶξιν. λῆξιν. ut est in Glossis Herodoti, quas Suidas descripsit.

vs. 84.

Ἐν δὲ ῥυηφενίην ἔβαλές σφισιν.

Hinc vocem ῥυηφενὴς imitatores sumserunt. Dionysius vs. 337. Ταρτησσὸς χαρίεσσα, ῥυηφενίην πόλιν ἀνδρῶν. Nonnus VIII. p. 240. Πρὸς Δανάης λίτομαί σε ῥυηφενίην ὑμεναίων. Aeque rarum est εὐηφενὴς, quod Hesychius habet.

vs. 85.

ἐν δ' ἄλις ὄλβον·
Πᾶσι μὲν, οὐ μάλα δ' ἶσον.

Imitatur Dionysius vs. 969. οὐ γὰρ ἐν ὄλβῳ Ἶσον μοῖραν ἅπασιν ἐπ' ἀνδράσι θήκατο δαίμων.

H. in Apoll. vs. 6.

Αὐτοὶ νῦν κατοχῆες ἀνακλίνεσθε πυλάων,
Αὐταὶ δὲ κληῖδες.

Eandem rem sic expressit Apollonius Rhod. IV. 41. Τῇ δὲ καὶ αὐτόματοι θυρέων ὑπόειξαν ὀχῆες. Callimachum imitatus est Nonnus VII. p. 220. διασσυμένων δὲ μελάθρων Αὐτόματοι πυλεῶνος ἀνωΐχθησαν ὀχῆες. XLIV. p. 1138. ἐξαπίνης δὲ Αὐτόματοι κληῖδες ἀνοίγνυντο πυλάων.

vs. 8.

Οἱ δὲ νέοι μολπήν τε καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε.

Praepositio ἐς, semel posita, etiam ante μολπὴν intelligenda est, ut H. in Del. 17. ex emendatione Valckenariana: Ὁππόσαι Ὠκεανόν τε καὶ ἐς Τιτηνίδα Τηθὺν Νῆσοι ἀολλίζονται. Quam elegantiam, utriusque linguae poëtis usitatam, erudite explicuit Bentlejus ad Horat. III. Carm. 25. 3. Hemistichium, ut alia, hinc sumsit Tryphiodorus vs. 406. Καὶ τότε μοι δαίνυσθε, καὶ ἐς χορὸν ἐντύνεσθε. Sic enim legendum puto pro eo, quod editur, καὶ ἐς χορὸν ὀτρύνεσθε.

vs.

vf. 12.

μήτ' ἄψοφοι ἴχνος
Τοῦ Φοίβου τοὺς παῖδας ἔχειν ἐπιδημήσαντος.

Hinc Nonnus ἄψοφον ἴχνος arripuit, & varie jactavit. III. p. 86. Ὄμμασιν ἄψοφον ἴχνος ἐπήγαγεν ὕπνος ἀλήτης. XXV. p. 644. Ἄψοφον ἀκροπόρων πεφυλαγμένος ἅλμα πεδίλων. XXXIV. p. 842. Ἄψοφος ἴχνος ἔχουσα διέστιχεν ἐς ῥάχιν ὕλης. Quod est XL. p. 1030. Οὐδέ τις ἄψοφος ἦεν. ductum est ex H. in Del. 302. Οὔτε σιωπηλὴν, οὔτ' ἄψοφον οὖλος ἐθείραις Ἕσπερος, ἀλλ' αἰεί σε καταβλέπει ἀμφιβόητον.

vf. 20.

Οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μήτηρ.

Imitationis vestigia sunt in Tryphiodoro vf. 421. Οὐ μήτηρ ἐπὶ παιδὶ κινύρεται. & in Nonno I. p. 46. φιλοθρήνοισι δὲ μαλπαῖς Αἴλινα Φοῖβος ἄειδε.

vf. 22, 23, 24.

Καὶ μὲν ὁ δακρυόεις ἀναβάλλεται ἄλγεα πέτρος,
Ὅστις ἐνὶ Φρυγίῃ διερὸς λίθος ἐστήρικται
Μάρμαρος, ἀντὶ γυναικὸς ὀϊζυρόν τι χανούσης.

Hos versus, quos ex verissima Valckenarii nostri emendatione adscripsimus, non semel Nonnus expressit more suo. XII. p. 330. Καὶ Νιόβη Σιπύλοιο παρὰ σφυρὰ πέτρος ἐχέφρων Δάκρυσι λαϊνέοισιν ὀδυρομένη στίχα παίδων, Στήσεται οἰκτρὸν ἄγαλμα. XIV. p. 402. Λαϊνέης Νιόβης παρεμέτρεε πενθάδα πέτρην· Καὶ λίθος Ἰνδὸς ὅμιλος ἐριδμαίνοντα Λυαίῳ Δακρυόεις ὁρόων &c. Sed praestat videre, quomodo Propertius III. 8. 5. totum hunc locum in rem suam converterit: *Transeat hic sine nube dies, stent aëre venti, Ponat & in sicco molliter unda minas. Adspiciam nullos hodierna luce dolentes, Et Niobae lacrimas supprimat ipse lapis. Alcyonum positis requiescant ora querelis, Increpet absumtum nec sua mater Ityn.* ubi vf. 6. expressus est ex Callimachi vf. 18. Εὐφημεῖ καὶ πόντος. vf. 8. ex vf. 22. Καὶ μὲν ὁ δακρυόεις ἀναβάλλεται ἄλγεα πέτρος. vf. 10. mutata Thetide in Procnen, ex vf.

vſ. 20. Οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μήτηρ. Quod etiam Cl. P Burmannus Sec. annotavit de admonitione noſtra. Denique Propertius II. 23 5 hinc illa ſumſit: *Ilic quidam Phoebo viſus mihi pulcrior ipſo Marmoreus tacita carmen hiare lyra.* Sed haec jam alii compararunt.

vſ. 43. 44.

Κεῖνος ὀϊστευτὸν ἔλαχεν ῥέα, κεῖνος ἀοιδήν.
Φοίβῳ γὰρ καὶ τόξον ἐπιτρέπεται καὶ ἀοιδή.

Ita vſ. 43. eleganti conjectura reſinxit Joſ. Scaliger ad Propert. IV 6. 69. Formis Ionicis in υς quantopere delectatus ſit Callimachus, his exemplis intelligitur. Ἀλητὺς Fr. 277. ἁρπακτὺς H. in Apoll. 95. ἀσπαστὺς Fr. 427. γελαστὺς H. in Del. 324. διωκτὺς H. in Dian. 194. μαστὺς Fr. 277. Huc etiam referam ἀφραστύς. Nam fragmentum, quod ſine poëtae nomine Suidas v. Ἀφραστύες attulit, Callimachi eſſe videtur: Σχέτλιαι ἀνθρώπων ἀφραστύες. Idem quoque ἀκεστὺς dixit, ſi vera eſt conjectura noſtra, Epigr. 49. Ἔσθ' ἁμῖν κ' ἀκεστὺς ἀφειδέα πρὸς τὸν ἔρωτα. Vulgatur, Ἔσθ' ἁμῖν χ' ἁ καρτας ἀφ. π. τ. ἔρ. Aliter hunc locum tentat Cl. Toupius ad Theocrit. T. II. p. 405 Hactenus de voce ὀϊστευτὸς, & ejusdem formae aliis. Quid vero? mirariſne mecum, Erneſte amiciſſime, ſuperiorum interpretum patientiam, ne dicam ignaviam, qui vſ. 44. tam diu ſine ulla fraudis ſuſpicione tulerint? Etenim ſi quis unquam verſus ſpurius ſuis ſe indiciis prodidit, certe hic eſt. Nec quenquam tam inepte religioſum futurum puto, ut, ſemel monitus, Grammatici Scholion marginale pro verſu Callimachio habeat.

vſ. 50. 51.

Ῥεῖά κε βουβόσιον τελέθοι πλέον, οὐδέ κεν αἶγες
Δευοίατο βρεφέων ἐπιμηλάδες, ᾗσιν Ἀπόλλων
Βοσκομένῃς ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν.

Scholiaſtes: Ἐπιμηλάδες, ἀντὶ τοῦ, αἱ μετὰ τῶν μήλων νεμόμεναι· καὶ γὰρ τὰς αἶγας μῆλα λέγουσιν· ὡς Ὅμηρος ἐπεξηγεῖται (Od. I. 184.) Μῆλ', ὄϊς τε, καὶ αἶγες ἰαύεσκον. Εἰ δὲ Μενεμηλά-

μηλάδες γράφεται, ἀντὶ τοῦ θήλειαι ἐστιν. In quo Scholio nihil intelligo, ne post conjecturam quidem, a Tanaq. Fabro propositam. Sed quocunque modo vel corrigatur, vel explicetur, nil nisi nugatorium recentioris Grammatici commentum esse videtur. Nam sine controversia in Callimacho reponendum est:

> Ῥεῖά κε βουβόσιον τελέθοι πλέον, οὐδέ κεν αἶγες
> Δεύοιντο βρεφέων ἐπὶ μηκάδες, ᾗσιν Ἀπόλλων
> Βοσκομένῃς ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν.

Ἐπὶ conjunge cum δεύοιντο, ut sit ἐπιδεύοιντο. Nam praepositio saepe per tmesin verbo postponitur, etiam pluribus vocibus interjectis. Homerus Hymn XXIV. 7. ἰαχεῖ δ' ἐπὶ δάσκιος ὕλη. Vetus epigramma apud Gruter. p. 1130. Μή σοι μηνίσῃ πικρὸν ἐπ' Ἀγεσίλας. Apollon. Rhod. III. 1017. Στράπτεν ἔρως ἡδεῖαν ἀπὸ φλόγα. Alcaeus Anthol. I. 33. p. 70 Κεκράμενος γαίῃσι τις ἀπὸ φλιβὸς Μητρὸς ἀγύρτης. Ipse Callimachus H. in Jov. 44. Τηνάκι τοι πέσε, δαῖμον, ἀπ' ὀμφαλός. Vide Hemsterhusium ad Hesych. v. Ἰκμάζει Hanc formam aliquando imitantur poëtae Latini, ut Virgil. Aen X. 399. *Tum Pallas bijugis fugientem Rhoetea praeter Trajicit.* ubi vide Servium. Αἶγες μηκάδες notissimae sunt ex Homero, Theocrito, aliis. Πολυμηκάδες αἶγες in Bacidis oraculo apud Herodot. VIII. 20. Vide Jo. Brodaeum ad Anthol. I. 29. p. 57. Bene Hesychius: Μηκάδες, αἱ μηκώμεναι αἶγες, ἢ κραυγάστριαι. ἄλλοι δὲ, τὰς κερατώδεις· Μῆκα γὰρ τὰ κέρατα. Ἀπίων δὲ, τοκάδας. Sed idem in hac ipsa voce mirifice delusus est a librariis. Retulit enim in Lexicon suum tanquam sanum vocabulum: ΜΙ´ΚΛΑΣ. αἶγας. quod, quis tam obtuso ingenio est, quin alicubi pro ΜΗΚΑΔΑΣ mendose scriptum fuisse videat? Adhuc, ni fallor, haec emendatio satis commendationis habet a verisimilitudine. Sed ecce, Vir clarissime, quod eam uno velut ictu jugulare videatur. Apud Hesychium claris verbis scriptum reperio: Ἐμμηλάδας αἶγας. τὰς μετὰ τῶν προβάτων γινομένας. vel potius, ut Callimachi Scholiastes, ἐμμηλίας. Neque dubitari potest, quin glossa ex hoc ipso fonte fluxerit. Ἐμμηλάδας Bochartus Hieroz. II. 42 p. 418. comparat cum capris, quas Lacones κατοικάδας dicebant, de quibus Pausanias Boeot. 13. Itane? dixerit

 ali-

aliquis: nulla apud te Scholiastae: mitto Scholiasten: nulla Hesychii auctoritas est? Non saltem utriusque consensus corrigendi libidinem refrenabit? Equidem Scholiasten nihil moror, recentiorem Graeculum, qui & hanc, & plerasque glossulas suas ex Hesychio, quem ad H. in Dian. 190. cum aliis *Diogenem* vel *Diogenianum* vocat, sine ullo judicio descripsit. Hesychii auctoritati, fateor, tribuendum esse plurimum. Est enim ejus Lexicon incomparabilis Graecae eruditionis thesaurus, quod nunquam fere de manibus pono, semper doctior ab ejus lectione recedens. Sed idem ille Hesychius si quid afferat, quod nec veterum scriptorum idoneis exemplis, nec aliorum Grammaticorum consensu confirmetur, repugnetque certissimis linguae legibus; non illud quidem continuo mutandum censeo, veruntamen, donec aliunde comprobetur, in erroris suspicionem voco. Quam rem copiosius exponerem, nisi mihi Tecum, Erneste, res esset, id est, cum eo, qui ipse hujus Glossarii indolem elegantissime accuratissimeque aperuerit. Ex iis igitur, quae diximus, intelligitur, nihil testimonio, quod Hesychius voci *ἰπιμηλάδες* praebet, effici aliud, nisi ut mendi vetustas cognoscatur. Sed ut illos, quibus in hunc Grammaticum nimium durus videar, si placabiliores sint, mihi leniam ac mitigem; sin pertinaciores, vel invitos in sententiam meam rapiam, age, seposito tantisper Callimacho, pudendos aliquot Hesychii errores persequamur. Cumque hic de caprae epitheto quaeratur, nihil rationibus nostris magis consentaneum fuerit, quam, quomodo idem alia caprarum epitheta acceperit, breviter explicare. ΚΗΛΑΆΔΕΣ. *αἶγες, αἱ ἐν τῷ μετώπῳ σημεῖον ἔχουσαι τυλοειδές*. Nihil in lingua Graeca est, quod aliquem huic voci colorem conciliare possit. Suspicor, glossam ex eodem Callimachi loco, quem in manibus habemus, venisse, cum alii Codices pro vera lectione *ἐπὶ μηκάδες* praeberent *ἰμμηλάδες*, alii, literis transpositis, *ἐπὶ κηλάδες*. Alio loco: ΝΙΒΑΆΔΕΣ. *αἱ τοὺς λόφους ἔχουσαι αἶγες*. Hanc glossam si quis ita expediat, nihil ut inde culpae in Hesychii caput recidat, bene de eo mereatur. Mihi quidem illam misere truncasse videtur ex ΚΡΗΜΝΙΒΑΆΔΕΣ Infra: *Ὀρειβάδες. αἱ αἶγες.* quas Aelianus H. A. XIV. 16. *ὀρειβάτας* dicit. Idem alibi: ΜΝΑΑΆΔΑΣ. *τὰς ἀμελγομέ-*

τας

νας αἶγας. Hoc quoque turpiter depravavit ex ἈΜΝΑ'ΔΑΣ. Supra: Ἀμνάδας, πρόβατα. Hoc vocabulum proprium est Alexandrinis pro *agno*. 2. Reg. 12. 3. Καὶ τῷ πένητι οὐδὲν ἀλλ' ἢ ἀμνὰς μία. Philo Jud. T. II. p. 246. 247. Clemens Alexandr. Protrept. p. 92. Bardesanes apud Euseb. P. E. VI. 10. p. 274. Jam ad alia transeamus, Hesychianam seriem sequentes. ἈΕΛΛΟ'Σ. μανιώδης. Sic alicubi mendose scriptum reperit pro ἈΑΕΟ'Σ, vel ἈΑΑΙΟ'Σ. quod vide suo loco. + ἈΓ'ΔΩΝ. λέγων. Immo ΑΥ'ΔΩ̃Ν. + ἈΑΗΔΟ'Ν. ἀθρόως, ἐξαίφνης Corrupit ex ἸΛΑΔΟ'Ν. quod suo loco reperitur. Hesiod. Ἔ. κ. Ἡμ. 287. Τὴν μὲν τοι κακότητα κ̀ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι. Apollon. Rhod. IV. 240. Ἰλαδὸν ἄσπετον ἔθνος ἐπιβρομέειν πελάγεσσιν. Ἰλαδὸν est ab ἴλη, *grex*, *turma*. quae vox & ipsa aliquid labis contraxit apud Hesychium. Scribitur enim: Ὑίλη. ὅμιλος. Sed delenda est litera Υ, quae aliunde adhaesit. + ἈΑΙ'ΣΤΑΤΟΣ. σοφώτατος. Is. Vossius comparat Latinum *salsissimus*. Perperam. Vera lectio est: ΛΑΛΙ'ΣΤΑΤΟΣ. Incidit enim, ut saepe, in librum, in quo primae literae nondum essent minio appictae. Infra: Λαλίστατον, κατὰ λόγον σοφόν. Sic enim ille locus corrigendus est ex Suida in v. quocum convenit Lexic. Bibl. Coisl. p. 473. Glossa pertinet ad Euripid. Cyclop. 314. Κομψὸς γεγένηται κ̀ λαλίστατος Κύκλωψ. + ἈΝΕΙΝΩ͂Σ. οἰκτρῶς. Repone, ἈΑΤΕΙΝΩ͂Σ, vel potius, ἈΔΙΝΩ͂Σ. Sic supra ἀδινὸν corruperat in ἀλεινόν, quod Hemsterhusius egregie restituit. Eandem vocem redde Parthenio Erotic. cap. 11. p. 367. Κλαῖεν ἀηδονίδων ΘΑΜΙΝΩ'ΤΕΡΟΝ, αἵτ' ἐνὶ βήσση Σιθονίῳ κούρῳ πέρι μύρια αἰάζουσιν. Sic recte quidem emendarunt Dan. Heinsius ad Hesych. v. Βιόδια, & Thom. Galeus ad h. l. Sed praeterea scribendum erat: Κλαῖεν ἀηδονίδων ἈΔΙΝΩ'ΤΕΡΟΝ. Oppian. Ἁλιευτ. I. 727. Καὶ νέον τις φήνης ἀδινὸν γόον ἔκλυεν ἀνήρ. Κυνηγ. III. 103. Μύρονται λιγέως ἀδινὸν γόον. Vide Albertum ad Hesych. v. Ἀδινόν. Apud eundem & Etymol. M. leviter corruptum extat: Ἀδίνοιον. οἰκτρὸν γίνονται. Lege, addita, quae excidit, syllaba: Ἀδινώτερον. Homer. Il. Ψ. 225. ἀδινὰ στοναχίζων. + ΓΙ'ΑΙ. ὠδῖναι. Monstrosum sane vocabulum. Sed nescio, an pro acumine tuo dudum videris, crudeliter truncatum esse ex ἈΑΓΙ'ΑΙ. Ob verborum cognationem

 casti-

castigemus etiam Suidam v. Ἀλγίσατον. ubi hoc incerti poëtae fragmentum laudat: τοῦτο δ' ἐς ἀλγίσατον ἐμόν in quo vix litera sana est. Sed bonum factum, quod suum ipse errorem prodidit infra v. Μαλκίσατον. ubi idem fragmentum hoc modo profertur: τόδε μοι μαλκίστατον ἦμαρ. Cujus lectionis elegantiam qui recte capere velit, adeat L. C. Valckenarium, magnum illud Graecarum literarum praesidium, Animadv. ad Ammon. p. 39. At Toupius noster Cur. Noviss. in Suid. p. 8. Suidam respexisse putat ad Aristophan. Vesp. 1112. Τοῦτο δ' ἴσ' ἄλγιστον, ὑμῶν ἤν τις ἀστράτευτος ὢν &c. Sit optio penes eruditos. + ΔΑ'ΓΜΝΟΣ. οἰκτρὸς, πένης, ἐλεεινός. Lege: ἈΛΓΕΙΝΟ'Σ. + ΔΑΙ'ΑΝ. τὴν ἀρυμένην. Scribe: ΛΑΙ'ΑΝ. γῆν ἀρυμένην. Infra: Λαΐαν. σιτοφόρον ἄρουραν. + ΔΕ'ΛΛΕΙ. ΚΑΛΕΙ͂. Hic & ipsa glossa, & ejus explicatio laborat. Lege: ἈΕΛΛΕΙ͂, vel potius, ἈΕΙ'ΛΕΙ. ΑΙ'ΚΑ'ΛΛΕΙ. Supra: Ἀελλεῖ. φιλεῖ, κολακεύει. Etymol. M. p. 21. l. 40. Ἀείλλειν. θωπεύειν καὶ αἰκάλλειν. + ΔΗΛΗ'ΣΑΣ. καμών. Immo ἈΗΔΗ'ΣΑΣ. Supra: Ἀηδῆσαι. κοπιάσαι, καμεῖν. + ἘΒΛΟ'Ν. ἀπόπληκτοι. Vox foede corrupta ex ΒΛΗΤΟ'Ν. quod vide. + ἘΛΑ'ΡΓΕΙ. ἔλαβεν, ἐπόρησεν, καθεῖλεν. Recte Cl. Albertus pro ἐπόρησεν conjicit ἐπόρθησεν. In ceteris dissentire liceat. Nam certa emendatione restituendum est verbum Homericum, ἜΜΑΡΠΤΕΝ. Infra: Ἔμαρψε. κατέλαβεν. + ΘΥΡΑ'ΓΜΑΤΑ. ἀφοδεύματα. Scribe: ΦΥΡΑΜΑΤΑ Infra: Φύρμα. κόπρος, ῥύπος. + Ἴδα. μάχη. Corrigebam: Ἴδα. νάπη. Prius, unde vi dejectum est, restitue Polyaeno I. 1. 2. πηγαὶ πολλαὶ, ἩΔΕΙ͂ΑΙ, πυκναὶ, θῆραι περισσαὶ, ὀπῶραι ἄφθονοι. restitue, inquam, πηγαὶ πολλαὶ, ἼΔΑΙ πυκναὶ, θῆραι περισσαὶ, &c. Pollux V. 66. ἴδαι ἀμφιλαφεῖς. Vide Hesych. v. Ἴδαι, & ibi Interpretes. Veruntamen quo diutius illud Hesychii, ἼΔΑ, ΜΑ'ΧΗ, considero, eo mihi videtur probabilius, gravi hominis peccato detortum esse ex ΔΑΪ. ΜΑ'ΧΗ. Supra: Δαΐ. μάχῃ, ὡς γραῦς, γραΐ. + ΚΑΙΚΥ'ΛΗΝ. κεφαλήν. Hoc quoque vocabulum tam male habuit, vix ut veram lectionem, ΚΕΒΛΗ'Ν, agnoscas Callimach. Fr. 140. Ἀμφὶ δὲ κεβλῇ Εἰρμεῖος ἀγλίθων οὖλον ἔχει σίφωνα + ΚΑΝΔΑΥ'ΛΑΣ. Ἑρμῆς. &, ΚΙ'ΒΔΑΛΟΣ. διάκονος. Utrumque flagitiose detortum ex ΚΑ'ΔΜΙΛΟΣ. Varro de L. L.

L. VI. p. 71. *Qui glossemata interpretati*, *Camillam dixerunt administram. Addi oportet*, *in his quae occultiora. Igitur dicitur in nuptiis Casmillus*, *qui cumerum fert*, *in quo quid sit mysterii*, *plerique extrinsecus nesciunt. Hinc Casmillus nominatur in Samothraces mysteriis Dius quidam administer Diis magnis. Verbum Graecum arbitror*, *quod apud Callimachum in poëmatis ejus inveni.* Macrobius Saturn. III. 8. *Statius Tullianus ait*, *dixisse Callimachum*, *Tuscos Camillum appellare Mercurium*, *quo vocabulo significent praeministrum Deorum.* Reliqua de hoc nomine dederunt Vossius Etymol. v. *Camillus*, & Bochartus Geogr. Sacr. I. 12. Graeci scribunt Κάδμιλος, vel Κάσμιλος, Latini *Camillus*. + ΚΙΨΕΙ κακοποιεῖ Corruptum ex ἽΠΤΕΙ, vel ἸΑΠΤΕΙ. Vide supra Ἶψαι. In litera Λ vix credas, quoties quam turpiter Grammaticum deceperit literarum Λ, Δ & Α similitudo. Cujus generis quae in promtu sunt, si hic expromerem, cum extra oleas vagarer, tum Tibi, Vir humanissime, fastidium crearem. ΛΑΓΑΣΣΑΙ ἀφεῖναι. Praepostere scriptum pro ΧΑΛΑΣΣΑΙ Supra: Ἐχάλασεν. ἐνέδωκεν, ἀφῆκεν. + ΛΙΧΑΖΕΙ. ἐπιθυμεῖ. Hic non perturbandis literis, sed necessaria praetermittenda, peccavit. Nam scribendum erat: ΓΛΙΧΑΖΕΙ. Supra: Ἐγλιξάμην. ἐπεθύμησα quod Suidas Platoni tribuit, Comico, ut puto. Nam in philosopho nullum hujus formae vestigium est. + ΛΥΣΙΠΝΕΓ. φοβεῖται Unquamne, Erneste suavissime, verbum tam prodigiosum vidisti? Judicii tui sit, an recte natum censeam ex ΔΥΣΩΠΕΓ. Supra: Δυσωπεῖαι. ὑφορᾶται, φοβεῖται Huic glossae binas alias, quarum interpretatio eadem est, & aeque gravis corruptela, extra ordinem adjungam. ΤΙΒΔΕΓ. φοβεῖται. Hoc quasi minus clementer habuisset, infra affixit gravius: ΨΙΒΔΕΓ. ὑποπτεύει, βδεῖ. At ΤΙ, quod post in ΨΙ abiit, pronomen interrogandi est, pessime cum verbo ΒΔΕΓ coalescens. Βδεῖν autem cum derivato βδύλλειν in veteri comoedia tum ὑποπτεύειν significat, tum φοβεῖσθαι. Comici locus, ex quo glossam duxit Hesychius, geminus fuerit necesse est huic Aristophanis Lysistr. 354. Τί βδύλλεθ' ἡμᾶς; οὔ τί που πολλαὶ δοκοῦμεν εἶναι; ubi Schol. τί φοβεῖσθε, καὶ τρέμετε; Altera, quam dixi, glossa haec est:

 ΙΡΕΓ,

'ΥΡΕΙ͂. φοβεῖται. quae prima fronte nescio quid reconditi promittit. At latet hic verbum satis notum, ΤΡΕΙ͂. + ΜΥΔΩ'ΤΑΤΟΝ. πρoσηνές. Glossa decurtata ex Α'ΙΜΥΛΩ'ΤΑΤΟΝ, quod supra vide. Venit autem ex Euripidis Rheso 497. ἔστι δ' αἱμυλώτατον Κρότημ' Ὀδυσσεύς. + ΠΑΙΠΑΛΑΝ͂ΕΙΝ. περισκοπεῖν, ἐρευνᾷν. Sic Hesychius ordine suo, ne forte mendum librarii putes. Legendum: ΠΑΜΦΑΛΑ͂ΙΝ. Supra: Ἐπαμφάδησεν (l. Ἐπαμφάλησεν) ἐθαύμασε, περιεβλέψατο. Apollon. Rhod. II. 126. Μαίεται δ' ὅ, τι πρῶτον ἐπαΐξαντες ἕλωσι, Πόλλ' ἐπιπαμφαλόωντες ὁμοῦ. ubi pererudita est veteris Critici annotatio: Πόλλ' ἐπιπαμφαλόωντες, πολλὰ ἐπιβλέποντες καὶ μετ' ἐνθουσιασμοῦ. Παμφαλᾷν γὰρ τὸ μετὰ πτοιήσεως καὶ ἐνθουσιασμοῦ ἐπιβλέπειν. Κέχρηται δὲ τῇ λέξει καὶ Ἱππῶναξ καὶ Ἀνακρέων. Λέγει δὲ καὶ Ἐρύκιος· Πάντες ὁ παμφαλόωντες ἐδινήσαντο πόδεσσι. Ex hoc fonte hausit Etymol. M. v. Παμφαλᾶν, laudans etiam Apollonii versum, quem adscripsimus, sed poëtae nomine suppresso. Adde Tzetzen ad Lycophr. 1162. + ΠΥΛΑΕΙ͂. θραύει. λέγει. διαβοᾷ. θρυλλεῖ. Mira glossa. Lege, 'ΥΛΑ'ΕΙ. λέγει. &c. & dele θραύει, quod natum est ex variante verbi θρυλλεῖ. Alibi: 'ΥΛΑΕΙ͂. θρυλλεῖ. λέγει. Hic quoque corrigendum: 'ΥΛΑ'ΕΙ. Sic enim ipse Hesychius: Ὑλάει. θρυλλεῖ. ὑλακτεῖ. λέγει. θρηνεῖ. Quod infra reperitur, ΦΥΛΑΕΙ͂Ν. ἀδολεσχεῖν, mutandum est in ΦΛΥ'ΕΙΝ. Aeschylus Prometh. 503. μὴ μάτην φλῦσαι θέλω. + 'ΡΕΙ͂ΡΟΣ. ταλαίπωρος. Nescio, an Tibi, Vir longe doctissime, conjecturam meam probaturus sim. Videtur hic latere notissimus ex Homero mendicus, ΕΙ͂ΡΟΣ, vel *Irus*. 'Ρ aliunde, ut saepe, adhaesit. Supra: Ἄειρος. (pro Ἄϊρος) δυστυχής. &, Εἶρος. πτωχός. *Irus* pro quovis mendico dicitur, ut *Callias* pro quovis divite. Vide Libanium Oper. T. II. p. 295. B. & Epist. 144. + 'ΡΙ'ΣΣΟΥΣΑ. λυπουμένη. Scribendum: ΦΡΙ'ΣΣΟΥΣΑ. Supra: Παχνοῦται, φρίσσει, λυπεῖται, ἀνιᾶται. Quamvis haud intercedam, si quis pro λυπουμένη malit πυκνουμένη· qua potestate φρίσσω saepe occurrit apud Homerum. + ΣΤΗ͂ΝΑΙ. χαλεπῶς ἢ σκληρῶς ἔχειν. Mutilatum videtur ex antiquo verbo ἀσταίνω, vel δυσταίνω. Praetereuntes corrigamus Euripidem Herc. Fur. 1346. Δεῖται γὰρ ὁ θεός, εἴπερ ἔστ' ὄντως θεός, Οὐδενός. ἀοιδῶν οἵδε ΔΥ'ΣΤΗΝΟΙ λόγοι. Hanc nobilissimam sententiam eodem modo scrip-

ſcriptam laudavit Clemens Alex. Strom. V. p. 691. ex quo mendi vetuſtas cognoſcitur. Ipſe Tragicus, me quidem judice, ſcripſit: ἀειδῶν οἶδε ΔΥΣΦΗΜΟΙ λόγοι. Sic olim conjeceram. Nunc facile aſſentior Sam. Musgravio, vulgatam lectionem egregie defendenti. Nam δύστηνος aliquando pro *deteſtabilis*, *omnium odio dignus*, dicitur, ut *infelix* & *miſer* apud Latinos. Huc accedit, quod Plutarchus etiam de Stoic. repugn. p. 1052. E. δύστηνοι λόγοι in Euripide legit. ✝ ΦΙΛΙΑΖΕΤΟ. ἐχωρίσθη αὐτῷ. Thomas Munckerus ad Anton. Liber. p. 51. de gloſſa ſecurus, interpretationem mutat in ἠράσθη αὐτῷ. Sed eum toto, ut ajunt, caelo errare, non dubium eſt. Nam Heſychius φι praepoſtere junxit verbo λιάζετο. Ecce fontem gloſſae, Il. Ω. 96. ἀμφὶ δ' ἄρα σφι λιάζετο κῦμα θαλάσσης. Supra: Λιασθείς. χωρισθείς, ἐκκλίνας.
Sed dimittamus Gloſſographum, quem dudum ante nos cum alii, tum inprimis viri ſummi, Bentlejus, Kuſterus & Hemſterhuſius, graviſſimorum errorum coarguerunt, & poſt longam evagationem in viam, hoc eſt, ad Callimachum noſtrum, redeamus.

vſ. 58.

Τετραέτης τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἔπηξε.

Nonnus IV. p. 134. Κάδμος ἀπυργώτοιο θεμείλια πήγνυε Θήβης. XVII. p. 470. ἑτέρης δὲ θεμείλια πήγνυτο χάρμης.

vſ. 64.

Ὧδ' ἔμαθεν τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἐγείρειν.

Hic quoque verſus ab aliena manu venit. Eſt hoc Callimachus cum ſumma, quam adhibuit, arte, tum ſingulari, qua tantopere ſibi placuit, βραχυλογίᾳ conſecutus, ut mali poëtae verſus, qui irrepſerit, ne mediocre quidem acumen fallere poſſit. In MS. Veneto, cujus excerpta Callimachi Editioni Lipſienſi 1774. 8. adjecit C. F. Loeſnerus, pro ἐγείρειν eſt ἐγείρων.

vſ.

vs. 69. 70.

Ὦ ἄπολλον, πολλοί σε Βοηδρόμιον καλέουσι,
Πολλοὶ δὲ Κλάριον· πάντῃ δέ τοι οὔνομα πουλύ.
Αὐτὰρ ἐγὼ Καρνεῖον.

Nonnus XXXIV. p. 850. Χαλκομέδην μὲν ἅπαντες, ἐγὼ δέ σε μοῦνος ἐνίψω Χρυσομέδην. Hinc illa quoque fluxerunt XVI. p. 444. ὡς ἀτιτάλλῃ Ἠΐθεον ἐς ἔρωτα ἐμὸς Καρνεῖος Ἀπόλλων. ubi ἠΐθεον ἔρως fumtus eſt ex vſ. 49. Ἠϊθέῳ ὑπ' ἔρωτι κεκαυμένος Ἀδμήτοιο.

vs. 72.

Σπάρτη τοι, Καρνεῖε, τόδε πρώτιστον ἔδεθλον.

Valde friget τόδε. Forte Callimachus ſcripſit:

Σπάρτη τοι, Καρνεῖε, πέλε πρώτιστον ἔδεθλον.

vs. 79.

Τίθμεαι εὖτέ σφιν Καρνειάδες ἤλυθον ὧραι.

Nonnus XLVI. 1188. Καί ποτε Βασσαρίδεσσι χορείτιδες ἤλυθον ὧραι.

vs. 105.

Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐπ' οὔατα λάθριος εἶπεν.

Bene viri docti corrigunt, ἐς οὔατα. Et ſic legit Nonnus XXII. p. 582. Εἶπεν ἑοῖς προμάχοισιν ἐς οὔατα μῦθον.

H. in Dian. vs. 7.

ἵνα μή μοι Φοῖβος ἐρίζῃ.
Δὸς δ' ἰοὺς καὶ τόξα, ἴω πάτερ.

Nonnus XVI. p. 446. μή σοι ἐρίζῃ Ἄρτεμις ἀγρώσσουσα. ubi Ἄρτεμις ἀγρ. venit ex H. in Apoll. 60. Idem V. p. 170. Ἀλλὰ βέλος καὶ τόξον ἴα πάτερ. ex quo loco in Callimacho τόξον ſcribendum, quod ad aures accidit ſuavius.

vs.

vs. 11.

καὶ ἐς γόνυ μέχρι χιτῶνα
Ζώννυσ λεγνωτόν.

Nonnus V. p. 154. Πέπλα φαεινομένη· ἐπιγουνίδος ἄχρι φορῆναι XLII. p. 1090. Πῇ λίπες, ὃν φορέεις ἐπιγουνίδος ἄχρι χιτῶνα;

vs. 13. 14.

Δὸς δέ μοι ἑξήκοντα χορήτιδας Ὠκεανίνας,
Πάσας εἰνέτεας, πάσας ἔτι παῖδας ἀμίτρους.

Forma χορῆτις etiam eſt H. in Del. 306. Apud Nonnum I. p. 38. ſcribitur χορῖτις. ubi vide Ger. Falkenburgium. XLVI. p. 1188. χορῖτις. at XVI. p. 444. χορῆτις· Δμωΐδας ἑξήκοντα χορήτιδας εἰς σὲ κομίσσω. Sed ſcrupulus mihi injectus eſt ſuper voce εἰνέτεας, vel, ut Codex Venetus habet, εἰνάτεας. Quid enim cauſſae eſt, Vir eruditiſſime, quare Diana, novennes puellas expetens, tam ſollicite caveat, omnes ut ſint ἄμιτροι? Satisne cum Spanhemius, tum alii demonſtrarunt, non illius aetatis puellas zona muniri ſolitas, ſed viro maturas, annisque, ut ille ait, ad patiendum geſtientibus? Ita non ſolum ſupervacanea, ſed etiam frigida eſt talis cautio. Hanc difficultatem levi mutatione ſic ſuſtuleris:

Πάσας οἰέτεας, πάσας ἔτι παῖδας ἀμίτρους.

Οἰέτεας pro ὁμοετεῖς Dorum exemplo Homerus dixit Il. B. 765. eumque ſecutus Matro apud Athen. XIV. p. 656. B. Mire ſimilis eſt locus Moſchi Eid. II. 29. φίλας δ' ἐπεδίζεθ' ἑταίρας Ἥλικας, οἰέτεας, θυμήρεας, εὐπατερείας. Ac neſcio, an Callimachum, ut ſaepe, ob oculos habuerit Apollonius Rhod. III. 837. Κέκλετο δ' ἀμφιπόλοισιν, αἵ οἱ δυωκαίδεκα πᾶσαι Ἐν προδόμῳ θαλάμοιο θυώδεος ηὐλίζοντο, Ἥλικες, οὔπω λέκτρα σὺν ἀνδράσι πορσύνουσαι. Ab οἰέτεας in εἰνέτεας quam facilis librariorum lapſus fuerit, intelligitur ex Anthol. III. 12. p. 339. ubi pro ἐνναέτιν in Cod. Palat. legitur οἰναέτιν.

vs. 26. 27.

Ὣς ἡ παῖς εἰπῦσα, γενειάδος ἤθελε πατρὸς
Ἅψασθαι, πολλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας,
Μέχρις ἵνα ψαύσειε.

Frustra H. Stephanus conjicit πολιὰς χεῖρας· quae vetulam potius deceant, quam puellam. Alii, tanquam Vulcanius ad h. l. Stanlejus ad Aeschyl. Agam. 732. & Abreschius Lect. Aristaen. p. 165. πολλὰς pro πολλάκις acceperunt. Verum exempla, quae pro hac forma afferuntur, partim aliena sunt, partim e locis corruptis petita. Forsitan Callimachus scripserit:

ἁπαλὰς δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας.

Sic olim hunc locum tentabam. Nunc nihil mutandum censeo. Nam Callimachus expressit Euripidem Iphig in Taur. 363. Ὅσας γενείου χεῖρας ἐξηκόντισα, Γονάτων τε τοῦ τεκόντος ἐξαρτωμένη. ubi vide virum eruditissimum, & mihi, dum vixit, amicissimum, Sam. Musgravium. Locutionem bene illustrant Valckenarius ad Herodot. VI. 125. & Hoogeveenius Exam. animadv. Zeunian. p. 26. Poterat etiam poëta alio modo, quamvis sensu paulum diverso, scripsisse: πολλὴ δὲ μάτην ἐτανύσσατο χεῖρας. ut Ennius apud Ciceron. de Divin. I. 20. *Quanquam multa manus ad caeli caerula templa Tendebam lacrymans, & blanda voce vocabam.* ubi *multa* non neutro genere pro *multum*, sed feminino pro πολλὴ, capiendum esse, docet P. Burmannus ad Gratium Cyneg. 493.

vs. 30.

τυτθὸν κεν ἐγὼ ζηλήμονος Ἥρης
Χωομένης ἀλέγοιμι.

MS. Venetus pessime, ληξήμονος Ἥρης. Nonnus IX. p. 252. Ζηλήμων βαρύμηνις ἴδῃ κεκαλυμμένον Ἥρη. Melius mox idem Codex: Καί τ' ἄλλα πατέρ.

vs.

vſ. 48.

ἐπ' ἄκμονι Ἡφαίστοιο
Ἑσταότας περὶ μύδρον.

Hoc ad Chalybes tranſtulit Dionyſius vſ. 770. Οἵ ῥα βαρυγδούποισιν ἐπ' ἄκμοσιν ἑστηῶτες.

vſ. 51. 52.

Αἱ νύμφαι δ' ἔδδεισαν ὅπως ἴδον αἰνὰ πέλωρα,
Πρηόσιν Ὀσσαίοισιν ἐοικότα.

Dionyſius vſ. 597. Κήτεα θῖνες ἔχουσιν, Ἐρυθραίου βορὰ πόντου, Οὔρεσιν ἠλιβάτοισιν ἐοικότα. Nonnus XXXVII. p. 952. Ὕπτιος αὐτοκύλιστον ὅλοις περικάββαλε γαίῃ, Ἠλιβάτῳ πρηῶνι πανείκελον.

vſ. 53.

Φάεα μουνόγληνα σάκει ἴσα τετραβοείῳ.

Nonnus XXVIII. p. 734. Καὶ βλοσυρῷ προμάχοιο μέσῳ πελάγιζε μετώπῳ Μαρμαρυγὴ τροχόεσσα μονογλήνοιο προσώπου. ubi μονόγληνος ex Callimacho, cetera ducta ſunt ex Heſiodo Theog. 143.

vſ. 59. 60. 61.

Εὖθ' οἵγε ῥαιστῆρας ἀειράμενοι ὑπὲρ ὤμων,
Ἢ χαλκὸν ζείοντα καμινόθεν, ἠὲ σίδηρον,
Ἀμβολαδὶς τετύποντες, ἐπεὶ μέγα μοχθήσειαν.

Non ſpernam ἐπὶ μέγα, quod viri docti certatim vſ. 61. repoſuerunt. Vide tamen, an verius elegantiusque ſit, quod Codex meus ſuppeditat:

Ἀμβολαδὶς τετύποντες, ἀτειρέα μοχθήσειαν.

Certe probabilius eſt, ἀτειρέα a librariis in ἐπεὶ μέγα mutatum eſſe, quam contra.

vſ. 67. 68. 69.

Μήτηρ μὲν Κύκλωπας ἑῇ ἐπὶ παιδὶ καλιστρεῖ,
Ἄργην, ἢ Στερόπην· ὁ δὲ δώματος ἐκ μυχάτοιο
Ἔρχεται Ἑρμείης, σποδιῇ κεχρημένος αἰθῇ.

Ex hoc loco corrigendus Nonnus XIV. p. 388. Βρέντης τε, Στερόπης τε, καὶ Εὐρύαλος, καὶ Ἐλατρεύς, Αἴγης τε, Τράχιός τε, καὶ αὐχήεις Ἁλιμήδης. *Argen*, non *Aegen*, hunc Cyclopem, praeter Callimachum, vocant Heſiodus Theog. 140. & Pherecydes apud Schol. Euripid. ad Alceſt. 1. Sic quoque ſcribendum in Apollodoro I. 1. ubi male editur Ἄρπης. Ceterum non video, quomodo ſatis cohaereant, *mater vocat Argen aut Steropen; prodit Mercurius.* Sentis quoque, Vir acutiſſime, ſcenam, praeter omnem exſpectationem, mutari, ac ſatis inepte e terra in caelum transferri. His rationibus adductus Dan. Heinſius ad Heſych. v. Ἐρκεῖαι, loco corrupto emendatione ſuccurrere tentavit. Sed eam, quippe e mendoſa Heſychii gloſſa profectam, nihil attinet refutare. Mihi aliquando in mentem venit legere:

Ἔρχεται ἐρξείης, σποδιῇ κεχρημένος αἰθῇ.

Ἐρξίας, vel Ionice ἐρξείης eſt *qui coërcet.* Herodotus VI. 98. δύναται δὲ κατὰ Ἑλλάδα γλῶσσαν Δαρεῖος, ἐρξείης. Verum ipſe non multum huic conjecturae tribuo. Obſcurior enim eſt locus Herodoti, quam ut vocabuli ἐρξείης aut vis aut forma ex eo confirmari poſſit. Immo, ſi Cel. Valckenarium ad Theocrit. Adoniaz. p. 347. audimus, fruſtra in loco ſano laboramus. Sequitur apud Callimachum;

Αὐτίκα τὴν κούρην μορμύσσεται· ἡ δὲ τεκούσης
Δύνει ἔσω κόλπους, θεμένη ἐπὶ φάεσι χεῖρας.

Totus hic locus tametſi tantum ingenii, leporis & ſuavitatis habet, ut nihil ſupra eſſe videatur, vereor tamen, ne Longinus aliquis verſus 68. & 69. quod parum abſunt a ridiculo, alibi potius, quam in tam grandi Hymno, poſitos mallet. Callimachus autem expreſſit nobilem locum Homeri Il. Z. 466. Ὣς εἰπὼν, οὗ παιδὸς ὀρέξατο φαίδιμος Ἕκτωρ, Ἂψ δ' ὁ πάϊς πρὸς κόλπον ἐϋζώνοιο τιθήνης Ἐκλίνθη ἰάχων,

ἰάχον, πατρὸς φίλου ὄψιν ἀτυχθείς, &c. quem multi deinceps ad imitationem vocarunt, tanquam Euripides Troad. 558. βρέφη δὲ φίλια περὶ Πέπλους ἔβαλλε μητρὶ χεῖρας Ἐπτοημένας. Callimacheis plane geminum est hoc Juvenalis Sat. III. 175. *cum personae pallentis hiatum In gremio matris formidat rusticus infans.* Disputat etiam de hoc loco Lacerda ad Virgil. Aen. VII. 518. sed θερμὴν ἐπὶ φάεσι χεῖρας inscite vertit *ponens manus in illius* (matris) *oculis.*

vs. 76.

Στήθεος ἐκ μεγάλου λασίης ἐδράξαο χαίτης,
Ὤλοψας δὲ βίηφι.

Nonnus XXXVII. p. 940. λασίης δεδραγμένον ὤμου. XXI. p. 558. Ἀνδρὸς ἀμαιμακέτοιο κόμην ὤλοψε Πολυξώ. XL. p. 1022. Καὶ σκολιῆς ὤλοψεν ἀκηδέα βότρυν ἐθείρης.

vs. 81.

Κύκλωπες, ἦ μοί τι Κυδώνιον, εἰ δ' ἄγε, τόξον.

In Codicis mei margine scribitur: γράφεται, κἀμοί τι. Haec vera lectio est, quam Stephanus etiam vidit.

vs. 92. 93.

οἵ ῥα λέοντας
Αὐτοὺς αὖ ἐρύοντες, ὅτε δράξαιντο δεράων,
Εἷλκον ἔτι ζώοντας ἐπ' αὔλιον.

Plerique Codd. cum Edd. veteribus, εἶλον. Recte meus, εἷλκον· quod & res ipsa postulat, & Nonnus confirmat. IX. p. 260. Σμερδαλέους δὲ λέοντας ἔτι ζώοντας ἐρύσσας. XXV. p. 652. Αὐχενίου πλοκάμοιο κεχηνότα θῆρα πιέζων, Εἷλκεν ἔτι ζώοντα.

vs. 111. 112. 113.

χρύσεον δ' ἐζεύξαο δίφρον,
Ἐν δ' ἐβάλευ χρύσεια, θεή, κεμάδεσσι χαλινά.
Πῇ δέ σε τοπρῶτον κερόεις ὄχος ἦξαν' ἀείρων;

Nonnus XLVIII. p. 1274. Ἄρτεμις ἑζομένη κεμάδων τετράζυγι δίφρῳ. XXXVI. p. 892. Σῶν δ' ἐλάφων ἀλίγκει, καὶ εὐκεράων σέο δίφρων,

vſ. 129.

Οὓς δέ κεν εὐμειδής τε καὶ ἵλαος αὐγάσσηται.

Apollon. Rhod. IV. 715. ἠδὲ καὶ αὐτὸς Εὐμειδής τε πέλοιτο καὶ ἤπιος ἀμφοτέροισιν. Eandem rem ſic expreſſit Callimach. H. in Apoll. 52. ᾗσιν Ἀπόλλων Βοσκομένῃς ὀφθαλμὸν ἐπήγαγεν. & Epigr. 22. Μοῦσαι γὰρ ὅσους ἴδον ὄμματι παῖδας Μὴ λοξῷ, πολιοὺς οὐκ ἀπέθεντο φίλους. ubi ſcripturam ὄμματι λοξῷ confirmat Apollon. Rh. IV. 476. Ὀξὺ δὲ πανδαμάτωρ λοξῷ ἴδεν οἷον ἔρεξαν Ὄμματι. Nonnus XXX. p. 766. Ὄμματα λοξὰ τίταινε χόλῳ κήρυκι σιωπῇ. Vide Cel. Valckenarium ad Euripid. Hippol. 1339.

vſ. 155. 156. 157.

τί δέ κεν πρόκες ἠδὲ λαγωοὶ
Ῥέξειαν; σύες ἔργα, σύες φυτὰ λυμαίνονται.
Καὶ βόες ἀνθρώποισι κακὸν μέγα· βάλλ' ἐπὶ καὶ τούς.

Ex hoc loco colorem duxit incertus poëta Anthol. I. 33. p. 68. Ἠνίδε καὶ κίχλην καὶ κόσσυφον, ἠνίδε τοσσοὺς Ψᾶρας, ἀρμυραίης ἅρπαγας εὐκερίης. Καρπῶν δηλητῆρας ἑλεῖν θέμις· ὄλλυτ' ἐκείνους. Nonnus XVI. p. 456. λεῖπε βόας καὶ μῆλα· τί σοι ῥέξουσι νομῆες;

vſ. 159. 160.

Οὐ γὰρ ὅγε Φρυγίῃ περ ὑπὸ δρυῒ γυῖα θιωθεὶς
Παύσατ' ἀδηφαγίης.

Spanhemius vehementer laborat in hoc verſu interpretando. Sed is labem contraxit, judice etiam Valckenario ad Theocrit. Adoniaz. p. 251. atque adeo corrigendus ante eſt, quam explicandus. Repone:

Οὐ γὰρ ὅγε Φρυγίης περ ἐπ' ὀφρύσι γυῖα θιωθεὶς
Παύσατ' ἀδηφαγίης.

Ni-

Nihil hac lectione verius. Stephanus Byz. Φρυγία, τόπος τῆς Οἴτης, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πεφρύχθαι τὸν Ἡρακλέα. Vide Hemsterhusium ad Lucian. Timon. p. 112. Ab ἐπ' ὀφρύσι facilis librarii lapsus fuit in ὑπὸ δρυΐ. Sic iufra vs. 192. pro ὑπὸ δρυσὶ MS. Vossian. habet ὑπ' ὄφρυσι. In transitu succurramus Orpheo Argonaut. 469. Σιντιακαῖς δ' ὀφρῦσιν ἐκέλσαμεν ὠκύαλον ναῦν. Lege: Σιντιακαῖσι δ' ἐπ' ὀφρύσ' ἐκέλσαμεν ὠκύαλον ναῦν. Infra vs. 632. Κέλσε δ' ἐπ' αἰγιαλῷ.

vs. 179.

καὶ αἱ Τυμφαιίδες εἶεν,
Εἰνατιζόμεναι, κεραλκέες.

Scripti libri fluctuant inter κεραιαλκέες & κεραλκέες. Venetus & meus a pr. m. κεραιαλκέες Et sic ubique est apud Nonnum III. p. 100. V. p. 170. &c. Huic tamen loco, ubi taurorum robur significatur, aptius est κεραλκέες.

vs. 182.

ἀλλὰ θεῦνται
Δίφρον ἐπισύρας, τὰ δὲ φάεα μηκύνονται.

Nonnus XV. p. 428. Τιθωνὸς ῥοδόεις πέλε νυμφίος, ὃν διὰ μορφὴν Δίφρον ἐὸν σύνευνα φαεσφόρος ἥρπασεν ἠώς. XLII. p. 1080. Ἠέλιον λιτάνευεν ὀπισθοτόνον ἐπὶ δίφρον, Αἰθερίῳ κατὰ ἵππους ἀνασφίγγοντα χαλινῷ, Μηκύνειν γλυκὺ φέγγος, ἵνα βραδὺς εἰς δύσιν ἔλθῃ.

vs. 186.

Εἰπὲ θεά, σὺ μὲν ἄμμιν, ἐγὼ δ' ἑτέροισιν ἀείσω.

Callimachus imitatur Theocritum Carm. XXII. 116. Εἰπὲ θεά, σὺ γὰρ οἶσθα· ἐγὼ δ' ἑτέρων ὑποφήτης Φθέγξομαι. ubi de Hemsterhusii conjectura ἑτέροις scribendum esse, hic locus planissime ostendit. Apollon. Rhod. IV. 1381. Μουσάων ὅδε μῦθος· ἐγὼ δ' ὑπακουὸς ἀείδω Πιερίδων.

vs.

vſ. 190.

Ἑλλόφονον, Βριτόμαρτιν, ἐΰσκοπον· ἧς ποτε Μίνως
Πτοιηθεὶς ὑπ' ἔρωτι κατέδραμεν οὔρεα Κρήτης.

Nonnus XXXIII. p. 838. Ὄφρα νέη Βριτόμαρτις ἐγὼ φυγόδεμνος ἀλύσσω, Ἥν ποτε πόντος ἔδεκτο, καὶ ἔμπαλιν ὤπασε γαίῃ, Κυπριδίων Μίνωος ἀφειδήσασαν ἐρώτων. & paulo poſt: Ὁπλοτέρην Βριτόμαρτιν ἀναινομένην ὑμεναίους.

vſ. 192.

Ἡ δ' ὅτε μὲν λασίῃσιν ὑπὸ δρυσὶ κρύπτετο νύμφη.

Nonnus XV. p. 414. Φύλλα διασχίζων λασίης δρυός. Corrigendus Orpheus de Lapid. vſ. 159. Καὶ λασίῃ πτιλέῃσιν ὑπὸ σκιῇ. Scribe: Καὶ λασίαις πτιλέῃσιν ὑπὸ σκιῇ. Infra vſ. 236. Ἄλλα δ' ἔχε λασίης ὕλης δέμας ἱστορέεσθαι.

vſ. 221. 222.

Οὐδὲ μὲν Ὑλαῖόν τε καὶ ἄφρονα Ῥοῖκον ἔολπα,
Οὐδέ περ ἐχθαίροντας, ἐν Ἄϊδι μωμήσεσθαι
Τοξότιν.

Hunc locum duxit ex Homero Il. P. 398. οὐδέ κ' Ἄρης λαοσσόος, οὐδέ κ' Ἀθήνη Τόν γε ἰδοῦσ' ὀνόσαιτ', οὐδ' εἰ μάλα μιν χόλος ἵκοι. Dionyſius vſ. 742. οὐκ ἂν ἐκεῖνο Ἴδρις μωμήσαιτο σοφῆς ὑποεργὸς Ἀθήνης. Meus quoque Codex cum Veneto habet μωμήσασθαι.

vſ. 249.

τοῦ δ' οὔτι θειότερον ὄψεται ἠώς,
Οὐδ' ἀφνειότερον.

Imitatur Dionyſius vſ. 257. οὐκ ἂν ἐκείνου Νηὸν ἐν ἀνθρώποισι θειότερον ἄλλον ἴδοιο, Οὐδὲ μὲν ἀφνειὸν ἑτέρην.

vſ. 255.

Ἆ δειλὸς βασιλέων ὅσον ἤλιτεν.

Nonnus XLVIII. p. 1298. ἆ μέγα δειλή, Ἐγγὺς ἔην τοκετοῖο

H.

H. in Del. vſ. 11.

Κείνη δ' ἠνεμόεσσα καὶ ἄτροπος, οἷά θ' ἁλιπλήξ.

Viri docti, Scholiaſtem ſecuti, ἄτροπος accipiunt vel pro *immota*, vel pro *dura*, *inculta*. Sed neutra vocis poteſtas idoneis veterum ſcriptorum exemplis confirmatur. Ego a Callimachi manu eſſe puto:

Κείνη δ' ἠνεμόεσσα καὶ ἄσπορος, οἷά θ' ἁλιπλήξ.

Eadem Delus infra vſ. 268. δυσήροτος vocatur. Ἄσπορος autem & δυσήροτος ſaepe junguntur, ut apud Homerum Od. Ι. 123. Ἀλλ' ἥγ' ἄσπαρτος καὶ ἀνήροτος ἤματα πάντα.

vſ. 13. 14.

ὁ δ' ἀμφί ἑ πουλὺς ἑλίσσων
Ἰκαρίου πολλὴν ἀπομάσσεται ὕδατος ἄχνην.

Etſi non ſperno quod vulgatur, mihi tamen viſum eſt elegantius fore, ſi legamus:

ὁ δ' ἀμφί ἑ πουλὺς ἑλίσσων
Ἰκαρίου πολιὴν ἀπομάσσεται ὕδατος ἄχνην,

Ἁλς πολιὴ ſaepe eſt apud Homerum, Pindarum, & alios. Apollon. Rhod. II. 571. Λευκὴ καχλάζοντος ἀνέπτυε κύματος ἄχνη. ubi poſterior verſus pars ducta eſt ex Homero Il. Δ. 426. quem etiam Callimachus imitatur, ἀπομάσσεται pro ἀποπτύει ponens. Μάσσω in compoſitis cum ἐπὶ, εἰς, ἀπὸ, habet vim verborum βάλλω, ῥίπτω. Scholiaſtes ἀπομάσσεται explicat ἀποῤῥύπτει. Sed ſcribendum ex MSS. Regio & meo, ἀποῤῥίπτει. Atque hic medicina facienda eſt Apollonio Rh. II. 986.

ὁ δ' ἀμφαδὸν ἄμμιγα παύροις
Πόντον ἐς ἄξεινον κυρτὸν ἀπερεύγεται ΑΚΡΗΝ.

Scholiaſtes legit ὑπερεύγεται, quod etiam eſt in Codd. apud Brunckium. Recte quidem fluvius dicitur ἐπερεύγεσθαι ἀκτὰς apud Apollon. IV. 631. τῇ μέν τ' ἐπερεύγεται ἀκτὰς Ὠκεανοῦ Sed aliam illius loci rationem eſſe, qui animum attenderit, intelliget. Scribamus igitur:

ὁ δ' ἀμφαδὸν ἄμμιγα ταύροις
Πόντος ἐς ἄξεινος κυρτὸν ἀπερεύγεται ἌΧΝΗΝ.

Cujus conjecturae sponsorem non requires, Vir eruditissime, locupletiorem Dionysio Periegeta, qui tum alia ex Apollonio, tum hoc quoque expressit, vs. 122. Τύρσηνοὶ ζέφυροι στρεπτὴν ἐπερεύγεται ἅλμην. vs. 300. τόθι πᾶσαν ἐρεύγεται ὕδατος ἄχνην. vs. 539. Κεῖθι Μέλας καὶ κόλπος ἐφ' Ἑλλήσποντος ἵησιν, Ἀφρὸν ἐρευγόμενος. vs. 567. Κεῖθι γὰρ ὑστατίης ἀπερεύγεται εἰς ἅλα δίνην. vs. 693. Εὐξείνου ποτὶ χεῦμα θοὴν ἐπερεύγεται ἄχνην. ubi Stephan. Byz. v. Ἀρμενία, legit ἀπερεύγεται. ut est vs. 981. Περσίδος εἰς ἁλὸς οἶδμα θοὴν ἀπερεύγεται ἄχνην. Ἄχνη a Grammaticis recte exponitur ὁ ἐπιπολάζων τῷ κύματι ἀφρός. Igitur Munckerus ad Anton. Liber. cap. 10. p. 81. reprehendit Hesychium & Suidam, qui ἄχνην & λάχνην male confuderint. His tamen defensio parata est in exemplo rarissimo, & nescio an unico Philippi Anth. VI. 14. p. 564. Μῆλόν θ' ἡδύπνουν λεπτῇ πεπυκασμένον ἄχνῃ. Alterum exemplum haberemus in Oppiano Cyneg. III. 97. si vera esset conjectura Jani Rutgersii Var. Lect. II. 17. corrigentis: Οὐκ ἔτι λαχνήεις, ὀλίγῃ δ' ἐπιδέδρομεν ἄχνῃ. Sed vir doctus non satis cepit vulgatae lectionis elegantiam: ὀλίγη δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη. Hesychii glossam, Ἀχείμονα. ἀγνὴν, Gujetus perperam mutat in Ἀχνήμονα. ἄχνην. Legendum: Ἀχείμονα. γαληνόν. Illud denique addamus, Homerum Od. Z. 226. pro ἁλὸς ἄχνη, ἁλὸς χνόος dixisse.

vs. 23.

Κεῖται μὲν πύργοισι περισκεπέεσσιν ἐρυμναί.

Imitatur Dionysius vs. 245. Οὔρεσιν ἀμφοτέροισι περισκεπέεσσιν ἐρυμνός.

vs. 30 —— 33.

Ἦ ὡς τὰ πρώτιστα μέγας θεὸς οὔρεα θείνων
Ἄορι τριγλώχινι, τό οἱ Τελχῖνες ἔτευξαν,
Νήσους εἰναλίας εἰργάζετο, νέρθε δὲ πάσας
Ἐκ νεάτων ὤχλισσε καὶ εἰσεκύλισσε θαλάσσῃ;

Vs. 30. MSS. Venetus & meus, χ' ὡς. vs. 32. Venetus, εἰναλίους. vs. 33. Venetus & meus, ὤχλισε καὶ εἰσεκύλισε.

Non-

Nonnus IV. p. 138. αἱμαλέης ἀνεκήκιεν αὖλαξ ἐέρσης Ἄονι θεινομένη. VI. p. 194. Ἀσχαλόων τινὰ γαῖαν ἀνοχλίσσειε τριαίνῃ. XXXVI. p. 894. τὸ δὲ γλωχῖνα τριαίνης.

vs. 41. 42.

> Πολλάκις ἐκ Τροιζῆνος ἈΠΟ' ΞΑ'ΝΘΟΙΟ πολίχνης
> Ἐρχόμενοι Ἐφύρηνδε, Σαρωνικοῦ ἔνδοθι κόλπου
> Ναῦται ἐπεσκίψαντο.

Spanhemius erudite refellit Scholiasten, qui hic de Xantho, Troezenis rege, quo nomine nullus unquam cognitus est, somniabat. Verum locus manifeste mendosus non interpretatione expediendus est, quod idem vir egregius infeliciter tentavit, sed emendatione. Lege:

> Πολλάκι σ' ἐκ Τροιζῆνος ἉΛΙΞΑ'ΝΤΟΙΟ πολίχνης
> Ἐρχόμενοι Ἐφύρηνδε, Σαρωνικοῦ ἔνδοθι κόλπου
> Ναῦται ἐπεσκίψαντο.

Troezen eleganter ἁλίξαντος dicitur, quod maritima urbs erat, cujus solum maris fluctus allidebant. Vide, praeter alios Geographos, Strabonem VIII. p. 573. Suidas: Ἁλιξάντοις. ταῖς ὑπὸ τῆς ἁλὸς ξαινομέναις. quod confirmat Maecii epigrammate Anthol. VI. 3. p. 550. Ἀκταίης νησῖδος ἁλιξάντοισι, Πρίηπε, Χοιράσι, καὶ τρηχεῖ τερπόμενος σκοπέλῳ. Eandem vocem Toupius, V. C. Emend. in Suid. T. III. p. 78. restitui volebat Antipatri epigrammati, quod primus edidit L. Holstenius ad Steph. Byz. v. Ἀμφίπολις. Τὴν δέ ποτ' Αἰγείδαις μεγάλου ἔριν, ὡς ἁλίξαντον Τρῦχος, ἐπ' ἀμφοτέραις δερκόμεθ' ἠϊόσιν. Verum non animadvertit vir eruditissimus, hac conjectura metrum jugulari. Vetus lectio est, ὡς ἁλιανθὲς τρῦχος, quam commode explicat P. Wesselingius ad Itiner. Hieros. p. 604. Ξαίνω frequens est apud poëtas de fluctibus locum aliquem tundentibus, verberantibus. Antipater Sidonius in Analect. Brunck. T. II. p. 9. Πολλὰ θαλασσαίῃ ξανθὲν ὑπὸ σπιλάδι. Incertus poëta ibid. T. III. p. 176. Δέξο ναυηγαίοιο λίνου τετριμμένον ἅλμῃ Λείψανον, αὐχμηρῶν ξανθὲν ὑπ' ἠϊόνων. Ὑποξύω pro ξαίνω dixit Dionysius vs. 61. Ἡ ὑρίαν ἢ πέζαν ὑποξύουσα πολήων. vs. 385. τρηχὺ παρακρέμαται ἅλμη, Θῖνας ὑποξύουσα Λιβυρνίδας. Latini poëtae dicunt *radere*, *stringere*, *caedere*, *ferire*, *verberare*;

rare, &c. Ovid. A. A. I. 528. *Qua brevis aequoreis Dia feritur aquis.* Fast. III. 568. *Insula, quam Libyci verberat unda freti.* Manil. IV. 603. *Laeva freti caedunt Hispanas aequora gentes.* Lucan. IV. 404. *Qua maris Hadriaci longas ferit unda Salonas.* Plura N. Heinsius ad Sil. XIII. 4. & J. Broukhus. ad Tibull. IV. 1. 142.

vs. 45.

Εὐρίποιο πόρον καναχηδὰ ῥέοντος.

Dionysius vs. 644. Ἐκ τοῦ ἀπειρέσιοι ποταμοὶ καναχηδὰ ῥέουσιν.

vs. 48.

ἢ νήσοιο διάβροχον ὕδατι μαζόν.

Nonnus XI. p. 326. Θαλλὸν ἐλαιήεντα λιπότριχι δῆσατο κόρσῃ, Ἑπταπόρου ποταμοῖο διάβροχον ὕδασι Νείλου.

vs. 62.

δύω δέ οἱ εἴατο φρουροὶ
Γαίαν ὑποπτεύοντες.

MS. Venetus cum aliis habet ἐποπτεύοντες. Recte. Fr. Robortellus Annotat. I. p. 148. in alio MS. ὑποπτεύοντες legens, vereor, ut assecutus sit manum librarii.

vs. 63.

Ἧμος ὑψηλῆς κορυφῆς ἔπι Θρήϊκος Αἵμου.

Dionysius vs. 428. Ταῖς δ' ἐπιφαίνονται κορυφαὶ χιονώδεος Αἵμου Θρηϊκίου.

vs. 74.

οὐ γὰρ ἐκείνας
Ἀτρεκέως ἐπάτησεν, ἐπεὶ λάχεν Ἴναχον Ἥρη.

Nonnus XLVII. p. 1230. Ἄργος ἐῦγυὲς ἔλαχε, καὶ οἱ λάχεν Ἴναχον Ἥρη.

vs.

vs. 75.

Φεῦγε καὶ Ἀονίη τὸν ἴνα δρόμον.

Reiskius in subitariis istis Animadversionibus ad Callimachum p. 736. legere malit: τὸν ἰκὰς δρόμον. Quam recte, doceat imitator, Nonnus I. p. 46. εἰς δρόμος ἔστω Ἀμφοτέροις, μὴ Φοῖβον ἴδῃς, μὴ Πᾶνα νοήσω.

vs. 76.

Δίρκη τε, Στροφίη τε, μηλαμψήφιδος ἔχουσαι
Ἰσμηνοῦ χέρα πατρός.

Στροφίην nemo in Boeotiae fontibus, aut Ismeni filiabus commemoravit. An legendum?

Δίρκη, Γαργαφίη τε.

Plinius H. N. IV. 7. a Spanhemio laudatus: *Fontes in Boeotia*, *Oedipodia*, *Psamate*, *Dirce*, *Epicrene*, *Arethusa*. *Hippocrene*, *Aganippe*, *Gargaphia*. Apud Ovidium Met. III. 69. est *Ismenis Crocale.* Ceterum Nonnus ad hunc locum respexit XLIV. p. 1138. σὺν Ἰσμηνῷ δὲ τοκῆϊ Κυκλάδας αἰθύσσουσα ῥοὰς ὠρχήσατο Δίρκη.

vs. 78.

Ἀσωπὸς βαρύγουνος, ἐπεὶ πεπάλακτο κεραυνῷ.

Nonnus XLVII. p. 1234. Ἀσωπὸν βαρύγουνον ἔτι ζείοντι κεραυνῷ.

vs. 81.

Ἧλιξ ἀσθμαίνουσα περὶ δρυὸς, ὡς ἴδε χαίτην
Σειομένην Ἑλικῶνος.

MS. Venetus, ἀσθαίνουσα. Forsitan Poëta grammaticus usus sit verbo antiquo:

Ἧλιξ ἀσταίνουσα περὶ δρυός.

Etymol. M. p. 159. l. 36. Ἀσταίνω. δυσπαθῶ, ἀδυνατῶ, κακοπαθῶ, μοχθῶ, χαλεπαίνω, ταλαιπωρῶ. Sic etiam Hesychius. Vide hanc Epistolam p. 138.

V 3 *vs.*

vſ. 85.

Νύμφαι δ' αὖ κλαίουσιν ὅτε δρυσὶν οὐκ ἔτι φύλλα.

Nonnus I. p. 46. Ἥλικες ὠδύροντο λιπόσκια δένδρεα νύμφαι.

vſ. 94.

Ἀλλ' ἔμπης ἐρέω τι ΤΟΜΩ'ΤΕΡΟΝ, ἢ ἀπὸ δάφνης.

Τομώτερον Scholiaſtes explicat σαφέστερον. Unde ſtatim legendum vidi:

Ἀλλ' ἔμπης ἐρέω τι ΤΟΡΩ'ΤΕΡΟΝ, ἢ ἀπὸ δάφνης.

Id quod nec Theodorum Canterum apud Dorvill. ad Charit. p. 465. nec Thom. Bentlejum latuit. Quae autem Spanhemius ad vulgatam explicandam attulit, minus digna ſunt tanto viro, & partim iis, quae Adr. Heringa Obſerv. Cap. 10. p. 81. annotavit, refelluntur. Euripid. Oreſt. 591. Ὁρᾷς δ' Ἀπόλλων' ὃς μεσομφάλους ἕδρας Ναίων, βροτοῖσι στόμα σαφέστατον νέμει; Aeſchines Socrat. Dial. I. §. 31. λέγουσι τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι ἐκ θεοῦ ἐπιπνοίας πολὺ μᾶλλον καὶ ἐναργέστερον, ἢ οἱ χρησμῳδοί. Rarior eſt vox τορὸς hac poteſtate apud poëtas heroicos & elegiacos, ſed tanto frequentior apud Tragicos. Vide Aeſchylum Prometh. 697. 869. Perſ. 479. Agam. 26. 262. Sed hic non eſt praetermittendus alius Callimachi locus Fr. 77. quem Etymol. M. v. Κόχλος affert, ut vocem νέαξ Callimachi auctoritate confirmet. Eam, ſcis, a Polluce II. 11. Comicis propriam dici. Nec injuria. Grammaticus vetus in Bibl. Sangermanenſi: Νέαξ. ὁ νέος. Νικοφῶν. Equidem etſi largiar, Callimachum voce comica uti potuiſſe, tamen hoc in verſu non uſurpatam puto. Nam, ne dicam, a recto νέαξ non eſſe νεηκῶν, ſed νεάκων, penultima brevi; ſi haec de adoleſcentibus capiantur, alienum eſt τομώτατοι, & potius legendum τορώτατοι, *acerrimi.* Itaque facile in Bentleji ſententiam concedam, qui Grammatici errorem ſagaciter odoratus, νεηκῶν a νέηκες repetit, verſumque veriſſime ſic interpretatur: *Et recens acutorum gladiorum ſtatim acutiſſimi.* Sophocles Ajac. 827. Ὁ μὲν σφαγεὺς ἕστηκεν ᾗ τομώτατος Γένοιτ' ἂν — Πέπηγε δ' ἐν γῇ πολεμίᾳ τῇ Τρῳάδι, Σιδηροβρῶτι θηγάνῃ νεηκονής.

vſ.

vſ. 96.

> σὺ δὲ τέκνα κακογλώσσοιο γυναικὸς
> Ἔλλαχες.

De eadem Niobe Nonnus II. p. 50. Ἀλλὰ κακογλώσσοιο τί μοι τόκος; Ἀθυρόγλωσσος dicitur a Theodorida Anthol. IV. 9. p. 456.

vſ. 107.

> Οὐδὲ κατεκλάσθης τε καὶ ᾤκτισας.

Nonnus XLII. p. 1092. κατεκλάσθη δὲ μενοινὴν Οἰκτείρων δυσέρωτα δυσίμερος.

vſ. 112.

> Πηνειὲ Φθιῶτα, τί νῦν ἀνέμοισιν ἐρίζεις;

Nonnus XX. p. 554. Ἀφραίνεις, Λυκόοργε, μάτην ἀνέμοισιν ἐρίζων.

vſ. 125.

> ἀλλά μοι Ἥρη
> ΔΑΨΙΛΕ'Σ ἠπείλησεν.

Si ullum, Vir egregie, vocis δαψιλὴς, in deteriorem partem uſurpatae, exemplum, quod Callimacheo ſimile ſit, ex uberrimis doctrinae Tuae copiis protuleris, nihil impedio, quo minus conjectura, quam proponam, ſpernatur, ac pro nihilo habeatur. Nondum enim mihi aut ſatis ſimilis, aut ad hanc lectionem vindicandam idoneus videtur locus Philonis de vita Moſis T. II. p. 82. quo nuper uſus eſt Cl. Abreſchius Lect. Ariſtaen. p. 137. δαψιλεστέρας μὲν αὐτοῖς ἀνίας, τῷ δὲ τιμωρίας ἐκπορίζοντες. Donec igitur certiora afferantur, legamus:

> ἀλλά μοι Ἥρη
> ΔΑΣΠΛΗ'Σ ἠπείλησεν.

Δασπλὴς Ἥρη, *atrox Juno* Virgilio Aen. I. 666. Furiae hoc epitheton tribuit Homerus Od. O. 234. eumque ſecuti, Euphorion apud Schol. Sophocl. ad Oed. Col. 673. & Or-

Orpheus Argon. 867. Charybdi Simonides apud Stobaeum S. 117. p. 599. Hecatae Theocrit. Eid. II. 14. Rheae poëta vetus apud Etym. M. p. 249. l. 6. καλοῦ δασπλῆτα κορυβός. Scribe: καλῶν δασπλῆτα Κορύβας. draconi Nicander Theriac. 609. Nonnus denique eandem vocem frequentavit de quavis re horribili & terrorem incutiente, ut IV. p. 134. XIV. p. 402. XV. p. 414. Sed, quod inprimis notandum est, idem XXX. p. 776. imitatione sua non obscure significat, se δασπλὴς in Callimacho legisse: Οὐδὲ χόλον δασπλῆτα καθαψαμένης φύγεν Ἥρης. Hesychius: ΔΑ'ΠΤΗΣ. δεινός. Lege, ΔΑΣΠΛΗ'Σ, & vide Interpretes ad v. Δασπλῆτις.

vs. 139.

φόβῳ δ' ὠρχήσατο πᾶσα
Θεσσαλίη.

Nonnus II. p. 42. ὠχρήσατο, *pallescebat*, videtur legisse: Γείτονες ὠχρήσαντο φόβῳ Παμφυλίδες ὄχθαι. nisi potius librarii error est. Nam ipse Nonnus alibi quoque ὀρχεῖσθαι pro *commoveri* dixit, XXI. p. 560. Νύσιος ἀμφιέλικτος Ἄραψ ὠρχήσατο πυθμήν. XXIV. p. 620. Καὶ δρύες ἐφθέγξαντο, καὶ ὠρχήσαντο κολῶναι. Rariorem verbi potestatem explicat Athenaeus, a multis laudatus, I. p. 21. A. quem descripsit Eustathius ad Od. Ψ. p. 1942.

vs. 152.

χάριτος δέ τοι ὄσσετ' ἀμοιβή.

Nonnus XVI. p. 450. χάριν δέ σοι εἵνεκα μόχθων Δώσω ἀμοιβαίην.

vs. 155.

Οὐ λιπαρὸν νήσσοισιν Ἐχινάδες ὅρμον ἔχουσαι.

Cur Callimachus Echinadum portum, refragante licet antiquitate, navibus recipiendis opportunum dixerit, diligenter quaerit Arnaldus Animadv. p. 37. Verum non est a poëta, tanquam a jurato teste, veritas exigenda. Sardinia, ut hoc utar, omnium vituperiis obnoxia fuit.
Tamen

Tamen hoc ipso Hymno vs. 20. ἱμερόεσσα vocatur; quod non temere mutem in ἠνεμόεσσα. Ceterum hunc locum expressit perpetuus Callimachi imitator, Dionysius vs. 616. Ἄλλαι δ' ἄλλοθι νῆσοι ἀπειρίτοι, αἱ μὲν ὑπ' ἀνδρῶν Ναιόμεναι, καὶ νηυσὶν ἐπήρατον ὅρμον ἔχουσαι. Erudite & ad Callimacheum locum apposite Phrynichus Arabius Προπαρασκευῇ Σοφιστικῇ MS. Ἀπαλὸς εὔπλους λιμήν. ὥσπερ Ὅμηρος τοὺς δυσόρμους λιμένας τρηχεῖς λέγει, οὕτως Κρατῖνος ἐπὶ τοῦ εὐόρμου τὸ ἀπαλὸν ἐξ ἐναντίου εἶπε Ubi tamen τρηχὺς λιμὴν apud Homerum occurrat, nescio.

vs. 176.

Ὀψιγόνοι Τιτῆνες ἀφ' ἑσπέρου ἐσχατόωντος.

Nonnus XLIV. p. 1150. Ὀψίγονοι Τιτῆνα ἐμοὶ θώρηξε Λυαίῳ.

vs. 177. 178.

Φρούρια καὶ κῶμαι Λοκρῶν, καὶ Δελφίδες ἀκταί,
Καὶ πεδία Κρισαῖα, καὶ ἠπείροιο πόληες.

In MSS. Veneto & Meermanniano vs. 177. nihil est, nisi Φρύρια καὶ Primus lacunam ex Codice suo supplevit Fr. Robortellus Annotat. I p. 148. ex quo Editores hoc supplementum receperunt. Cum Robortelliano MS. convenit meus. In versus sequentis fine Venetus & Meermannianus hanc lacunam habent, καὶ ἠπείροι. . . .. quam Robortellianus & meus sic expleverunt: καὶ ἠπείροιο Φάραγγος Ἀμφιπεριστείνονται.

vs. 182.

ἀπαυγάζοιντο φάλαγγες
Δυσμενέων.

Nonnus XIV. p. 408. Δυσμενέων δὲ φάλαγγας ἐκυκλώσαντο μαχηταί.

vs. 189.

Αἰνήσεις μέγα δή τι τὸν εἰσέτι γαστέρι μάντιν,

Vulgatam lectionem non solum libri veteres, in his Venetus & meus, confirmant, sed etiam Nonnus XLVII. p. 1244. ὑμετέρη δὲ Εἰσέτι γαστρὶ φέρουσα τεὸν τόκον ἄλλετο μήτηρ.

vs. 198.

Κυκλάδας ἐψομένη περιηγέας· ὥ τι παλαιὸν,
Ἀλλ' ἔτι τοι μετόπισθε Γεραίστιον ἄπλετο φῦκος.

Rariorem formulam, ὥ τι παλαιὸν, pro οὐ πάλαι, a Callimacho sumsit Oppianus Halieut. V. 459. ὥ τι παλαιὸν, ἐφ' ἡμετέρῃ δὲ γενέθλῃ.

vs. 200. 201.

[Ἔστης δ' ἐν μέσσησι. κατεικτείρασα δὲ Λητὼ,
Φῦκος ἄπαν κατέ] φλεξας· ἐπεὶ περικαίεο πυρί.

Uncis inclusa etiam desunt in MSS. Veneto & Meermanniano. Primus lacunam ex Codice suo sic supplevit Fr. Robortellus Annotat. I. p. 149. Ἔστης δ' ἐν μέσσησι, κατοικτείρασα δὲ Λητὼ, Φῦκον ἄπαν φλέξας, ἀπὸ περικαίεο πυρί. Idem supplementum in Codice meo sic scribitur: Ἔστης δ' ἐν μεσάτησι· κατῳκτείρασα δὲ Λητὼ, Φῦκος ἄπαν κατέφλεξας· ἐπεὶ περικαίεο πυρί.

vs. 204.

Ἔπιπες· ἡ δ' ἄρρητον ἄλης ἀπεπαύσατο λυγρῆς.

Anna Fabri conjicit: ἡ δ' ἀρρήτου ἄλης ἀπεπαύσατο λυγρῆς, ut ἄλη cum duplici epitheto sine copula jungatur. Sed sic legere non sinit consuetudo Callimachi. Est quidem in hujus Hymni vs. 242.

μηδ' ὅθι δειλαὶ
Δυσπαέες μογέουσιν ἀλετρίδες.

Sed ibi cum Lennepio malim:

μηδ' ὅθι δειλαὶ
Δυσπαέες μογέουσιν ἀλετρίδες.

MS.

MS. Venetus, ἡ δ' ἄϊστον ἄλης. Majore varietate Vossianus, ἡ δ' ἄλυζον ἄλης Ex his Codicum vestigiis Tu, summo Vir ingenio, dignam Callimacho lectionem extundes. Ego nihil, quod animum expleat, reperio.

vs. 219.

σὺ δὲ κρείουσα κάθησαι
Γειτίη Οὐλύμποιο.

κάθησαι cum dignitatis significatione proprie de domina dicitur. Aristophan. Pluto 533. Τὸν χειροτέχνην, ὥσπερ δέσποιν', ἐπαναγκάζουσα κάθημαι, Διὰ τὴν χρείαν, καὶ τὴν πενίαν, ζητεῖν ὁπόθεν βίον ἕξει. Qui locus non est sollicitandus. Ovid. Met. XIV. 261. *Ad dominam ducunt. pulcro sedet illa recessu, Sublimis solio.* Vide Dukerum de Latin. vet. JCtor. p. 410 Eandem dignitatem exprimit verbum *incedo.* Virgil. Aen. I. 46. *Ast ego, quae divom incedo regina, Jovisque Et soror & conjux.*

vs. 230.

Ἶξε θηρήτειρα παρ' ἴχνεσιν· οὔατα δ' αὐτῆς
Ὀρθὰ μάλ', αἰὲν ἑτοῖμα θεῆς ὑποδέχθαι ὁμοκλήν.

Venustissimum locum non imitatus, sed mutuatus est Tryphiodorus vs. 77. Οὔατα δ' ἀκροτάτοισιν ἐπὶ κροτάφοισιν ἄειρεν Ὀρθὰ μάλ', αἰὲν ἕτοιμα μένειν σάλπιγγος ἀκουήν. Nonnus V. p. 152. Ὄρθια ἐξυκέλευθον ἐπὶ δρόμον οὔατα τείνων. Vide Valckenarium nostrum ad Herodot. IV. 129.

vs. 234.

Οὐδ' ὅτε οἱ ληθαῖος ἐπὶ πτερὸν ὕπνος ἐρείσῃ.

Nonnus hinc arreptum πτερὸν ὕπνου pro *somno* ad ineptias usque frequentavit. XL. p. 1042. Τερψινόῳ ληθαῖον ἀμεργόμενοι πτερὸν ὕπνῳ Εὗδον. XLVIII. p. 1284. Νυμφιδίῳ ληθαῖον ἀμεργομένη πτερὸν ὕπνῳ. Plura loca adscribere, non est tanti.

vs. 249. 250.

Ἢ μὲν ἔφη. κύκνοι δὲ θεοῦ μέλποντες ἀοιδοὶ
Μηόνιον Πακτωλὸν ἐκυκλώσαντο λιπόντες
Ἑβδομάκις περὶ Δῆλον.

Quicunque cum Callimacho paulo familiarius consueverit, hunc locum corruptum esse, facile sentiat. Quam enim frigent μέλποντες ἀοιδοὶ? Quantillo intervallo vox ἀοιδοὶ repetitur? Equidem Tuum, Erneste, limatissimum, veterumque poëtarum lectione subactum ingenium testor, an unquam vulgata lectio se illi potuerit probare? Jam si, ut in vitio deprehendendo, sic in remedio adhibendo consentiamus, magnam hic consensus ad fidem conjecturae faciendam vim est habiturus. Ne multa; repono:

Ἢ μὲν ἔφη· κύκνοι δὲ θεοῦ μέλποντες ὀπηδοὶ
Μηόνιον Πακτωλὸν ἐκύκλωσαντο &c.

Aelian. H An. II. 32. Κύκνος, οἰπερῦσι καὶ θεράποντα Ἀπόλλωνος ἔφυσαι ποιηταί. XIV. 13. καὶ κύκνων γε μὴν Ἀπόλλωνι μὲν λατρευόντων. Θεράπων autem est ὀπαδὸς, λάτρις, δοῦλος, ἀκόλουθος. Sed inprimis huc referendus est locus Platonis, Socraticae suavitatis plenissimus, Phaedon. p. 387. F. τῶν κύκνων δοκῶ φαυλότερος ὑμῖν εἶναι τὴν μαντικὴν, οἳ ἐπειδὰν αἴσθωνται ὅτι δεῖ αὐτοὺς ἀποθανεῖν, ᾄδοντες καὶ ἐν τῷ πρόσθεν χρόνῳ, τότε δὴ πλεῖστα καὶ μάλιστα ᾄδουσι, γεγηθότες ὅτι μέλλουσι παρὰ τὸν θεὸν ἀπιέναι, οὗπερ εἰσὶ θεράποντες. & nonnullis interjectis: ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς ἡγοῦμαι ὁμόδουλός γε εἶναι τῶν κύκνων, καὶ ἱερὸς τοῦ αὐτοῦ θεοῦ Lucian. de Cygnis T. III. p. 89. Φασὶ γοῦν Ἀπόλλωνος παρέδρους αὐτοὺς ὄντας, ᾠδικοὺς ἀνθρώπους. Plura, quae ex Cicerone Tuo T. D. I. 30. aliisque hanc in rem congeri possent, sciens praetereo. Sic olim conjeci. Nunc mihi tanquam simplicius arridet:

Ἢ μὲν ἔφη· κύκνοι δὲ θεὸν μέλποντες ἀοιδαῖς,
Μηόνιοι Πακτωλὸν ἐκυκλώσαντο &c.

Apollon Rhod I. 1225. Ἄρτεμιν ἐννυχίῃσιν ἀεὶ μέλπεσθαι ἀοιδαῖς. II. 714. Αὐτὰρ ἐπειδὴ τόνγε χορείῃ μέλψαν ἀοιδῇ.

vs.

vſ. 261.

Χρυσῷ δὲ τροχόεσσα πανήμερος ἔρρεε λίμνη.

Dionyſius vſ. 987. Ἔστι δέ τις κατὰ μέσσα περίτροχος ὕδασι λίμνη.

vſ. 262.

Χρύσειοι δ' ἐκόμισσε γενέθλιοι ἔρνος ἐλαίης.

Hemſterhuſii correctionem ἐκόμησε Codex Venetus confirmat.

vſ. 274.

ὁ δὲ γλυκὺν ἔσπασε μαζόν.

Nonnus VIII. p. 262. Βάκχῳ μαζὸν ὄρεξε, τὸν ἔσπασεν ὑψιμέδων Ζεύς. Procopius περὶ τοῦ ἔαρος apud Grammaticum MS. Bibl. Sangerm. ὑπὸ τὴν θηλὴν ὑπέχει τὸ στόμα, καὶ ἐπισπᾶται τοῦ γάλακτος.

vſ. 279.

πᾶσαι δὲ χορὺς ἀνάγουσι πόληες.

Dionyſius vſ. 527. Ῥύσια δ' Ἀπόλλωνι χορὺς ἀνάγουσιν ἅπασαι.

vſ. 285.

Τηλόθεν ἐκβαίνοντα πολὺ πρώτιστα δέχονται.

Dionyſius vſ. 107. Τηλόθεν ἐρχομένην δέχεται πλημμυρίδα πόντου.

vſ. 292.

Οὖπίς τε, Λοξώ τε, καὶ εὐαίων Ἑκαέργη.

Has virgines Hyperboreas Dianae comites & miniſtras dat Nonnus XLVIII. p. 1266. Τόξα μὲν Οὖπις ἔδεκτο, καὶ ἰοδόκην Ἑκαέργη. εὐδρομίδας δὲ πεδῖλα ἀνελύσατο Λοξώ. ubi poſteriora ducta ſunt ex vſ. 237. hujus Hymni: Οὐδέποτε ζώνην ἀναλύεται, οὐδὲ ταχείας Ἐνδρομίδας. Ipſe Callimachus H. in Dian. 15. non Hyperboreis, ſed Creticis virgini-

 bus

bus hoc ministerium tribuit. Adde Nonnum V. p. 168. & Spanhem. ad h. l.

vs. 295.

Εὔμοιροι δ' ἐγένοντο, καὶ ἀκλέες οὔποτ' ἐκεῖνοι.

Convenit Pindarus Pyth. X. 34. 35. εὐδαίμων δὲ καὶ ὑμνητὸς οὗτος ἀνὴρ γίνεται σοφοῖς. Ceterum Spanhemius recte quidem castigat Annam Fabri, putantem, a Scholiaste non εὔμοιροι, sed εὔμιλποι lectum esse. Sed ipse multo gravius offendit in voce εὔμοιρος explicanda. Quis enim Graece doctus credat, εὔμοιρος significare *celebratus*, *laude mactatus?* Neque in exemplis, ab illustri viro allatis, quicquam caussae est, quare a vulgari notione *beati* ac *felicis* recedatur. Rhianus Epigr. inedito:

Παῖς Ἀσκληπιάδεω καλῷ καλὸν εἵσατο Φοίβῳ
Γοργὸς ἀφ' ἱμερτᾶς τοῦτο γέρας κεφαλᾶς.
Φοῖβε, σὺ δ' ἵλαος, Δελφίνιε, κοῦρον ἀέξοις
Εὔμοιρον λευκὴν ἄχρις ἐφ' ἡλικίην.

Sed dicam, quid & Annam & Spanhemium in errorem induxerit. Εὔφημοι, quod ad vocem εὐηχὴς, quae versu sequenti est, pertinet, perperam relatum est ad vocem εὔμοιροι. Huc igitur, mi Erneste, illud retrahe, una litera mutata εὔφημος scribens. Scholiastes, ut solet, glossulam sumsit ab Hesychio: Εὐηχές. εὔφωνον, εὔφημον. Haec tamen ratio nostra, quamvis perspicua & probabilis, non placet Fr. Oudendorpio ad Appulej. Met. I. p. 8. Item J. F. Heusingerus Emendation. Callimach. Periculo p. 15. in alia omnia discedit, Grammaticum, putans, verbis εὔμοιροι δ' ἐγένοντο adscripsisse Εὐφημισμός. Suo quisque sensu fruatur.

vs. 296 —— 299.

Ἤτοι Δηλιάδες μὲν, ὅτ' εὐήχης ὑμέναιος
Ἤθεα κουράων μορμύσσεται, ἥλικα χαίτην
Παρθενικαὶ, παῖδες δὲ θέρος τὸ πρῶτον ἰούλων
Ἄρσενες ἠιθέοισιν ἀπαρχόμενοι φορέουσιν.

Ἤθεα recte accipiuntur pro *thalamis*, *habitaculis*, *sedibus* con-

consuetis. Hesiodus Ἔ. καὶ Ἡμ. 523. Ἔν τ' ἀπύρῳ οἴκῳ καὶ ἐν ἤθεσι λευγαλέοισιν. Apollon. Rhod. II. 1242. χῶρόν τε καὶ ἤθεα κεῖνα λιποῦσα. Vide Gisb. Koenium ad Gregor. de Dialect. p. 236. Mox H. Stephanus felicissime correxit:

ἥλικα χαίτην
Παρθενικαῖς, παῖδες δὲ θέρος τὸ πρῶτον ἰούλων
Ἄρσενες ἠιθέοισιν ἀπαρχόμενοι φορέουσι.

Quam emendationem non solum ipsa ratio postulat, sed etiam Codicis Regii auctoritas confirmat Est sane tam liquida & certa, ut jure Reiskius Animadv. ad Callim. p. 741. Editoribus, qui eam recipere dubitarint, graviter irascatur. Deliae virgines comam dedicant Boreae filiabus: Delii juvenes primam barbam juvenibus, Boreae filias ad Delum deducentibus. Haec Callimachea ob oculos habuit Apollonides Anthol. I. 26. p. 51. Ἠδὺ παρηΐδων πρῶτον θέρος ἤματι τούτῳ Κείρεο, καὶ γενύων ἠιθέους ἕλικας, Γάϊε· σὸν δὲ πατὴρ χερὶ δέξεται εὐκτὸν ἴουλον Λεύκιος, αὐξομένου πουλὺν ἐς ἥλιον. Ἥλικα χαίτην hinc etiam Nonnus XIII. p. 356. sumsit. Theodoridas Anthol. VI. 22. p. 573. Ἄλικες αἵτε κόμαι, καὶ ὁ κρώβυλος. ubi vide Jo. Brodaeum, Callimachi nostri haud oblitum.

vs. 316.

τίς δέ σε ναύτης
Ἔμπορος Αἰγαίοιο παρήλυθε νηὶ θεούσῃ;

Nonnus IX. p. 254. Σοὶ πίσυνος πλεύσειε φιλέμπορος εἰν ἁλὶ ναύτης.

vs. 322.

καὶ πρέμνον ὀδακτάσαι ἁγνὸν ἐλαίης.

Nonnus V. p. 168. Πρέμνον ἐς ἀγχικέλευθον ἀείδραμον ἁγνὸν ἐλαίης.

vs. 324.

Παίγνια κουρίζοντι καὶ Ἀπόλλωνι γελαστύν.

Nonnus XXV. p. 652. ἀλλὰ Λυαίῳ Παίγνια κουρίζοντο σύες

καὶ

καὶ φῦλα λεόντων. ex quo loco corrigendus alter IX. p. 256. Παίγνια κυφίζοντι διδασκομένῳ Διονύσῳ.

H. in Lav. Pallad. 9. 10.

Ἀλλὰ πολὺ πράτιστον ὑφ' ἅρματος αὐχένας ἵππων
Λυσαμένα, παγαῖς ἔκλυσεν Ὠκεανῶ
Ἱδρῶ καὶ ῥαθάμιγγας.

Expressit Propertius II. 14. 12. *Illum saepe suis decedens fovit in ulnis, Quam prius abjunctos sedula lavit equos.* Nonnus XLII. p. 1078. Καὶ κόνιν ἐξετίναξε, καὶ ἔκλυσεν ὕδατι πηγῆς.

vs. 17.

Οἴσετε, μηδὲ κάτοπτριν.

MSS. Vossian. Venetus & meus recte κάτοπτρον. Insolens forma κάτοπτρις non tam diu tolerari debebat.

vs. 21. 22.

Κύπρις δὲ διαυγέα χαλκὸν ἑλοῖσα,
Πολλάκι τὰν αὐτὰν δὶς μετέθηκε κόμαν.

Nonnus V. p. 174. Καί ποτε χαλκὸν ἔχουσα διαυγέα τέρπετο κούρη Κάλλεος ἀντιτύποιο δικασπόλος. ubi ex Callimacho scribe ἑλοῦσα. XLII. p. 1082. Οὐ χροὸς ἀντιτύποιο διαυγέι μάρτυρι χαλκῷ. Quibus locis etiam Spanhemius usus est. Magis pueriliter Nonnus cum Callimacho certavit in iis, quae mox sequuntur: καὶ οὐ τεχνήμονι θεσμῷ Πολλάκις ἰσάζουσα παρ' ὀφρύσιν ἄκρα κομάων, Πλαζομένης ἔστησε μετήλυδα βότρυν ἐθείρης.

vs. 40.

Κρεῖον δ' εἰς ὄρος ᾠκίσατο,
Κρεῖον ὄρος.

Tales repetitiones optimis poëtis usitatae sunt. Homerus Il. X 127. ἅτε παρθένος ἠΐθεός τε, Παρθένος ἠΐθεός τ', ὀαρίζετον ἀλλήλοισιν. ubi vide Clarkium. Callimach. H. in Dian. 33. Τρὶς δέκα τοι πτολίεθρα καὶ οὐχ ἕνα πύργον ὀπάσσω, Τρὶς δέκα τοι

τοι πτολίεθρα. Dionyſius vſ. 633. τὸν δ' ἐς βορέην ὁρόωντα, Ἐς βορέην ὁρόωντα, καὶ ἐς λίβα. γείτονα πόντου Εὐξείνου. Cicero de Divin. I. 8. *Et matutinis acredula vocibus inſtat, Vocibus inſtat, & aſſiduas jacit ore querelas.* Ovid. Met. XII. 172. *Corpore non laeſo, Perrhaebum Caenea vidi, Caenea Perrhaebum.* Sed Callimachi locus illis exemplis ſimilis foret, ſi κρήνου ἐς ὄρος ſcriptum eſſet. Equidem vereor, ne alia lectio, quam nunc reperire non poſſum, ſub illis verbis lateat.

vſ. 71 — 74.

Ἵππω ἐπὶ κράνᾳ Ἑλικωνίδι καλὰ ῥεοίσᾳ
Λῶντο· μεσαμβρινὰ δ' εἶχ' ὄρος ἀσυχία.

Quis aliquid amplius ad ſententiam perficiendam requirat? Tamen, quaſi quid deeſſet, diſtichon ταυτολογον, minusque concinnum ſubjicitur:

Ἀμφότεραι λῶντο, μεσαμβριναὶ δ' ἔσαν ὧραι·
Πολλὰ δ' ἀσυχία τῆνο κατεῖχεν ὄρος.

quod, profecto miror, duos homines ſagaciſſimos, Tanaqu. Fabrum & Rich. Bentlejum emendare, quam prorſus tollere, maluiſſe. Nam luce clarius eſt, eos verſus undecunque temere in contextum eſſe intruſos. Cui ſententiae noſtrae grave pondus accedit a magni Hemſterhuſii conſenſu. Jo. tamen Schradero, V. C. mendum in hoc loco reliquiſſe videmur. Audiamus ipſum magnifice loquentem Praef. ad Emendat. p. 19. „ Quid? „ ipſe Callimachus, a tot hominibus eruditis & ſagaci- „ bus curatus, etiam nunc talibus vitiis contaminatus „ eſt; ut in Lav. Pallad. vſ. 70. Ut enim ἡμερινὸς, ſic „ μεσαμβρινὸς, tertia ſyllaba brevi, poëtae ſemper eſſe- „ runt. Equidem vix oculos in verſus conjeceram, „ cum vidi Callimachum ſcripſiſſe: Λῶντο· μεσαμέρια δ' „ εἶχ' ὄρος ἀσυχία". Enimvero errat vir metricae rei peritiſſimus, &, dum alios reprehendit, ſuomet ipſe exemplo docet, quam facile ſit in talibus falli. Oppianus Cyneg. I. 298. Καί τε μεσημβρίην δίψης δριμεῖαν ἐνισπεῖν. II. 17. Θῆρας ἕλε ξυλοχῇσι μεσημβριοῖο δρόμοιο. Synesius Analect. Brunck. T. II. p. 449. Κλεινὰ μεσημβριῆς κέντρα συνηλύ-

λύσιας. Sic in θαμινὰ, ὀπωρινὸς, ὀρθρινὸς, & aliis ejusdem formae, penultima modo contrahitur, modo porrigitur. Vide Clarkium ad Homer. Il. Ε. 5. Eodem errore Barnesius in Homeri H. in Mercur. 44. edidit: ὅν τε θαμειαὶ ἐπιστρωφῶσι μέριμναι. cum omnes libri recte habeant: ὅς τε θαμιναὶ ἐπιστρωφῶσι μέριμναι. Minori versui Callimachi similis est ille Apollonii Rhod. IV. 1249. εὐκήλῳ δὲ κατείχετο πάντα γαλήνῃ.

vs. 78.

ἐκ ἐθέλων δ' εἶδε τὰ μὴ θέμιδες.

Vox θέμιδες a MS. Veneto abest. Placet mihi correctio G. Koenii ad Gregor. de Dialect. p. 118. εἶδε τὰ μὴ θεμιτ' ἦς. scil. ἰδεῖν.

vs. 93. 94.

Ἀ μὲν ἐπ' ἀμφοτέραισι φίλοι περὶ παῖδα λαβοῖσα
  Μάτηρ μὲν γοερῶν οἶτον ἀηδονίδων.
Ἄγε, βαρὺ κλαίοισα.

MSS. Venetus & meus ἐπ' vs. 93. omittunt. Sequenti versu Fr. Robortellus Annotat. l. p. 149. in Cod. suo οἶκτον pro οἶτον scriptum reperit. Corruptela loci tam manifesta est, ut ne mediocriter quidem attentum fallere possit. Itaque eam diversis modis tollere instituerunt Arnaldus Animadv. p. 79. & Thom. Bentlejus. Illud Tibi, Vir eximie, affirmare non dubito, me, si minus Callimachi manum (quam quis in hac conjecturali arte praestet?) certe aliquid, cujus Callimachum poenitere non debeat, daturum. Lege:

Ἀ μὲν ἐπ' ἀμφοτέραις σιφλὸν περὶ παῖδα λαβοῖσα
  Μάτηρ, αἰνογόωι οἶτον ἀηδονίδων.
Ἄγε, βαρὺ κλαίοισα.

Etymol. M. p. 714. l. 56. Σιφλὸς κυρίως, ὁ ἐστερημένος τοὺς ὀφθαλμοὺς· καταχρηστικῶς δὲ, καὶ ἐπὶ ἄλλου μέρους σώματος. Hesychius: Σιφλόν. κακὸν, ἐπίμωμον, πηρόν. Contractum est ex σίπαλος, ejusdem potestatis nomine. Vetus poëta apud Etym. M. p. 714. l. 15. Ἀλλὰ σὺ μὲν σίπαλός τε

καὶ

καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἴφυλος. Vide Lycophron. vſ. 1134. Apollon. Rhod. I. 204. & ibi Schol. Oppianum Halieut. III. 183. Sed de στφλὴν nunc cum nemine contenderim. Nec in hac conjectura acquieviſſe videtur amiciſſimus Valckenarius ad Theocrit. Adoniaz. p. 309. ſic legendum conjiciens: Πάχεσιν ἀμφοτέροισι φίλον περὶ παῖδα λαβοῖσα Μάτηρ μὲν γοερῶν οἶκτον ἀηδονίδων Ἄγε, βαρὺ κλαίοισα. Thom. Bentlejum, negantem, ἄγε cum οἶτον conjungendum eſſe, refelles ex Nicaeneto apud Parthen. Erot. cap. 11. Αὐτὴ δὲ γνωτὴ ὀλολυγόνος οἶκτον ἔχουσα Βιβλὶς ἀποπρὸ πυλῶν Καύνου ὠδύρατο νόστον. vel ex ipſo poëtarum parente, Il. I. 559. Μήτηρ ἀλκυόνος πολυπενθέος οἶτον ἔχουσα, Κλαῖε.

vſ. 114.

ἀλλ' αὐταὶ τὸν πρὶν ἄνακτα κύνες
Τουτάκι δειπνήσοῦντι.

Nonnus V. p. 158. de eodem Actaeone: ἀλλοφυῆ δὲ Οὐκέτι τὸν πρὶν ἄνακτα κύνες μάθον. Ibid. p. 166. Δεῖπνον ἐμῶν σκυλάκων γενόμην.

vſ. 115.

τὰ δ' υἱέος ὀστέα μάτηρ
Δεξεῖται.

Plerique Codices, in his Robortelli Annotat. I. p. 150. Venetus & meus, λεξεῖται. Veriſſime. Et ſic legit Nonnus V. p. 172. Ὀστέα δ' ἔνθα καὶ ἔνθα χυτῇ μεμερισμένα γαίῃ Λείψανα πεπτηῶτα μόγις συνελέξατο μήτηρ.

vſ. 117.

Ὀλβίσταν ἐρέει σε καὶ εὐαίωνα γενέσθαι.

Nonnus VI. p. 182. XXXI. p. 784. Ὀλβίστην ἐνέπω σε.

vſ. 123.

Γνωσεῖται δ' ὄρνιθας, ὃς αἴσιος.

Nonnus XXXIII. p. 840. Αἴσιον ὄρνιν ἔχεις με τεῆς ἀλύτοιο κορείης.

vs. 135. 136.

Ἀλλὰ Διὸς κορυφά. κορυφὰ Διὸς οὐκ ἐπινεύει
Ψεύδεα. . . . . ἁ θυγάτηρ.

Haec lacuna est in plerisque libris antiquis, nisi quod MS. Venetus cum paucis aliis totum vs. 136. omittit, & Meermannianus cum Editione prima tantum habet θυγάτηρ. In recentioribus libris lacuna aliter ab aliis expletur, ut in Codice meo: Ἀλλὰ Διὸς κορυφά. κορυφὰ Διὸς οὐκ ἐπινεύει Ἔμπεδον, ὡς δ᾽ οὕτως ᾧ κεν οἷα θυγάτηρ. A quo supplemento vix differt quod ex MS. suo protulit Fr. Robortellus Annotat. I. p. 149. Ἀλλὰ Διὸς κορυφά. κορυφὰ Διὸς ᾧ κ᾽ ἐπινεύει Ἔμπεδον ὡσαύτως, ᾧ κεν οἱ ἁ θυγάτηρ.

H. in Cerer. vs. 11.

Ἔς τ᾽ ἐπὶ τὼς μέλανας.

Aethiopes μέλανας vocat imitatione Hesiodi Ἔ. καὶ Ἡμ. 525. Ἀλλ᾽ ἐπὶ κυανέων ἀνδρῶν δῆμόν τε πόλιν τε Στρωφᾶται. Dionys. vs. 586. Μέσφ᾽ ἐπὶ κυανέους νοτίην ὁδὸν αὖτις ἐλάσσῃ. Nonnus XIV. p. 402. Εἰς ἐνοπὴν δ᾽ ἠῷος ἔβη θεὸς ὕβριν ἐλαύνων Ἀνδρῶν κυανέων.

vs. 12.

Οὐ πίες οὔτ᾽ ἄρ᾽ ἔδες τῆνον χρόνον, οὐδ᾽ ἐλοέσσω.

Quis dubitet, quin Tu, acerrimi Vir ingenii, jam dudum hunc versum obelo confoderis; si versus dicendus est puerilis glossa, margini olim adscripta ad interpretandum vs. 17. Αὐσαλέα, ἄποτός τε καὶ οὐ φάγες, οὐδ᾽ ἐλοέσσω quem solum Callimacho dignum judico. Sophocles Ajac. 325. Ἄσιτος ἀνὴρ, ἄποτος, ἐν μέσοις βοτοῖς Σιδηροκμῆσιν.

vs. 13.

Τρὶς μὲν δὴ διέβης Ἀχελώϊον ἀργυροδίναν.

Dionysius vs. 433. Τοῦ διὰ μέσσου Σύρεται ὁλκὸν ἄγων Ἀχελώϊος ἀργυροδίνης.

vs.

vſ. 15. 16.

Τρὶς δ᾽ ἐπὶ καλλίστης νήσου δράμεις ὄμφαλον Ἔνναι,
Τρὶς δ᾽ ἐπὶ Καλλιχόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαο Φρητί.

Hi quoque verſus & lacuna notabiles ſunt, & ſciolorum interpolatione. In MSS. Veneto, Meermanniano, & Robortelli Annotat. I. p. 150. totus verſus 15. deſideratur. Verſu 16. Venetus tantum habet: Τρὶς δ᾽ ἐπὶ καλλι... ut Editio prima. Meermannianus: Τρὶς δ᾽ ἐπὶ Καλλιχόρῳ χαμάδις ἐκαθίσσαο Φρητί. ut nunc editur. Robortellianus: Τρὶς δ᾽ ἐπὶ καλλίστῃ Σικελῶν πόλιν ἤλυθες Ἔνναι. Ab his omnibus meus Codex diſcrepat, binos verſus ſic exhibens, ordine mutato: Τρὶς δ᾽ ἐπὶ Καλλιχόροιο χαμάδις ἐκαθίσαο Φρητὶ, Τρὶς δ᾽ ἐπὶ καλλίστῃ Σικανῶν πόλιν ἤλυθες Ἔνναι.

vſ. 19.

Κάλλιον, ὡς πολίεσσιν ἐαδότα τέθμια δῶκε.

Venetus & meus cum lacuna: Κάλλιον, ὡς πτολίεσσιν ἐα. . . . .

vſ. 23. 24.

Κάλλιον, ὡς, ἵνα καί τις ὑπερβασίας ἀλέηται,
Θήκατο βωπείνα Τριόπεω γόνον οἰκτρὸν ἰδέσθαι.

Uterque verſus, excepta voce ὑπερβα. . . deeſt in MS. Veneto. Meermannianus verſum 23. habet: at in verſu 24. nil niſi verbum ἰδέσθαι. Ab omnibus abit Codex meus: Κάλλιον, ὡς, ἵνα καί τις ὑπερβασίας ἀλεείνῃ, Θήκατο Τριοπίδην ἐχθρὸν καὶ οἰκτρὸν ἰδέσθαι ubi forte interpolator pro ἐχθρὸν, αἰσχρὸν ſcripſerat. Sic Grammatici pro ſuo quisque captu veterem lacunam explerunt. Haec dum ſcribebam, ad me perfertur Bibliothecae Matritenſis Catalogus, a Joanne Iriarte confectus, quem diu & cupide exſpectaram. In eo bini Callimachi Codices p. 89. & 499. recenſentur, ſed iisdem, quibus libri noſtri, lacunis foedati. Horum alter etiam in lacunae ſuſpicionem vocat H. in Dian. 90. 91.

Τὶν δ᾽ ὁ γυνηήτης δύο μὲν κύνας ἥμισυ πηγὰς,
Τρεῖς δὲ παρουατίας, ἵνα δ᾽ αἰόλον.

ubi manu veteri notatum eſt: Λεῖπε. Scilicet librarius verbum, a quo accuſativus κύνας πηγὰς pendeat, deſideravit, durum judicans, ἔδωκε ex verſu 94. aſſumère. Ego vero nihil quicquam deeſſe arbitror, dummodo unius literae mutatione legatur:

Τὶν δ' ὁ γεννήτης δύο μὲν κύνας ἥμισυ πηγὰς,
Τρεῖς δὲ πέρ' ὑατίης, ἵνα δ' αἴθλον.

vſ. 26. 27.

ἄλσος ἐποιήσαντο Πελασγοὶ
Δένδρεσιν ἀμφιλαφές· διά κεν μόλις ἦλθεν ὀϊστός.

Valckenarius ad Theocrit. Adoniaz. p. 214. pro ἦλθεν bene corrigit ἦνθεν. Cum hac autem diſerta Callimachi brevitate compares ſtultam & obſcuram Nonni loquacitatem XXI. p. 574. Ἦν δέ τις αὐτόθι χῶρος εὔσκιος· ὁππόθι πυκνοῖς Ἔρνεσι παντοίοισιν ἐμιτρώθη ῥάχις ὕλης Εὐρυτενὴς, καὶ κοῖλον ἔην σπέος· ἱπτάμενος δὲ Οὔ ποτε δένδρεα κεῖνα κατέγραφεν ἰὸς ἀλήτης, Εἴ τις ὀϊστεύσειε.

vſ. 34. 35.

Σεύατ' ἔχων θεράποντας ἐείκοσι, πάντας ἐν ἀκμᾷ,
Πάντας δ' ἀνδρογίγαντας, ὅλαν πολιν ἄρκιοι ἆραι.

MS. Venetus cum aliis, ἄρκιος, ut correxit Fr. Nanſius ad Nonni Paraphr. p. 124. Pro eo ſi, mutato accentu, ἀρκίος, Dorice pro ἀρκίως, ſcripſeris, veram poëtae manum, quae nec Reiskium fefellit, habebis. De hoc accuſativo Dorico vide G. Koenium ad Gregor. de Dialect. p. 148. Πόλιν ἆραι non eſt *exſcindere*, ſed *humeris tollere*, *ferre*. Quod ſatis intelligitur ex loco Euripidis, quem Callimachus expreſſit, Phoeniſſ. 1138. Γίγας ἐπ' ὤμοις γηγενὴς ὅλην πόλιν Φέρων, μοχλοῖσιν ἐξανασπάσας βίᾳ.

vſ. 47. 48.

Τέκνον, ὅτις τὰ θεοῖσιν ἀνειμένα δένδρεα κόπτεις,
Τέκνον ἐλίνυσον, τέκνον πολύθεστε τοκεῦσι,
Παύεο.

Ex

Ex hoc loco colorem duxit Zonas Anthol. I. 20. p. 40. Ὦνερ, τῶ βαλάνων τὰν ματέρα φείδεο κόπτειν, Φείδεο· γηραλέαν δ' ἐκκεράϊζε πίτυν. item Nonnus I. p. 46. Ὑλοτόμοι τάδε δένδρα παρέλθετε, μὴ φυτὰ Δάφνης Τέμνετε δειλαίας τετμημένα, φείδεο τίκτων.

vs. 52.

ὑποβλέπει ἄνδρα λέαινα
Ὠμοτόκος.

Nonnus XV. p. 424. Ὠμοτόκου στόμα λάθρον ὑπεκνυζῶτο λεαίνης.

vs. 55.

Ταῦτα δ' ἐμὸν θασεῦ στεγανὸν δόμον.

Codex Venetus non θασεῦ habet, ut in ejus Collatione Lipsiae edita dicitur, sed θέσ. Vide Koenium ad Gregor. de Dialect. p. 101.

vs. 57.

Νέμεσις δὲ κακὰν ἐγράψατο φωνάν.

Ad hunc locum explicandum nihil aptius est erudita glossa Hesychii: Σκυτάλαι. πίνακες, ἐφ' οἷς ἡ Δίκη γράφει τὰ τῶν ἀνθρώπων ἁμαρτήματα.

vs. 59.

Ἴθματα μὲν χέρσω, κεφαλὰ δέ οἱ ἅψατ' Ὀλύμπω.

Nonnus XXIX. p. 759. Καὶ ἥψατο χερσὶν Ὀλύμπου, Καὶ χθονὸς ταρσὸν ἔπηξε. Vide dicta ad Homeri H. in Cerer. 188.

vs. 68.

μεγάλᾳ δ' ἐρεύγετο λιμῷ.

Nonnus XXVI. p. 682. χρονίῳ δ' ἐρεύγετο λιμῷ.

vs. 71. 72.

Τόσσα Διώνυσον γὰρ ἃ καὶ Δάματρα χαλέπτει.
Καὶ γὰρ τᾷ Δάματρι συνωργίσθη Διόνυσος.

Ho-

Horum verſuum poſterior tam certis indiciis falſi tenetur, ut mirandum ſit, eum tam longo temporis intervallo indeprehenſum latere potuiſſe. Sed abeat jam tandem, unde pedem intulit, aut ſibi patronum quaerat aliquem eorum, qui plus ex librariorum auctoritate, quam ex ratione, pendeant. In Te certe, Erneſte, nihil reperiet praeſidii.

vſ. 87.

Ἠ ἵππιον ἐξ ἵππων, ἢ ἐν Ὄθρυϊ ποίμνι' ἀριθμοῖ.

Elegans eſt Codicis Voſſiani lectio: ἢ ἐν Ὄθρυϊ ποίμνι' ἀμέλγει. Cui tamen vulgata non eſt poſthabenda. Coluthus vſ. 102. 103. Ποιμαίνων δ' ἑκάτερθεν ἐπὶ προχοῇσιν Ἀναύρου Νόσφι μὲν ἀγρομένων ἀγέλην πεμπάζετο ταύρων. ubi vide Dorvillium. Sed forte, transpoſitis literis, ſcribendum:

Ἠ ἵππιον ἐξ ἵππων, ἢ ἐν Ὄθρυϊ ποίμνι' ἀμιθρεῖ.

Quo modo etiam correxerat ὁ κριτικώτατος Valckenarius. Nam, teſte Suida, (Fr. Bentl. 339.) Callimachus pro ἀριθμῆσαι dixit ἀμιθρῆσαι. Nec is tamen ſolus, ſed etiam Phoenix Colophonius apud Athen XII. p. 530. F. ubi vide Caſaubonum, & Simonides apud Etymol. M. p. 83. l. 42. Hanc conjecturam multis annis poſt confirmatam reperi a MS. Veneto, in quo eſt ἀμι . . .

vſ. 88.

Εὐδόμυχος δ' ἤπειτα πανάμερος εὐλαπινασταὶς
Ἦθει μυρία πάντα.

Nonnus VIII. p. 242. Εὐδόμυχος οἷο Κάδμος ἀλυσκάζει πάτον ἀνδρῶν, Αἰδόμενος ναέτῃσι φανήμεναι.

vſ. 94.

καὶ ὀσία μῶνον ἔλιφθεν.

Nonnus V. p. 168. Ὄψιαι ὀσία μῶνα τεῆς ἔτι λείψανα φορβῆς.

vſ.

vſ. 98.

Τοῖα τὸν οὐκ ἀΐοντα Ποσειδάωνα χαλιστρέων.

Nonnus XXIV. p. 632. Εἶπε τὸν οὐκ ἀΐοντα κινυρομένη παρακοίτην.

vſ. 122.

ἃς ἀμῖν μεγάλα θεὸς εὐρυάνασσα.

Huc reſpicit Heſychius: Εὐρυάνασσα. ἡ Δημήτηρ. Sic enim pro εὐάνασσα bene corrigit J. Pierſonus Veriſim. II. 10. p. 254.

vſ. 135.

ἐν δ' ὁμονοίᾳ,
Ἔν τ' εὐηπελίᾳ.

Ut reliqui meliores libri, ſic etiam Venetus & meus habent εὐηπελίᾳ· de qua voce, praeter Bentlejum ad h. l. videndus Valckenarius Diatrib. in Euripid. cap. XXV. p. 283.

vſ. 137.

Φέρβε βόας, φέρε μᾶλα, φέρε στάχυν, οἶσε θερισμόν.

Sic eſt in Veneto. At in meo: Φέρβε βόας, φέρβε μᾶλα, φέρβε στάχυν, οἶσε θερισμόν. ut veteres Editiones habent. Pro ſcriptura φέρβε μῆλα laudari poterat imitator, Dionyſius vſ. 922. Μῆλά τε φερβέμεναι, καὶ δένδρεσι καρπὸν ἀέξειν. Sed verum eſt φέρε μᾶλα. Vide Cel. Valckenarium ad Schol. Euripid. Phoeniſſ. 802. Mox MS. Venetus: ἐν δὲ ἄροτ', ἐκεῖνος ἀμάσσοι.

Haec habui, quae ſuper Callimachi Hymnis Tecum, Vir eximie, communicarem. Sequuntur Epigrammata.

Epigr. II. 3.

ὁσσάκις ἀμφότεροι
Ἥλιον ἐν λίσχῃ κατεδύσαμεν.

Haec, praeter alios, imitatus eſt Ariſtaenet. I. 24. καταδύσειν μοι δοκεῖ τὸν ἥλιον ἐπὶ τῷ μήκει τοῦ λόγου. ubi vide Abreſchium.

Epigr. II. 5.

Αἱ δὲ τεαὶ ζώοντι ἀηδόνες.

Apud Hesychium reperio: Μεληδόνες. ᾠδαί. quod, ni fallor, ex diversa hujus loci lectione fluxit.

Epigr. X.

Τῇδε Σάων ὁ Δίκωνος Ἀκάνθιος ἱερὸν ὕπνον
Κοιμᾶται. θνάσκειν μὴ λέγε τὼς ἀγαθώς.

Haec sua fecit auctor epigrammatis non invenusti apud Sponium Misc. erud. antiq. p. 369. Καὶ λέγε Πωπιλίον εὕδειν, ἄνερ. ὐ θεμιτὸν γὰρ θνήσκειν τὼς ἀγαθὼς, ἀλλ' ὕπνον ἡδὺν ἔχειν.

Epigr. XII.

Σύντομος ἦν ὁ ξεῖνος, ὁ καὶ τάφος. οὐ μακρὰ λέξω·
Θῆρις Ἀρισταίου, Κρὴς, ὑπ' ἐμοὶ, δολιχόν.

Est imitatio Simonidis Anthol. III. 2. p. 284. Εἶπον, τίς, τίνος ἐσσὶ, τίνος πατρίδος. τί δὲ νικῇς; Κάσμυλος, Εὐαγόρου, Πύθια πὺξ, Ῥόδιος. Quo minus dubitari debet, quin in δολιχὸν supplendum sit νικήσας, ut victor in curriculo longo intelligatur. Lapis apud Murator. p. 649. Σάμιχος Ἐπαινέτου Λαρυμνεὺς παίδων τῶν πρεσβυτέρων δολιχόν. Vide Dorvillium ad Charit. p. 310. Bene autem N. Heinsius hoc epigramma comparavit cum Ovidianis, hinc ductis, Amor. II. 6. 59. *Ossa tegit tumulus: tumulus pro corpore parvus: Quo lapis exiguus par sibi carmen habet.*

Epigr. XV. 1.

Δαίμονα τίς δ' εὖ οἶδε τὸν αὔριον;

Jo. Brodaeus ad hoc epigramma sic scribit: „ Hoc ad Simonidem spectat, qui αὔριον δαίμονα finxit. „ Sine dubio respexit locum Menandri Rhetoris p. 595. πεπλασμένοι δὲ ὕμνοι, ὅταν αὐτοὶ σωματοποιῶμεν καὶ θεὸν, καὶ γονὰς θεῶν ἢ δαιμόνων, ὥσπερ Σιμωνίδης αὔριον δαίμονα κέκληκε.

Epigr. XXVI. 4. 5.

Νῦν δ' ὁ μὲν ἄλλης δὴ θέρεται πυρὶ, τῆς δὲ ταλαίνης
Νύμφης, ὡς Μεγαρέων, ἐ λόγος, ἔτ' ἀριθμός.

Sic interpolavit Planudes, consilio meliore, quam eventu. Nam Codex Palatinus Callimachi manum conservavit:

Νῦν δ' ὁ μὲν ἀρσενικῷ θέρεται πυρί.

Epigr. XLIV.

Εἰ μὲν ἑκὼν, Ἀρχῖν', ἐπεκώμασα, μυρία μέμφου·
Εἰ δ' ἄκων ἥκω, τὴν προπέτειαν ὅρα.
Ἄκρητος καὶ ἔρως μ' ἠνάγκασεν, ὧν ὁ μὲν αὐτῶν
Εἷλκεν, ὁ δ' ἐκ εἴα σώφρονα θυμὸν ἔχειν.
Ἐλθὼν δ' ἐκ ἐκέησα· τίς ἢ τίνος; ἀλλ' ἐφίλησα
Τὴν φλιήν. εἰ τῦτ' ἔς' ἀδίκημ', ἀδικῶ.

Cum versu 3. & 6. convenit Euripides Auge apud Stob. Tit. XVII. p. 164. Νῦν δ' οἶνος ἐξέςησέ μ'. ὁμολογῶ δέ σε Ἀδικεῖν, τὸ δ' ἀδίκημ' ἐγένετ' ἐχ ἑκέσιον. Quanquam Jo. Piersonus mihi scripsit, illos versus, ob numeros solutiores, non Tragici videri, sed Comici cujusdam. In Stobaeo autem quoties erratum sit in scriptorum nominibus, nemo nescit. Plautus Aul. IV. 10. 14. A. *quid tibi meam, me invito, tactio est?* B. *Quia vini vitio atque amoris feci.* Callimachum more suo expressit Propert. I. 3. 13. *Et, quamvis duplici correptum ardore juberent Hac Amor, hac Liber, durus uterque Deus.* Mitto similia Terentii, Ovidii, & aliorum.

Epigr. XLV. 3. 4.

τὰ δὲ ῥόδα φυλλοβολεῦντα
Τἀνδρὸς ἀπὸ σεμάτων πάντ' ἐγένοντο χαμαί.

Dorvillius ad Chariton. p. 329. rescripsit: Τἀνδρὸς ἀπὸ κροτάφων πάντ' ἐχέοντο χαμαί. Recte ἐχέοντο, secus κροτάφων. Nam verissimam lectionem esse σεφάνων, quam Athenaeus habet XV. p. 669. D. ex Propertii imitatione intelligitur, II. 12. 51. *Ac veluti folia arentes liquere corollas, Quae passim calathis strata natare vides.*

Epigr. XLVI.

Ἔστι τι, ναὶ τὸν Πᾶνα, κεκρυμμένον, ἔστι τι ταύτῃ,
Ναὶ μὰ Διώνυσον, πῦρ ὑπὸ τῇ σποδιῇ.

Expressit Horatius II. Carm. 1. 7. *incedis per ignes Suppositos cineri doloso.* Eundem locum ob oculos habuit Tryphiodorus vs. 385. φωλειὸν δ' ὑπὸ δώμασι κευθόμενον πῦρ.

In Codice Bibliothecae Matritensis p. 89. hoc epigramma Callimacho tribuitur, quod incerti poëtae est Anthol. III. 12. p. 339.

Εὐξίθεος Τρύτωνος ἐπ' οὐκ ἀγαθαῖς ἐλοχεύθη
Κληδόσιν· οὐ γὰρ ἂν ᾤχετ' ὤλετο δαιμονίῃ
Ἀρτιτοκος. τὰ δὲ πολλὰ κατήγαγεν ἐν βρέφος ᾅδην
Σὺν κείνῃ. δεκάτην δ' οὐχ ὑπερῆρεν ἔω.

Sed plura aliena in illo Codice Callimacheis admixta sunt, velut hoc distichon:

Ἀγκαλοῦ νιέ. φίλος δὲ καὶ ἐν ξείνῃ κεκάλυψαι
Πὰρ τόδε Πρωτέος κράσπεδον αἰγιαλοῦ.

quod est pars epigrammatis Dionysii Cyziceni in Eratosthenem Anthol. III. 33. p. 420. nec ab Iriarte pro inedito dari debebat.

Ab Epigrammatis pergamus ad Fragmenta, quae magnus Bentlejus tanto ingenio studioque digessit, ut aliis sui consequendi spem sustulerit. Eorum ut crebrae corruptelae sunt, sic, ob singularem brevitatem, lubrica fere & anceps est emendatio. Apud Suidam quaedam occurrunt poëtae nostri ἀποσπασμάτια, quae, quod auctoris nomine carerent, nec a Bentlejo animadversa sunt, nec a Kustero. Tale est v. Ἄειρεν·

καὶ ἵππια λύματ' ἄειρεν.

quod plenius extat in Callimachi Fr. 216. non sine insigni scripturae varietate:

Σὺν δ' ἄμυδις φορυτόν τε καὶ ἵππια λύματ' ἄειρεν.

Utra lectio praeferenda? Ἵππια ratio commendat, ἵππια aucto-

auctoritas Scholiastae Aristophan. ad Vesp. 832. Posteriorem probat elegantissimus Toupius Emendat. in Suid. T. II. p. 35. quod Pollux V. 91. & Hesychius κοπρῶνα ab Aristophane ἰπνὸν dictum tradunt. Neque ipse tam idoneis testibus fidem derogare velim. —— Suidas v. Ἄλλικα, & v. Ἐνέτῃσιν·

Ἄλλικα χρυσείῃσιν ἐεργομένην ἐνέτῃσιν.

ubi posteriore loco minus bene scribitur ἐεργομένην. Est Callimachi Fr. 149. —— Idem v. Μίλδοντες·

Γίντα βοῶν μίλδοντες.

Est fragmentum 309. ubi βοὸς pro βοῶν. —— Idem v. Νήχυτος·

νήχυτος ἱδρώς.

Immo, νήχυτος εὐρὼς, ut in Fr. 313. Πίδιλα, τὰ μὴ πύσει νήχυτος εὐρώς.

Fr. 11.

Γηράσκει δ' ὁ γέρων κεῖνος ἐλαφρότερον,
Κοῦροι τὸν φιλέουσι, νέοι δέ μιν οἷα τοκῆα
Χειρὸς ἐπ' οἰκείην ἄχρις ἄγουσι θύρην.

Facile sentis, Vir amicissime, pro acumine Tuo, labis aliquid his versibus inesse. Nam quis unquam κούρους & νέους eo modo distinxit? Lege:

Κοῦροι τὸν φιλέουσιν, ἐὼν δέ μιν οἷα τοκῆα.

Apollonius Dyscol. Excerpt. p. 433. hoc Callimachi hemistichium affert: ἐὼν δέ μοι οἷα γονῆα. Vides, unde certissima, quae nec Jo. Jac. Wetstenium latebat, nobis nata sit emendatio. Sed plura ex Apollonio adscribenda sunt: ἀντὶ τοῦ, τίνα κήδεα λέξον, ὡς παρὰ Καλλιμάχῳ. καὶ πάλιν παρ' αὐτῷ ἀντὶ τοῦ σφετέρου. —— Ἡσίοδος μέντοι ἐπίμεμπτός ἐστιν εἰπών· ἐὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες, (Ἔ. καὶ Ἡμ. 58.) ἐν ᾧ ἑνικῷ ἀντὶ πληθυντικοῦ ἐχρήσατο. καὶ Καλλίμαχος·

Μῦσαί νιν ἰοῖς ἐπίτυνον ἔθεντο.

Scribendum:

— Μῦσαί νιν ἰοῖς ἐπὶ γούνασι τυννὸν ἔθεντο.

Theocrit. Eid. XIII. 53. Νύμφαι μὲν σφετέροις ἐπὶ γούνασι κῶρον ἔχοισαι. Terentius Adelph. IV. 2. 24. *Quem ego puerum modo tantillum in manibus gestavi meis.* Vox τυννὸς reddenda Suidae: Ἐκ τιτυνῶν. ἐκ μικρᾶς ἡλικίας. Scribe, Ἐκ τυννῶν. Hanc Callimachi correctionem pro sua dedit amicissimus, sed tum, ut fit, immemor nostri, Toupius Emend. in Suid. T. III. p. 234. Ceterum Apollonii animadversionem commemorat Proclus ad locum Hesiodi modo laudatum: μέμφονται δὲ τὸν Ἡσίοδον οἱ περὶ Ἀπολλώνιον, ὅτι ἑνικῷ ἀντὶ πληθυντικοῦ ἐχρήσατο· ὁμοίως δὲ καὶ Καλλίμαχος αἰτιᾶται διὰ τὸ αὐτό. Sed qua fronte Callimachus Hesiodum reprehendit, qui ipse hic & alibi, aetatis suae consuetudinem secutus, ἰὸς pro σφετερὸς frequentavit? Vide Apollon. Rh. I. 1113. II. 454. III. 167. 267. 327. Guil. Canter. Nov. Lect. V. 13. Igitur Procli verba sic refingenda videntur: ὁμοίως δὲ καὶ Καλλίμαχον αἰτιῶνται διὰ τὸ αὐτό. ut sensus sit, Apollonium Grammaticum idem in Callimacho, quod in Hesiodo, notasse.

Fr. 12.

Ἀπ' ὀσπλίγγων αἰὲν ἄλειφα ῥέῃ.

Ἄλειφα dicitur pro ἀλείφατα, ut κέρα pro κέρατα, πεῖρα pro πείρατα, & alia, quae congessimus ad Homeri H. in Cerer. 12. Hesychius: Πείρω. πέρας. Literarum ordo postulat πεῖρο. Ῥέῃ defenditur ab ipso Callimacho H. in Apoll. 38. Αἱ δὲ κόμαι θυόεντα πέδῳ λείβουσιν ἔλαια· Οὐ λίπος Ἀπόλλωνος ἀποστάζουσιν ἔθειραι. Propert. III. 15. 31. *Laevis odorato cervix manabit olivo.*

Fr. 26.

Ἀγρόθι τοι πάσῃσιν ἐπὶ προχάνῃσιν ἐφοίτα.

Nihil erat caussae, quare magnus Bentlejus emendationem, quae, si qua alia, verissima est, tam dubitanter proponeret. Nam hunc versum expressit Aristaenet I. Ep. 10. p. 62. εἰς ἀγρὸν ἐπὶ πάσῃ προφάσει τὸν πατέρα φεύγων ἐφοίτα.

Fr.

Fr. 41.

ἔχε γὰρ τέγος ἀκλήιστον.

Hinc sumsit Nonnus XX. p. 546. ἔρχεο χαίρων Εἰς δόμον ἀκλήιστον ἑτοιμοτάτου Λυκοόργου.

Fr. 49.

καὶ τοῦτο τὸ δένδρεον αὖον ἴδ' πυρ.

Δένδρεον est baculum, quo Hecale nitebatur. Locus ductus est ex Homero Il. A. 234. Ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον, τὸ μὲν οὔποτε φύλλα καὶ ὄζους Φύσει.

Fr. 50.

Γεργέριμον πίτυρίν τε καὶ ἣν ἀπεθήκατο λευκὴν
Εἰν ἁλὶ νήχεσθαι φθινοπωρίδα.

Nonnus, qui XVII. p. 466. plura ex Hecale ad Bronchum, Bacchi hospitem, traduxisse videtur, haec quoque Callimacho suffuratus est: χάδον δ' ἐπέβαλλε τραπέζῃ Εἰν ἁλὶ νηχομένης φθινοπωρίδος ἄνθος ἐλαίης. ubi scribendum: χύδην δ' ἐπέβαλλε.

Fr. 51.

Δινωμένην ὑπὸ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσεν ἅλωα.

Hunc versum, omisso Callimachi nomine, laudat Suidas T. I. p. 533. nec sine insigni errore: Δεινωμένην. πατουμένην. Recte Kusterus nihili verbum, δεινωμένην, repudiat. Sed idem, cujus hic versus esset, ignorans, minus bene corrigit θεινομένην. quamvis eum sequatur Albertus ad Hesych. v. Δινάδες. Nam Callimachus sine dubio scripsit:

Δινομένην ὑπὸ βουσὶν ἐμὴν ἐφύλασσεν ἅλωα.

Hesiodus Ἔ. καὶ Ἡμ. 595. Δμωσὶ δ' ἐποτρύνειν Δημήτερος ἱερὸν ἀκτὴν Δινέμεν. ubi Proclus: τὸ δινέμεν ἐστὶ τὸ περικυκλοῦντας καὶ περιελαύνοντας τὰς βόας ἐν αὐτῇ τὰ θέρη (lege, τὰς ἀθέρας) τρίβοντας ἀλοᾶν. Herodotus II. 14. ἀποδινήσας δὲ τῇσι ὑσὶ τὸν σῖτον. ubi vide Cel. Valckenarium. Hesychius: Σκάλυξ. τὸ κυλιόμενον κῦμα. καὶ ἀπὸ τοῦ ἅλω τὸ δινηθὲν καὶ συναχθὲν εἰς λικμητόν. Hinc δῖνος pro *area* apud Aelian. H. An. II. 25. IV. 25.

25. Quae vox reſtituenda videtur Xenophonti Oecon. p. 863. B. στρέφοντες γὰρ καὶ ὑπὸ τοὺς πόδας ὑποβάλλοντες τὰ ἄτριπτα ἀεὶ, δηλονότι μάλιστα ὁμαλίζοιεν ἂν τὸ δεινὸν, καὶ τάχιστα ἀνύτοιεν. Leunclavius legit: ὁμαλίζοιεν ἂν τὸ δεόμενον. Ego a Xenophonte ſcriptum puto: ὁμαλίζοιεν ἂν τὸ δῖνον. Pro quo paulo ante dixit: ὁμαλιεῖται ὁ ἀλοητός. Nullus autem Grammaticorum, ut hoc quoque addam, ſi Heſychium excipias, Suida vel crebrius a librariis deceptus eſt, vel turpius. Quod aliquando pluribus, nunc, velut in tranſitu, paucis exemplis demonſtrabo. Ἐλδυνομένους. πραείοις ἰούλοις ἐλδυνομένους καὶ γενείοις ταχέσι. ubi Codex Voſſian. in Bibl. Leid. male habet: καὶ γενεσίοις ταχίοσιν. Cujus poëtae hoc fragmentum ſit, neſcio. Illud Tibi, Vir egregie, vere affirmare poſſum, aliud, quod Suidae ſtupor non ceperit, a poëta ſcriptum eſſe. Lege: πραείοις ἰούλοις ἀλδαινομένους καὶ γενείοις ταχέσι. Heſychius: Ἀλδαίνεται. πιμπλᾶται, αὔξει, βλαστάνει. Eandem rem ſic expreſſit Callimachus H. in Jov. 56. Ὀξὺ δ' ἀνέβησας, ταχινοὶ δέ τοι ἦλθον ἴουλοι. Apollon. Rhod. I. 972. Νεῖόν πω κνακοῖσιν ἐπισταχύεσκον ἴουλοι. Alibi Suidas: Ἀλκτῆρες. οἱ φύλακες.

Θείας ἀλκτῆρες ἱμερτῆς φιλότητος.

Quem verſum flagitioſe corrupit ex Oraculo apud Athen. XIII. p. 602. C.

Εὐδαίμων Χαρίτων καὶ Μελάνιππος ἔφυ,
Θείας ἀγητῆρες ἐφαμερίοις φιλότατος.

Idem Lexicographus: Λύγα. σκοτία. (non σκοτεινά.) Ἐφάνη γάρ οἱ αὐτῇ ἰσοῦ παρὰ κρόκαισι, ὡς λύγα πυρός. Hoc exemplum ſumſit ex Hegeſippi epigrammate inedito:

Τάνδε παρὰ τριόδοις τὰν Ἄρτεμιν Ἀγιλόχεια
Ἔτ' ἐν πατρὸς μίμνοντα παρθένος δόμοις
Ἔστασε Δαμαρέτου θυγάτηρ. ἐφάνη γάρ οἱ αὐτᾷ
Ἰσοῦ παρὰ κρόκαισιν, ὡς λύγα πυρός.

Recte Suidas verſu 3. uſus eſt v. Ἔστασε. Sed maculam, qua ultimus verſus inquinatur, adeo non animadvertit, ut eum ad vocem λύγη confirmandam afferret. Emenda:

ἐφάνη

ἰφάνη γάρ οἱ αὐτᾶ
Ἰσῦ παρὰ κρόκαισιν, ὡς αὐγὰ πυρός.

Homerus H. in Vener. 86. φαεινότερον πυρὸς αὐγῆς. Dio Chrysost. Or. XXXVI. p. 447. C. καί πυ τις ἀφίκετο ἐπίπνοια θείας φύσεώς τε καὶ ἀληθείας, καθάπερ αὐγὴ πυρὸς ἐξ ἀφανοῦς λάμψαντος. Versu tertio Toupius noster Emendat. in Suid. T. II. p. 137. ex Suida legit, ἰφάνη γάρ οἱ αὐτά. quod melius est. Rursus Suidas: Ῥάριον. τὸ βρέφος & mox: Ῥάρος ἡ γαστήρ. ἐξ οὗ ῥάριον, τὸ βρέφος. eadem videlicet ratione, qua JCti Romani *ventrem* dicunt pro eo, qui in utero est. Cum Suida convenit Etymol. M. p. 702. l. 36. Verum an ῥάρος vox proba sit, aut unquam pro *ventre* usurpata, viderint Grammatici. Ῥάριον certe non videtur *infantem* significare. Hesychius: Ῥάριον. παιδίον. Quis non Suidae glossam hinc confirmari putet? At hoc ipsum Suidam in fraudem induxit. Nam Hesychius scripserat: Ῥάριον. πεδίον. Suidas vero, cum Ῥάριον παιδίον, in Codice aliquo reperisset, mendo non animadverso, ridicule in Lexicon suum retulit: Ῥάριον. τὸ βρέφος. Sic error errorem parere solet. Stephan. Byz. Ῥάριον. πεδίον ἐν Ἐλευσῖνι. Notissimus est ille campus. Sed de Suidae peccatis, ut dixi, alias, & brevi fortasse ad Timaei Lexicon Platonicum. Sic olim de voce ῥάριον disputabam. Vide tamen, quae ad Hesychium in v. dixit Cl. Albertus. Revertimur ad Callimachum.

Fr. 62.

Χαῖρ' Εὐκολίνη

Etymol. MS. Bibl. Ultraject. Εὐκολίνη, ἡ Ἑκάτη, κατ' ἀντίφρασιν, οἱονεὶ μὴ οὖσα εὐχερής· ἔχω δὲ τὴν χρῆσιν παρὰ Καλλιμάχῳ· Χαῖρ' Εὐκολίνη. διὰ τοῦ ι τῷ λόγῳ τοῦ Κυπίνη. Lege, Ἑκάλη. Hecale, cui senectus pedum agilitatem abstulerat, κατ' ἀντίφρασιν dicitur Εὐκολίνη. Huc pertinet glossa Suidae: Εὐκολίνη. ἡ εὔκολος πόλις. Corrige: ἡ εὔκολος πόδας. εὔκολος & εὐκολία proprie dicitur de *pedum facilitate in eundo*. Musonius ap. Stob. I. p. 18. & ex eo Clemens Al. Paedag. II. 11. p. 240. ἡ ἀνυποδησία πολλὴν εὐκολίαν παρέχει τοῖς ποσίν.

Fr. 112.

Μήτηρ εὐίππου πατρίδος ἡμετέρης.

Dionyſius vſ. 213. Κυρήνη τ' εὔιππος, Ἀμυκλαίων γένος ἀνδρῶν. ubi in aliis libris eſt εὔπυργος. Sed εὔιππος, praeter Callimachum h. l. Euſtathius etiam confirmat ex Pindaro Pyth. IV. 2. εὐίππου βασιλῆϊ Κυράνας. ubi vide Scholiaſt.

Fr. 115.

Ἔρχεται πολὺς μὲν Αἰγαῖον διατμήξας.

Lectionem διατμήξας confirmat Dionyſius vſ. 1043. Οὐδὲ μὲν ἐν νήεσσιν ἅλα τμήγουσιν ἐρετμοῖς. *Secare mare* frequens eſt apud poëtas Latinos.

Fr. 119.

Πρῶτος ἐπεὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν, ὃς τὸν ὄλεθρον
Εὗρε τὸν ἐν χαλκῷ καὶ πυρὶ γινόμενον.

Hoc fragmentum ſic conjungendum videtur cum fr. 194.

Τὴν κείνου Φάλαρις πρᾶξιν ἀπεπλάσατο·
Πρῶτος ἐπεὶ τὸν ταῦρον ἐκαίνισεν, ὃς τὸν ὄλεθρον
Εὗρε τὸν ἐν χαλκῷ καὶ πυρὶ γινόμενον.

Sunt autem hi verſus ſumti ex ſecundo libro Αἰτίων, ſi fides habenda eſt Pſeudo-Plutarcho in Parallel. p. 315. C. Κείνου intellige *Buſiridis*. Ovidius, Callimachum, ut videtur, ob oculos habens, A. A. I. 649. *Cum Thraſius Buſirin adit, monſtratque piari Hoſpitis effuſo ſanguine poſſe Jovem. Illi Buſiris, Fies Jovis hoſtia primus, Inquit, & Aegypto tu dabis hoſpes aquam. Et Phalaris tauro violenti membra Perilli Torruit. infelix imbuit auctor opus.* Utrumque rurſus conjungit Triſt. III. 11. 39. *Saevior es triſti Buſiride: ſaevior illo, Qui falſum lento torruit igne bovem.* ubi mox: *at Phalaris, poenae mirande repertor, Ipſe tuum princeps imbue, dixit, opus.* Sic Nic. Heinſius ingenioſe reſcripſit pro *praeſens imbue*; cujus conjectura firmatur Callimachi verbis, πρῶτος ἐκαίνισεν. Καινίζειν enim proprie eſt *imbuere*, *dedicare*. Vide Interpretes Ep. ad Hebraeos IX. 18.

Quod

Quod autem P. Burmannus adverſus Heinſium monet, *imbue* jam ſignificare principem eſſe, qui illud opus dedicaret, id nullius momenti eſt. Nam, praeter Callimachum, ſic alii quoque loquuntur. Catullus Epith. Pel. & Thet. 11. *Illa rudem curſu prima imbuit Amphitriten*. Valer. Max. IX. 2. 9. hanc ipſam hiſtoriam narrans: *Quam miſericordiam quia calamitoſis deeſſe voluit, teterrimum artis ſuae opus primus merito auſpicatus eſt*. Seneca Herc. Fur. 455. *Primus ſagittas imbuit Phoebi draco*. Sed ante hos omnes laudandus erat Claudianus, qui imitatione ſua perſpicue oſtendit, ſe in Ovidio *princeps imbue* legiſſe, in Eutrop. I. 160. *Sic multos fluvio, vates, arente per annos, Hoſpite qui caeſo monuit placare Tonantem, Inventas primus Buſiridis imbuit aras, Et cecidit ſaevi, quod dixerat, hoſtia ſacri: Sic opifex tauri, tormentorumque repertor, Qui funeſta nova fabricaverat aera dolori, Primus inexpertum Siculo cogente tyranno Senſit opus.*

Fr. 129.

Λάθρη δ' ἐκ πυρ' Ἡφαίστοιο καμίνοις.

Hoc hemiſtichium a Callimacho mutuatus eſt Nonnus XXIX. p. 762.

Fr. 133.

εἴ σε Προμηθεὺς
Ἔπλασε, καὶ πηλοῦ μὴ 'ξ ἑτέρου γέγονας.

Πηλὸς ἕτερος eſt *lutum deterius*. Vide Lennepium ad Phalarid. Ep. 23. p. 112. Callimachum imitantur poëtae Latini. Juvenal. XIV. 34. *quibus arte benigna Et meliore luto finxit praecordia Titan*. Claudian. in Eutrop. II. 496. *Deteriore luto pravus quos condidit auctor.*

Fr. 143.

ὅς ῥ' ἔφυγεν μὲν
Ἀρκαδίην, ἡμῖν δὲ κακὸς παρενάσσατο γείτων.

Hi verſus ad Hecalen referendi ſunt, cui Theſeus ſuam

cum

cum Cercyone pugnam narravit. Vide Plutarchum Theseo p. 5. B. & alios scriptores quos laudat Jo. Meursius in Theseo cap. 7.

Fr. 170.

Τὺς αὐτῷ σκοτίυς ἐμπελάτειρα τίκει γυνή.

Recte Anna Fabri p. 355. ejecta voce γυνὴ, pentametrum fecit. Et sic laudat Th. Gatakerus de Stilo N. F. c. 11. p. 78. Etymologi Codex Leid. habet: ἐμπελάτειρα ὅτ' ἔτικεν γυνή. Sic olim scripsimus Jam, quid Cl. Toupius Epist. Crit. p. 99. ad hunc versum corrigendum attulerit, videamus: „ Hunc locum Callimachi minus perspectum habuerunt interpretes. Scribendum omnino: „ Τὺς αὐτῷ σκοτίυς ἐμπελάτειρα τίκει". Atqui haec ipsa est emendatio nostra.

Fr. 172.

Κέκρυπται γυνὴ ζάγκλον ὑποχθονίη.

Bentlejus conjicit, κέκρυπται βύνη, laudato Hesychio, qui βύνην explicat θαλάμην. Sed huic conjecturae fulcrum subtraxerunt Hesychii Interpretes, pro θαλάμη, θάλασσα legendum docentes. Igitur aliud quaerendum. Forsitan Callimachus scripserit:

Κέκρυπται γύπῃ ζάγκλον ὑποχθονίῃ.

Hesychius: Γόπας. καλύβας, καὶ θαλάμας. &, Γύπη. κοίλωμα γῆς, θαλάμη, γωνία. Pro γόπη etiam κύπη est apud eundem. cum interpretatione τρώγλη. Sed hoc quoque incertum esse fateor. Toupius, V. C. Epist. Crit. p. 49. legit; Κέκρυπται γ' εὐνῇ, quod placet Valckenario ad Theocrit Adoniaz. p. 251. Ex Scholiaste Lycophronis vs. 869. intelligitur, hanc de Saturni vel Cereris falce fabulam a Callimacho narratam esse libro secundo Αἰτίων.

Fr. 178.

Αὖθις ἀπαιτίζουσαν ἔχειν εὐεργέα λάκτιν,

Ultima verba sine Callimachi nomine laudat Suidas v. λάκτις. In ἔχειν manifestum vitium est, quod non tollitur An-

Annae Fabri conjectura, sane levi, ἔγνων. Miror autem, duumviros maximos, Casaubonum & Bentlejum hic frustra fuisse: quorum alter Lect. Theocr. cap. 4. p. 250. ἐν εὐεργία legere tentabat, alter ad h. l. νέῳ εὐεργίᾳ. Locus unius literae mutatione sanandus est;

Αὖθις ἀπαιτίζουσι ἐπεὶ εὐεργία λάκτα.

Etymol. M. p. 762. l. 34. Τορύνη τὴν ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν εὐέργην σημαίνει. Sic recte emendat Hemsterhus. ad Hesych. v. Εὐηρημένοι, quem vide. Subjicit deinde Etymologus locum Platonis Hipp. Maj. p. 99. F. quo correctio nostra planissime confirmatur: Πότερον πρέπει ταῖς τορύναιν τῷ ἔτνει καὶ τῇ χύτρᾳ, ἡ ἀηλοτὶ τὴν συκίνην; εὐωδέστερον γὰρ τὸ ἔτνος ποιεῖ. Hoc fragmentum ex Hecale ductum esse, pulcre vidit Toupius Cur. noviss. in Suid. p. 134.

Fr. 180.

Ἔστι μοι Μάγνης ἐπιάμυκλος ἵππος.

Hunc versum Antimacho tribuit Herodianus Φιλεταίρῳ, sive libello *de Vocibus Atticis* nondum edito in Bibl. Regia. Verba ejus haec sunt: Ἐπιάμυκλος ἵππος παρ' Ἀντιμάχῳ. Ὅτι μύκλαι δὲ λέγονται αἱ ἐν τοῖς σκέλεσι τῶν ὄνων περιγραφαί. Antimachus & Callimachus ubique confunduntur, tanquam fr. 390.

Fr. 198.

Ἦλιν ἀνάσσεται Διὸς οἰκίον ἴλλωτι φυλῇ.

Haec lucem capiunt ex Scholiaste Homeri Il. Λ. 685. cujus locum Bentlejus posuit fr. 383. Ἡρακλῆς δὲ ἐπιστρατευσάμενος, Ἦλιν ἐπόρθησε, καὶ μεταπεμψάμενος τὸν Φυλέα ἐκ Δουλιχίου, παρέδωκεν αὐτῷ τὴν βασιλείαν. Adde Diodor. Sicul. IV. p. 278. & Pausaniam in Eliac. 3.

Fr. 204.

Ῥάμφει καθιάδῃ τόργος ἐπεψε τέκνον.

Vera lectio, quae tum Bentlejo non succurrebat, haec est:

Ῥάμφῃ ἀκανθώδῃ τέργος ἴκοψε εἴκυι.

Ovidius Ibide 171. *Unguibus & roſtro tardus trahet ilia vultur.*

Fr. 212.

Καὶ τὰ μὲν ὡς ἤμελλε μετὰ χρόνον ἐκτελέεσθαι.

Quem verſum Apollonius totidem literis, eum Nonnus, paucis mutatis, Callimacho ſublegit, V. p. 152. Καὶ τὰ μὲν ὡς ἤμελλε γέρων χρόνος ὀψὲ τελέσσαι,

Fr. 237.

Τὸν μὲν ἐπ' ἀσκάντα κάθισεν.

Scilicet Hecale Theſeum. Quod Ovidius, ut alia ex Hecale, ad Philemonem & Baucidem traduxit, Met. VIII. 639. *Membra ſenex poſito juſſit relevare ſedili.*

Fr. 242.

Γράμματα δ' οὐχ ἑλίσσει ἀπόκρυφα.

Forte a Callimachi manu eſt:

Γράμματα δ' ἐξείλισσει ἀπόκρυφα.

Euripid. Supplic. 141. Σὺ δ' ἐξελίσσεις πῶς θεοῦ θεσπίσματα; Ione 96. Καὶ πρόσβη λόγος, Οὐχ ἧπερ ἡμεῖς αὐτὸν ἐξειλίσσομεν.

Fr. 244.

Διάσματα φάρεος ἀρχήν.

Bentlejus malit: Δίασμά τε φάρεος ἀρχήν. Sed nihil mutandum eſſe, clarum eſt ex Nonno, totum hemiſtichium ſuffurato, VI. p. 186. Πρωτοπαγῆ ποίησε διάσματα φάρεος ἀρχήν.

Fr. 246.

Αἰκροις φίτροις ἀειραμένη.

Hoc quoque, ex Hecale ſumtum, ad Philemonem tranſtulit

ſtulit Ovidius Met. VIII. 647. *furca levat ille bicorni Sordida terga ſuis, nigro pendentia tigno.* Vocem δίκρουν praeclare illuſtrant A. Heringa Obſerv. 13. p. 106. & J. Toupius ad Theocrit. Schol. p. 217.

Fr. 249.

Θηρὸς ἐρωήσας ὀλοὸν κέρας.

Hic verſus capiendus eſt de pugna vel Theſei cum tauro Marathonio, vel Herculis cum tauro Cretenſi. Similis locus eſt Ovidii Met. IX. 85. *rigidum fera dextera cornu Dum tenet, infregit, truncaque a fronte revellit.* Sueton. Claud. 21. *feros tauros ad terram cornibus detrahunt.* Vide quae diximus ad fr. 275.

Fr. 261.

μύθου δὲ παυσαίμην
Ἥδιον.

De λόγων ἑστιάσει, ſcis, mi Erneſte, quid ex Platone, aliisque notarit J. Daviſius ad Cicer. de Divin. I. 29. Sed nihil auxilii inde petere licet ad hanc lectionem vindicandam. Nam Callimachus haud dubie ſcripſit:

θύμου δὲ παυσαίμην
Ἥδιον.

Thymum, herbam, vel pueri ex Ariſtophanis Pluto cognorunt. Μῦθος autem & θυμὸς ſexcentis locis permutantur.

Fr. 275.

ὁ μὲν εἷλκεν, ὁ δ' ἕσπετο ταῦρος ὁδίτης.

Hinc ſumſit Nonnus III. p. 90. Ἤϊε φειδομένῳ γαμίῳ ποδὶ ταῦρος ὁδίτης. XVII. p. 464. Σειληνὸς βαρύγουνος ἐχάζετο ταῦρος ὁδίτης.

Fr. 304.

Ἔργον ἀράχνια.

Rectiſſime Toupius noſter Emend. in Suid. T. III. p.
211.

211. ἀράχνια accipit pro ἀράχνιι. Quod confirmat imitatio Dionysii vs. 757. Κείνοις οὔτι κεν ἶ̓σγον ἀραχνιάων ἐρίσσειεν.

Fr. 320.

Θὴρ οὐατόεις.

Tralatum a Nonno XXI. p. 568. Ὡς ὄνος οὐατόεις λάσιος δέρμασι. item a Polliano Anthol. II. 40. p. 236. θηρὶ μὲν οὐατόεντι γενοίμην, οὔποτε γράψω, Εἴκελος. Sic *auritus* pro asino apud Latinos. Phaedrus I. 11. 6. *Hic auritulus Clamorem subito totis tollit viribus.* ubi vide Burmannum. Canes magnis pendulisque auribus οὐάτιοι dicuntur a Callimacho H. in Dian. 91.

Fr. 360.

Apud Suidam T. III. p. 226. & in App. Proverb. Vat. p. 304. est hic jambus Callimachi:

Πτωχῶν αὐλαὶ ἀεὶ κεναί.

quem olim ita corrigebam:

Πτωχῶν θυλὰς ἀεὶ κενή.

Quid hic Toupius Emend. ad Suid. T. III. p. 93.? „ Fallitur, inquit, Ruhnkenius. Rescribendum, ne „ litera mutata: Πτωχῶν θυλαὶ ἀεὶ κεναί. Idem, θύλα, „ θυλὶς sive θύλλις, & θυλὰς, ut πίλα, πίλις, & πελλάς". At hoc est conjecturae certae incertam opponere. Nam θυλὰς, quod ego restitui, Grammaticorum veterum auctoritate nititur: θύλα, quod ille praefert, inauditum. Irascerer interdum viro clarissimo, amicos durius, quam belli homines solent, tractanti, nisi plane scirem, mitius eum sentire, quam loqui.

Fr. 425.

Ὡς ἡδὺ μὲν θάλατταν ἀπὸ γῆς ὁρᾶν,
Ὦ μῆτερ, ἐστι, μὴ πλέοντα μηδαμῶ.

Habet Stobaeus Tit. LVII. Grotius metri caussa ἀπὸ γαίης legit; ἀπὸ τῆς γῆς Gataker. A. M. P. cap. 12. p. 514.

p. 514. quod mallim. Ceterum hi ſenarii non Callimachi ſunt, ſed Comici cujusdam, forte Menandri, cui Lambinus ad Horat. I. Epiſt. 11. 10. eos tribuit. Eosdem expreſſit Lucretius II. 1. *Suave, mari magno turbantibus aequora ventis, E terra magnum alterius ſpectare laborem.*

Fr. 438.

οἱ δ', ὥς τ' ἐξ ὀχεῆς ὄφις αἰόλος αὐχέν' ἀνασχών.

Sic emendavimus locum foediſſime depravatum apud Orionem Thebanum MS. περὶ ἐτυμολογιῶν· Χειὰ καὶ χειὰ, ὁ φωλεός. — καὶ μετὰ περισσοῦ τοῦ ο Καλλίμαχος· οἱ δ' ὥς τ' ἐξ ὀχεῆς σοφίσαι ὅλως αὐχέν' ἀναυχών. Cicero in Vatin. 2. *Repente enim te, tanquam ſerpens e latibulis, oculis eminentibus, inflato collo, tumidis cervicibus intuliſti.* Virgil. Aen. V. 277. item de ſerpente: *ferox, ardensque oculis, & ſibila colla Arduus attollens.* Quos Ciceronis & Virgilii locos ob oculos habuit Appulejus Met. XI. p 760. *inſurgebat aſpis, caput extollens arduum, cervicibus iate tumeſcentibus.* Oppian. Cyneg. II. 232. ἐς αἰθέρα δ' ὑψόσ' ἀείρει Λευγαλέην δειρὴν, λευκοὺς δ' ὑπεγείρει ὀδόντας Ὀξέα πεφρικῶτας· ἐπικροτέει δὲ γένειον Πικροῖς φοινίοισι συριγμασιν ἰοφόρος θήρ. Callimachi verſus obverſatus videtur Nonno XII. p. 346. Πετραίην βαθύκολπον ἐδύσατο γείτονα χοιτὴν, Εὖτε ἀθρήσας ὄφις αἰόλος. ubi G. Falkenburgius tentabat, γείτονα κοίτην. Sed veriſſima lectio eſt, γείτονα χειήν. Ceterum Cl. Toupius Emend. in Suid. T. III. p. 208. hunc verſum de Hercule & Iolao, hydram oppugnantibus, capiens, ſic ſcribere malebat: Οἱ δ', ὡς ἐξ ὀχεῆς ὄφις αἰόλος αὐχέν' ἀνίσχει. Sed ejus rationem jam repudiavit Valckenarius noſter ad Theocrit. Adoniaz. p. 255.

Atque hic ſcribendi finem facere poſſem. Verum, quae ſingularis Tua eſt facilitas, Vir praeſtantiſſime, non aegre feres, ſi vel diutius Te a gravioribus detinuero negotiis, meas in Apollonium quoque Rhodium conjecturas, judicio Tuo vel probandas, vel rejiciendas, proponens. Nec facile ceperim hujus rei arbitrum Te intelligentiorem, qui Callimachi cura ſuſcepta, recte ſtatueris, aemuli & aequalis poëtae lectionem cum illo ſemper eſſe conjungendam. Equidem hujus poëtae notitiam, ſicut reliqua omnia, T. Hemſterhuſio debeo, qui, ut ingenium qua-

 ſecun-

lecunque acueret, plura, quae labem contraxissent, loca mihi restituenda designabat. Eodem etiam auctore, versus, qui ex priore carminis editione in posteriorem, invito poëta, irrepsissent, studiose indagavi. Προεκδόσεως mentionem faciunt veteres Critici ad I. 285. 515. 543. 725. 788. &c. Inter spurios hujus generis versus referam I. 1226. 1227.

Αἱ μὲν ὅσαι σκοπιὰς ὀρέων λάχον, ἢ καὶ ἐναύλους,
Αἵγε μὲν ὑλήωροι ἀπόπροθεν ἐστιχόωντο.

Quos etsi ita resingas, ut cum praecedentibus aptius coëant, tamen neque frigere desinent, neque νοθείας indicium amittent. Sic ante multos annos judicavi, neque lectis iis, quae nuper Cl. Brunckius disputavit, sententiam muto. Nam quod idem vir praestantissimus negat, quemquam, qui posteriorem Apollonii editionem cognovisset, priorem lectione aut iteratione dignam existimasse, non meminerat, aliorum quoque scriptorum duplicem editionem ad nos pervenisse. Sic, ut hoc utar, Jer. Marklandus docuit, Maximi Tyrii cum primam, tum alteram editionem adhuc superesse.

II. 1117 — 1120.

Αὐτίκα δ' ἐῤῥάγη ὄμβρος ἀθέσφατος, ὗε δὲ πόντον
Καὶ νῆσον, καὶ πᾶσαν ὅσην κατεναντία νήσου
Νῆσόν τ' ἤπειρόν τε περαίης ἀγχόθι νέμει
Χώρην Μοσσύνοικοι ὑπέρβιοι ἀμφενέμοντο.

Profecto hebes & obtusus sit oportet, qui non videat, vs. 1119. huc ex altera editione temere migrasse. Hemsterhusius meus in libri margine haec notaverat: „ Suspicor primae secundaeque editionis diversas lectiones „ hic fuisse conjunctas. Sic in editione priore opinor „ extitisse: ὗε δὲ πόντον Νῆσόν τ', ἤπειρόν τε περαίης (vel „ περαίην) ἀγχόθι νήσου. quod deinde hunc in modum resinxerit Apollonius: ὗε δὲ πόντον Καὶ νῆσον, καὶ πᾶσαν ὅσην „ κατεναντία νήσου Χώρην Μοσσύνοικοι. Utravis lectio integram „ reddit & expeditam sententiam." Hanc conjecturam nostram minime vanam fuisse, sex Codices apud Brunckium, in quibus hic versus omittitur, ostendunt.

II.

II. 1128 —— 1130.

Πόντῳ γὰρ τρηχεῖαι ἐπιβρίσασαι ἄελλαι
Νηὸς ἀεικελίης διὰ δούρατα πάνϑ' ἐκέδασσαν,
Ἧι ἔνι τειρόμενοι ἄμ' ἐπὶ χρέος ἐμβεβαῶτες.

Ex his vſ. 1130. prorſus elumbis eſt, & tam eleganti poëta indignus. Fac tamen periculum, ingenioſiſſime Erneſte, an emendatione aliqua aptius jungi praecedentibus, concinniorque fieri poſſit. Sin minus, hunc quoque ex priore editione huc intruſum putemus.

III. 372 —— 376.

Οὐκ ἄφαρ ὀφθαλμῶν μοι ἀπόπροθι, λωβητῆρες,
Νεῖσθ' αὐτοῖσι δόλοισι παλίσσυτοι ἔκτοθι γαίης,
Πρίν τινα λευγαλέον τε δέρος καὶ Φρίξον ἰδέσθαι,
Αὐτίχ' ὁμαρτήσαντες ἀφ' Ἑλλάδος; οὐδ' ἐπὶ κῶας,
Σκῆπτρα δὲ καὶ τιμὴν βασιληΐδα δεῦρο νέεσθε.

Vix alius Apollonii locus majore obſcuritate laborat. Longum eſt, ac taedet, Scholiaſtae & Hoelzlini commenta referre. Dicam potius, quid mihi in mentem venerit. Tollendus videtur vſ. 374. e [illegible] ſuperſtes: Πρίν τινα λευγαλέον τε δέρος καὶ Φρίξον ἰδέσθαι. Quo abjecto, ſtatim ſentis, omnes tenebras diſpelli; praeſertim ſi quae ſequuntur, leviter refingas. Hanc conjecturam, magnopere gaudeo, me probaſſe doctori cariſſimo, qui conſultus, pro ſua in me indulgentia, ſic reſpondit: Adſentior tibi in „ vſ. 374. Apollonium hic verſus non decet. Scholium „ adjectum, quod recentioris eſt, qui vetera mutilabat, „ oſtendit ſcripturam in antiquis Codd. non conſtitiſſe. „ Legerim ἐφ' Ἑλλάδος. deinde vel, οὐκ ἐπὶ κῶας, Σκῆπτρα „ δὲ &c. ideſt, ἀλλ' ἐπὶ σκῆπτρον· vel, οὐδ' ἐπὶ κῶας, Σκῆπτρά „ τε καὶ τ. β. δ. νέεσθε· utriusque lectionis veſtigia ſunt in „ Schol. neque utra ſit praeferenda, facile definivero."

Praeter hos verſus ſunt pauci alii, quos item ex priore editione arbitror eſſe invectos. Sed cum horum ratio non periude certa ſit, illos, praeſtat, Tuae, Vir ſagaciſſime, aliorumque acutiorum curae relinquere. Vide tamen, an ſatis probabili conjectura ad priorem editionem referam

 ver-

versus elegantissimos, quos reperi in Etymologico MS. Bibliothecae Regiae: Πληγάδες·

Οὐδ' ἵπποι ὀρθριοὶ κατὰ κλισίας χριμέθεσκον,
Ἀλλὰ βόες πλήρεσσι κατηυνάζουσι κάπεσσι.
Νηυσὶ δὲ πρηκτὰ κέλευθα Χελιδονίης ἀπὸ πέτρης
Πληγάδας ἀξείνους, καὶ ὅπου Φινηϊάδα δόρπα
Ἅρπυιαι ἄπλητον ἐπὶ ψῶον ἀμπνεύεσκον.

Πλωτὴ ἐγίνετο ἡ θάλασσα ἀπὸ Χελιδονίων, ὅ ἐστιν, ἀκρωτηρίων τῆς Λυκίας, μέχρι τοῦ στόματος τοῦ Ἀξείνου πόντου. αἱ γὰρ Συμπληγάδες ἐκεῖ εἰσιν, ἃς Πληγάδας εἴρηκε. δοκεῖ δὲ Φινεὺς τυφλωθεὶς ἐπ' ἐκείνου τοῦ τόπου διατρίβειν, καὶ στερεῖσθαι τῆς τροφῆς, τῶν ἁρπυιῶν αὐτὰ τὰ δεῖπνα ἁρπαζουσῶν, καὶ τοσοῦτον ἀπολειπόντων (lege, αὐτῷ τ. δ. ἁ. κ. τοσαύτην ἀπολειπουσῶν) ὀδμὴν ἀνυπόστατον διὰ τὴν δυσωδίαν. Hactenus ille Grammaticus. Vs. 2. scribe κάπῃσι, ut apud Homer. Il. Θ. 434. Post vs. 3. unus excidisse videtur. Versus quintus emendatior est apud editum Etymologum & Suidam: Ψῶα καὶ ψῶζα, ἀμφότερα τὴν δυσωδίαν σημαίνει· Ἅρπυιαι ἄπλητον ἐπὶ ψῶαν πνείεσκον. Cum eo comparandus Apollon. II. 191. Καὶ δ' ἐπὶ μυδαλέην ὀδμὴν χέον· οὐδέ τις ἔτλη Μὴ καὶ λευκανίηνδε φορεύμενος, ἀλλ' ἀπὸ τηλοῦ Ἑστηώς· τοῖόν οἱ ἀπέπνεε λείψανα δαιτός. & vs. 229. Πνεῖ τόδε μυδαλέον τε καὶ οὐ τλητὸν μένος ὀδμῆς. Hi versus cujus poëtae sint, neque Etymologus, neque Suidas indicarunt. Sed Tzetzes ad Lycophron. 1285. quartum laudans, auctorem edit Apollonium: ὁ δ' Ἀπολλώνιος ποτὲ μὲν φαίνεται πρὸς τὸν Εὔξεινον πόντον, ἤτοι τὴν τοῦ Στενοῦ κλεῖδα, λέγων Συμπληγάδας. ποτὲ δὲ ὁμοίως τῷ Λυκόφρονι γράφων· Πληγάδας ἀξείνους, καὶ ὅπου Φοινήϊα δόρπα. ubi ex corrupta lectione Φοινήϊα scribendum: Πληγάδας ἀξείνους, καὶ ὅπου Φινήϊα δόρπα.

Jam ad scripturae vitia castiganda transeamus, quibus ita oppletus est Apollonius, vix ut iis tollendis non dicam mea, quae quam levis sit, sentio, sed complurium solertissimorum hominum opera sufficere videatur.

I. 8.

Δηρὸν δ' οὐ μετέπειτα τεὴν κατὰ βάξιν Ἰήσων,

Rectissime judicat Brunckius, invocationem Apollinis in versu quarto desinere; inde narrationem incipere, in qua

τεὴν alienum sit. Sed nollem, ineptum G. Cuperi commentum θεὴν in cultissimam editionem suam recepisset. Θεώτερον quidem pro θειότερον dixit Callimachus H. in Apoll. 93. ejusque exemplo Dionysius vs. 257. At θεὴν pro θείην quis vel fando audivit? Lege:

Δηρὸν δ' οὐ μετέπειτα τοίην κατὰ βάξιν Ἰήσων.

Paulo ante est: Τοίην γὰρ Πελίης φάτιν ἔκλυεν. Librarius, stulte metro timens, τεὴν ex τοίην fecit. Sed τοίη, ποίη, & similia primam syllabam communem habere, docet Toupius Emendat. in Suid. T. III. p. 66.

I. 94.

Πηλεὺς δὲ Φθίῃ ἔνι δώματα ναῖε λιασθείς.

Memorabilem hujus versus varietatem habet Scholiast. Pindari ad Nem. V. 25. Πηλεὺς δ' ἐν Φθίῃ ἐριβώλακι ναῖε λιασθείς. Quae lectio concinnior est, judice P. Wesselingio ad Diodor. Sicul. IV. p. 317. At mihi Homericus versus, Socratis morientis ore nobilitatus, Ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἵκοιο, Grammatico obversatus videtur. Quod in libris nostris est, ipse Apollonius IV. 1038. confirmat: Ὕμμι δὲ καὶ πάτρην καὶ δώματα ναιέμεν αὖθις Ἤνυσα.

I. 179.

Ταίναρον αὖτ' ἐπὶ τοῖσι λιπὼν Εὔφημος ἵκανε,
Τόν ῥα Ποσειδάωνι ποδωκηέστατον ἄλλων
Εὐρώπη Τιτυοῖο μεγασθενέος τέκε κούρη.

Εὔφημος, quod pro Πολύφημος viri docti certatim reposuerunt, in codicibus suis reperit, ac jure recepit Cl. Brunckius. Nec aliter legit poëta vetus, qui totum hunc locum imitatus est, περὶ καταρχῶν vs. 412. ἐπεὶ μετὰ ποσσὶ διώκων Οὐκ ἐπέχῃς, οὐδ' εἰ μὲν ἔχοις πόδας Εὐφήμοιο Εὐρωπηϊάδα, τὸ ἐν πολυηχέϊ πόντῳ Ὦκα θέεν ἐνίπνευσεν ὁδῷ πεφορημένον ὑγρῇ. Vide Wesselingium Probabil. cap. 17.

I. 212.

Οὓς ποτ' Ἐριχθηῒς Βορέῃ τέκεν Ὠρείθυια
Ἐσχατιῇ Θρήκης δυσχειμέρου· ἔνθ' ἄρα τήν γε
Θρηΐκιος Βορέης ἀνερείψατο Κεκροπίηθεν,
Ἰλισσοῦ προπάροιθε χορῷ ἔνι δινεύουσαν.

Hunc quoque locum idem poëta περὶ καταρχῶν vſ. 415. tam eleganter expreſſit, ut eum cum Apollonio certaſſe putares: Οὐδ' εἴ σοι πτερύγεσσιν ἐπηρέα ταῦτα γένοιτο, Οἷά γ' ἐνὶ μελέεσσι Βορήϊοι υἷες ἔχεσκον, Οὓς ὑποκυσσαμένη ῥαδινὴ τέκεν Ὠρείθυια, Ὁππότε μὲν χόρον ἀγνὸν ἐπ' Ἰλίσσοιο ῥοῇσιν Ἱσταμένην Βορέης ἀνερείψατο, τῆλε δὲ γαίης Ἀτθίδος ἐν νεφέεσσι μεταχρόνιον φορέεσκεν, Μέσφ' ὅτ' ἐπὶ Θρήκης χιονώδεας ἷξεν ἐπαύλους. Eadem loca comparavit Weſſelingius Probabil. cap. 17.

I. 246.

Ἀλλ' οὐ φυκτὰ κέλευθα, πόνος δ' ἄπρηκτος ἰοῦσιν.

Scholiaſtae vehementer aeſtuant in voce ἄπρηκτος exponenda. Rem acu tetigit, qui δύσπρακτος, δυσεργής, δυσκατόρθωτος explicuit. Theognis vſ. 1025. Μηδὲ σύ γ' ἀπρήκτοισιν ἐφ' ἔργμασιν ἄλγος ἀέξων. vſ. 1073. Πρήγματος ἀπρήκτου χαλεπώτατόν ἐστι τελευτὴν Γνῶναι, ὅπως μέλλει τοῦτο θεὸς τελέσαι. Poëta περὶ καταρχῶν vſ. 38. Ἦ γάρ σοι δολιχός τε πόρος καὶ ἄπρηκτα κέλευθα Ἔσσεται. pro quo Oppianus Halieut. V. 63. οὐκ εὔπρηκτα κέλευθα dixit. Ἄπρηκτος ſaepe librariorum errore in ἄρρηκτος abiit. Theognis vſ. 817. Ἐς ποὺ ἄρρηκτον κακὸν ἥκομεν. Lege: Ἐς πολὺ ἄπρηκτον κ. τ. λ. Ariſtoteles de Xenophane cap. 2. τό τε ὂν ἐξόλλυσθαι ἀνήνυστον καὶ ἄρρηκτον Scribe, ἄπρηκτον. Sed optimus ſuimet ipſe interpres eſt Apollonius III. 502. πάντεσσι δ' ἀνήνυτος εἴσατ' ἄεθλος. ubi recte Scholiaſtes: ἀνήνυτος. δυσκατόρθωτος. Phrynichus Προπαρασκ. Σοφ. MS. Ἀνήνυτος πόνος. ὁ πολὺς καὶ ὃν οὐχ οἷόν τε διανύσαι.

I. 306. 307. 308.

Οἷος δ' ἐκ νηοῖο θυώδεος εἶσιν Ἀπόλλων
Δῆλον ἀν' ἠγαθέην, ἠὲ Κλάρον, ἢ ὅγε Πυθώ,
Ἢ Λυκίην εὐρεῖαν ἐπὶ Ξάνθοιο ῥοῇσι.

Ut Apollonius Homerum H. in Apoll. 179. ſeqq. ſic Apol-

pollonium imitatus est Virgilius Aen. IV. 143. cujus locum jam F. Ursinus comparavit. Ex Apollonio etiam colorem duxit Dionysius vs. 444. Τῷ πάρα Πυθῶνος θυόεν πέδον, —— ὅθι πολλάκις αὐτὸς Ἀπόλλων Ἢ ἀπὸ Μιλήτου, ἢ ἐκ Κλάρου ἄρτι βεβηκὼς, Ἰσάμενος χρυσέης ἀναλύεται ἅμμα φαρέτρης.

I. 388. 389.

Αἱ δ' ἄρ' ὑπὸ τρόπιδι στιβαρῇ στενάχοντο φάλαγγες
Τριβόμεναι· περὶ δέ σφιν ἀϊδνὴ κήκιε λιγνὺς
Βριθοσύνῃ.

Ex hoc loco profecit Tryphiodorus vs. 310. σιδήρειοι δὲ καὶ αὐτῶν Τριβόμενοι τρηχεῖαν ἀνέστενον ἄξονες ἠχήν. Τετρίγει δὲ πάλαι ξυνοχὴ, καὶ πᾶσα ταθεῖσα Λιγνὺν αἰθαλόεσσαν ἕλιξ ἀνεκήκιε σειρή.

I. 466.

Ἴστω νῦν δόρυ θοῦρον, ὅτῳ περιώσιον ἄλλων
Κῦδος ἐνὶ πτολέμοισιν ἀείρομαι, οὐδέ μ' ὀφέλλει
Ζεὺς τόσον, ὁσσάτιόν περ ἐμὸν δόρυ.

Apollonium expressit Virgilius Aen. X. 773. *Dextra mihi Deus, & telum, quod missile libro.* Virgilium Statius Theb. III. 615. *Virtus mihi numen, & ensis, quem teneo.* IX. 547. *Ades ô mihi dextera tantum. Tu praesens bellis, & inevitabile numen. Te voco, te solam superûm contemtor adoro.* Pari insolentia Caeneus omnes, qui ad sese venirent, per hastam suam jurare jubebat, nec ipse Diis, sed hastae suae, supplicabat, ut narrat Apollonii Scholiastes ad I. 57. Vide Lindebrogium ad Ammian. Marcell. XVII. 13. & Stanlejum ad Aeschyl. S. c. Th. 531.

I. 516.

Οὐδ' ἐπὶ δὴν μετέπειτα κερασσάμενοι δὴ λοιβάς.

Mirum est, teretes Brunckii aures tam duro versu non esse offensas, praesertim cum H. Stephanus dudum elegantiorem lectionem indicasset:

Οὐδ' ἐπὶ δὴν μετέπειτα κερασσάμενοι Διὶ λοιβάς.

Li-

Libario Jovi fiebat, linguae Mercurio facrabantur. Vide Athenaeum I. p. 16. B. & Eusthath. ad Od. Γ. p. 1471.

I. 545.

μακραὶ δ᾽ αἰὲν ἐλευκαίνοντο κέλευθοι,
Ἀτραπὸς ὣς χλοεροῖο διειδομένη πεδίοιο.

Hanc minime vulgarem comparationem ex Apollonio duxit Manilius I. 703. *Ac veluti virides discernit semita campos, Quam terit assiduo renovans iter orbita tractu; Ut freta canescunt sulcum ducente carina, Accipiuntque viam fluctus spumantibus undis, Qua tortus verso movit se gurgite vertex: Candidus in nigro lucet sic trames olympo.* Vidit etiam Jos. Scaliger. Ἀτραπὸς διειδομένη Propertius II. 11. 17. eodem modo, quo Manilius, reddidit: *lucebat semita.* nisi potius expressit I. 1281. διαγλαύσσουσι δ᾽ ἀταρποί.

I. 596.

Κεῖθεν εὐρυμενάς τε πολυκλύστους τε φάραγγας
Ὄσσης Οὐλύμποιό τ᾽ ἐσέδρακον.

Dubium est, utrum Εὐρυμενὰς, urbem Thessaliae, intelligas, de qua vide Stephan. Byz. in v. & Drakenborchium ad Liv. XXXIX. 25. an, ut Scholiastes cepit, φάραγγας εἰς τὸ πλάτος ἀνεῳγμένας, *valles in latitudinem patentes.* Urbem intellexit Apollonii imitator, Valerius Flaccus II. 14. *remis insurgitur: inde salutant Eurymenas.* Pro εὐρυμενὸς, *latus*, alia forma εὐρυμενὴς dixit. Orpheus Argon. 985. ἀνὰ δ᾽ ἔπλατο καλὰ θύρετρα Τείχεος εὐρυμενοῦς. & vs. 1050. Φᾶσίς τ᾽ εὐρυμενὴς, ἀκαλαρρείτης τε Σαράγγης. Hesychius: Εὐρύμναι. εὐρύχωροι. Corrige, Εὐρυμεναὶ, & vocem Lexicis adde.

I. 601 —— 604.

Ἄθω ἀνέτελλε κολώνη
Θρηϊκίη, ἣ τόσσον ἀπόπροθι Λῆμνον ἐοῦσαν,
Ὅσσον ἐς ἔνδιόν κεν ἐΰστολος ὁλκὰς ἀνύσσαι,
Ἀκροτάτη κορυφῇ σκιάει, καὶ ἐσάχρι Μυρίνης.

So-

Sophocles apud Scholiast. Theocriti Eid. VII. 76. Ἄθως σκιάζει νῶτα Λημνίας ἁλός. ubi in MS. Genev. legitur: Ἄθως καλύπτει πλευρὰ Λημνίας βοός. Optime βοός, ut est apud Eustath. ad Il. Ξ. p. 980. Suidam v. Ἄθως, & Etymol. M. p. 26. l. 16. Vide Salmasium Exerc. Plinian. p. 129. Versum 603. imitatur Dionysius vs. 155. οὐ μὲν ἰοῦσαι Ἐγγύθεν, ἀλλ' ὅσον ὁλκὰς ἐπὶ τρίτον ἦμαρ ἀνύσσῃ. & vs. 985. Τόσσον ἄνευθεν ἐών, ὅσον ἕβδομον ἦμαρ ὁδεύσας Ἴφθιμος καὶ κραιπνὸς ἀνὴρ ἀνύσειεν ὁδίτης.

I. 618.

πᾶν δ' ἄρσεν ὁμοῦ γένος ὥς κεν ὀπίσσω
Μή τινα λευγαλέοιο φόνου τίσειαν ἀμοιβήν.

Memores veteris dicti: Νήπιος, ὃς πατέρα κτείνας, παῖδας καταλείπει.

I. 729.

ἐν δ' ἄρ' ἑκάστῳ
Τέρματι δαίδαλα πολλὰ διακριδὸν εὖ ἐκέκαστο.

Nemo, quod sciam, in vitioso verbo ἐκέκαστο haesit. Lege:

ἐν δ' ἄρ' ἑκάστῳ
Τέρματι δαίδαλα πολλὰ διακριδὸν εὖ ἐπέπαστο.

Res clara est ex Homero Il. Γ. 125. unde locum duxit Apollonius: ἡ δὲ μέγαν ἱστὸν ὕφαινε, Δίπλακα μαρμαρίην· πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους. Il. X. 440. Ἀλλ' ἥγ' ἱστὸν ὕφαινε, μυχῷ δόμου ὑψηλοῖο, Δίπλακα μαρμαρίην, ἐν δὲ θρόνα ποικίλ' ἔπασσε. Utroque loco in quibusdam libris est δίπλακα πορφυρίην, ut hic in Apollonio.

I. 735 —— 741.

Ἐν δ' ἔσαν Ἀντιόπης Ἀσωπίδος υἷες δοιώ,
Ἀμφίων καὶ Ζῆθος· ἀπύργωτος δ' ἔτι Θήβη
Κεῖτο πέλας, τῆς οἵγε νέον βάλλοντο δομαίους
Ἱέμενοι. Ζῆθος μὲν ἐπωμαδὸν ἠέρταζεν
Οὔρεος ἠλιβάτοιο κάρη, μογέοντι ἐοικώς.
Ἀμφίων δ' ἐπί οἱ χρυσείῃ φόρμιγγι λιγαίνων
Ἤιε, δὶς τόσση δὲ μετ' ἴχνια νίσσετο πέτρη.

Probus, Grammaticus ipso Servio doctior, sed Virgilii

 inter-

interpretibus tam parum cognitus, ut vix ullam ejus rationem habuerint, Probus, inquam, ad Virgil. Ecl. II. 23. ad hunc locum respexit: *Amphionem & Zethum Euripides, & apud nos Pacuvius, Jovi ex Antiopa, Nyctei filia, ait natos, cantando potuisse armenta vocare. Testantur id Thebae, quas Apollonius in Argonauticis, a fratribus antedictis muro esse clausas ait. Sed Zethus humeris saxa contulit operi; Amphion cantu vocavit: si quidem sensus animalium facilius, quam saxa, vincuntur.* ubi ante *cantando* repone, quod excidit, *Amphionem*, ne Musicae studium cum Zetho communicetur.

I. 972.

Ἶσόν που κἀκείνῳ ἐπισταχύεσκον ἴουλοι.

Scholiastes ἶσον exponit νεωστί. Quam significationem nemo Graecorum v ci ἶσον tribuit. Sed nec Scholiastes de ea cogitavit. Aliam enim, eamque verissimam lectionem ante oculos habebat:

Νέον που κἀκείνῳ ἐπισταχύεσκον ἴουλοι.

Idem ad I. 125. Νέον [illegible] ἀντὶ τοῦ νεωστί. In aliis exemplis, eodem teste, legebatur:

Ἀρμοῖ που κἀκείνῳ ὑποσταχύεσκον ἴουλοι.

quod neminem de emendatione nostra dubitare sinit. Nam ἀρμοῖ est νέον, νεωστὶ, ἀρτίως. Sed cum Apollonius primum ἀρμοῖ scripsisset, post in νέον mutavit, credo, ne quid Callimachus sibi surreptum queri posset. Hic enim fr. 44. dixerat: Ἀρμοῖ που κἀκείνῳ ἐπέτρεχε λεπτὸς ἴουλος.

I. 1117.

Ἔσκε δέ τι στιβαρὸν στύπος ἀμπέλου ἔντροφον ὕλῃ.

Etymolog. M. p. 228. l. 26. hunc versum laudans, βριαρὸν pro στιβαρὸν legit. Sed melior est lectio vulgata.

I. 1129 —— 1131.

οὓς ποτε νύμφη
Ἀγχιάλη Δικταῖον ἀνὰ σπέος, ἀμφοτέρῃσι
Δραξαμένη γαίης Οἰαξίδος ἐβλάστησε.

Hos verſus ſaepe viri docti, ſed omnium primus Angelus Politianus Miſcellan. cap. 37. compararunt cum Varronis Atacini verſione, quae eſt apud Serv. ad Virgil. Ecl. I. 66. & apud Vib. Sequeſtr. p. 15.

Quos magno Anchiale partus adducta dolore,
Et geminis capiens tellurem Oeaxida palmis,
Edidit in Dicta.

Hujus poëtae diſperſa fragmenta cum diligenter collegerim, & ad ſuum quodque in Apollonio locum revocarim, non alienum fuerit, memoriam ejus prope intermortuam renovare. P. Terentius Varro in Gallia Narbonenſi natus eſt anno tertio Olymp. 174. Hieronymus Chronico ad illum annum p. 150. *P. Terentius Varro vico Atace in provincia Narbonenſi naſcitur: qui poſtea XXXV. annum agens, Graecas literas cum ſummo ſtudio didicit.* Quod, ſicut alia ejus generis, ex Suetonii libro de Poëtis ductum eſſe, vidit Joſ. Scaliger. Cognomen Atacini Varroni inditum eſt a vico Atace, ut Suetonius tradit; a fluvio Atace, ut Porphyrion ad Horat. I. Serm. 10. 46. Quod veriſimilius videtur Scaligero l. c. Nam vici Atacis nulla, niſi hoc loco, mentio eſt: frequens fluvii Atacis apud alios. Hic quaſi praetereundo corrigamus Sidon. Apollin. III. Ep. 3. *cui Varrones, vel Atacinus, vel Terentius, Plinii, vel avunculus, vel Secundus, compoſiti.* Cum uterque Varro Terentii nomen habuerit, ſtultum eſt, Terentium Varronem Varroni Atacino opponere. Lege: *cui Varrones, vel Atacinus, vel Reatinus.* Sidonius imitatus eſt ſimilem, ſed tamen in ipſa ſimilitudine diſparem, locum Symmachi Auctar. Epiſt. 1. *Scis, Terentium, non Comicum, ſed Reatinum illum, Romanae eruditionis parentem,* &c. ubi Fr. Juretus nihil expedire potuit. Ingenii felicitatem Varro non uno carminum genere oſtendit. *Bellum Sequanicum* laudat Priſcianus X. p. 877. *Invenitur etiam*

 pelli-

pellicuit. P. Varro belli Sequanici libro II. Deinde ubi pellicuit dulcis levis unda saporis. Magnam ab idoneis arbitris laudem tulit ejus *Leucadia*, sive *Elegiarum liber*, post Argonautica scriptus. Propertius II. 25. 85. *Haec quoque perfecto ludebat Iasone Varro, Varro Leucadiae maxima fama suae.* Ovidius Trist. II. 439. *Is quoque, Phasiacas Argo qui duxit in undas, Non potuit Veneris furta tacere suae.* Non tam feliciter ei cessit *Satirae* scribendae conatus. Horatius I. Serm. 10. 46. *Hoc erat, experto frustra Varrone Atacino, Atque quibusdam aliis, melius quod scribere possem, Inventore minor.* ubi haec Acronis annotatio est: *Varro quidem tentavit Satyram scribere, & scripsit, & ideo non edidit.* Atqui, si Varro Satiras suas suppressit, nulla Horatio de illis judicandi facultas fuit. Verius igitur est, in eruditorum manibus fuisse, ut Scholiastes Cruquianus scribit, & res ipsa declarat. Ex Varronis *Chorographia* duplex fragmentum prodidit Scaliger in Catalect. p. 244. & inde Burmannus Anthol. Lat. T. II. p. 335. Cujus carminis partem arbitror *Europam*, quam Festus v. *Tutum* laudat, fuisse. Forte ex ea fluxit versus, *Indica non magna minor arbore crescit arundo*, quem Scaliger ad Propert. p. 256. ed. Commel. nescio unde haustum affert. Ex poëtis Graecis Varro non solum Apollonium, sed etiam *Aratum*, Latine vertit; ut intelligi licet ex pulcerrimis versibus, quibus ejus Dios. 210. seqq expressit, apud Servium ad Virgil. Georg. I. 375. *Tum liceat pelagi volucres, tardaeque paludis Cernere inexpleto studio certare lavandi: Et velut insolitum pennis infundere rorem: Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo, Et bos suspiciens caelum, mirabile visu, Naribus aërium patulis decerpsit odorem. Nec tenuis formica cavis non evehit ova.* Sed nihil Varronis nomen aeque posteris commendavit, atque *Argonauticorum Apollonii Rhodii versio*; quam eximiis laudibus ornant ejusdem aetatis poëtae. Propertius II. 25. 85. *Haec quoque perfecto ludebat Iasone Varro.* Ovidius Amor. I. 15. 21. *Varronem primamque ratem quae nesciat aetas, Aureaque Aesonio terga petita duci?* Art. Am. III. 335. *Dictaque Varroni fulvis insignia villis Vellera, germanae, Phryxe, querenda tuae.* Trist. II. 439. *Is quoque, Phasiacas Argo qui duxit*

duxit in undas. His adde Statium II. Silv. 7. 77. *Et qui per freta ducit Argonautas.* De illa versione sic judicat Quinctilianus X. 1. p. 502. *Atacinus Varro in iis, per quae nomen est assecutus, interpres operis alieni, non spernendus quidem, verum ad augendam facultatem dicendi parum locuples.* Varronem autem Apollonianis nonnulla addidisse de suo, suspicari licet ex Probo ad Virgil. Georg. II. 126. *Pars Parthorum Media est appellata a Medo, filio Medeae & Aegei, ut existimat Varro, qui quatuor libros de Argonautis edidit.* Tale quid cum nec dixerit Apollonius, nec per operis sui rationem dicere potuerit, id a Varrone additum existimari debet. Ceterum Vellejus quoque Paterculus II. 36. Varronem in praecipuis numerat melioris aetatis poëtis: *Quis ignorat, floruisse hoc tempore auctores carminum, Varronem ac Lucretium, neque ullo in suscepti operis sui forma minorem Catullum?* Nec aliud magis ad ejus commendationem pertinet, quam quod Virgilius, tantus poëta, illum tanti fecit, ut integros ejus versus, vix literis mutatis, in carmina sua transferret.

I. 1135.

Σκαίροντες βηταρμὸν ἐνόπλιον ὠρχήσαντο.

Hic versus ab Etymologo M. p. 197. l. 2. sic scriptus affertur: Σκαίροντα βηταρμὸν ἐνόπλιον εἱλίσσοντο. Verissimum est εἱλίσσοντο, cujus locum glossa ὠρχήσαντο invasit. Dionysius vs. 841. Ὀρχεῦνται, θηητὸν ἑλισσόμεναι περὶ κύκλον. Sic δινεύειν pro *saltare* I. 215. Ἰλισσοῦ προπάροιθε χορῷ ἔνι δινεύουσαι.

I. 1161.

Τειρόμενοι, καὶ δὴ μιτιλύφιον.

Quid in mendosa lectione καὶ δὴ lateat, nec ego, nec alius facile divinasset. Nam scribendum est, literis a vulgata scriptura paulo longius recedentibus:

Τειρόμενοι καμάτῳ μιτιλύφιον.

Talem dimidiatum versum, suppresso poëtae nomine,

 lau-

laudat Etymolog. M. p. 571. l. 13. Qui, noli dubitare, quin hic ipse Apollonii versus sit, sed integer & sanus. Etymologi autem collatio quam salutaris sit Apollonio, Tu minime omnium ignoras, Ernesti. Ita p. 306. l. 32. hunc versum sine poëtae nomine prodit:

Εἰσάμενοι περὶ θῖνα θυηπολίης ἐμέλοντο.

qui est Apollonii I. 967.

Στησάμενοι περὶ θῖνα θυηπολίης ἐμέλοντο.

Sed εἰσάμενοι, quod Etymologus praebet, multum praefero vulgato στησάμενοι. Sic II. 809. Εἴσομαι ἱερὸν αἰπύ. Vide Valckenarium ad Euripid. Hippol. 31. Idem Etymologus p. 82. l. 11. Ἀμεύσιμον] ἀμεύω, τὸ περάω, οἷον· ὅπη καὶ ἀμεύσιμον. τουτέστι περάσιμον. Ἀπολλώνιος ὁ τὰ Ἀργοναυτικά. Hic etsi Apollonius diserte laudetur, tamen hemistichium, quod affertur, semel atque iterum frustra quaesivi. Nec mirum; cum ita corruptum lateat, ut vel doctissimorum acumen eludere possit. Tui judicii sit, Vir exercitatissime in arte critica, an veram glossae sedem indagarim, IV. 296. 297.

ἐπιπρὸ γὰρ ὁλκὸς ἐτύχθη
Οὐρανίης ἀκτῖνος, ὅπῃ καὶ πόρσιμον ἦεν.

Hic olim Etymologus scriptum reperit:

ὅπῃ καὶ ἀμεύσιμον ἦεν.

Qua lectione nihil exquisitius, nihil Apollonio dignius. Euphorion apud Steph. Byz. v. Ἀθύρας· Ὕδατα δινήεντος ἀμευσάμενος Ἀθύραο. Hesychius: Ἀμεύσασθαι, ἀμείψασθαι, διελθεῖν. περαιώσασθαι. ubi vide interpretes, inprimis Hemsterhusium nostrum ad v. Διαμεῖσαι.

I. 1183, 1184.

τοὶ δὲ λιχαίνῃ
Φυλλάδα λειμώνων φέρον ἄσπετον ἀμήσαντες
Στόρνυσθαι:

Ean-

Eandem rem Apollonius ſupra vſ. 454. ſic expreſſit: τῆμος ἄρ' ἤδη πάντες ἐπὶ ψαμάθοισι βαθεῖαν φυλλάδα χευάμενοι. Hunc autem locum imitatus eſt Propertius I. 20. 22. *Mollia compoſita litora fronde tegit.* Quod nec Scaliger indicare neglexit.

I. 1207.

Τόφρα δ' Ὕλας χαλκέῃ σὺν κάλπιδι νόσφιν ὁμίλου
Δίζετο κρηναίης ἱερὸν ῥόον.

Haec quoque expreſſit Propertius I. 20. 23. *At comes invicti juvenis proceſſerat ultra Raram ſepoſiti quaerere fontis aquam.* In quorum locorum comparatione duplex Scaligeri error eſt, primum ποτὸν pro ῥόον ſcribentis, deinde νόσφιν ὁμίλου ad κρηναίης referentis, ut verbis *ſepoſiti fontis* reſpondeat. Νόσφιν ὁμίλου eſt *ſeorſim a ſociis*, & ad Hylan pertinet.

I. 1213.

Δίου Θειοδάμαντος, ὃν ἐν Δρυόπεσσιν ἔπεφνεν.

Hunc verſum ita laudat Tzetzes ad Lycophr. 480. ἐκ Δρύοπος Δρύοπες, οἱ περὶ Παρνασσόν, ὥς φησιν Ἧλιος· Δίου Θειοδάμαντος, ὃν ἐν Δρυόπεσσιν ἔπεφνε. At quis, quaeſo, eſt novus ille & inauditus poëta Ἧλιος, cui verſus tribuitur? Nempe eſt ipſe Apollonius Rhodius, qui hoc cognomen neſcio unde invenit. Hujus rei notitiam uni debemus Grammatico veteri in Catalogo Bibliothecae Matrit. p. 449. Ζῆτα τὸ στοιχεῖον ἀπὸ Ζήτου τοῦ Βορέου, οὗ μέμνηται Ἧλιος Ἀπολλώνιος ὁ ποιητής. ſcil. I. 211. Eadem habet Etymol. M. p. 406. l. 38. ſed ſine illo cognomine. Nominis ratio magis quaeritur ab Iriarte, quam reperitur. Ἡλιάδης ſi dictus eſſet Apollonius, intelligerem Ῥόδιος. Jam autem, cognomine per illum Grammaticum cognito, facile eſt emendare eundem Tzetzen ad Lycophr. 208. Δελφίνιος μὲν, ὅτι τὸν ἐν Πυθῶνι δελφῖνα δράκοντα τοξεύσας ἀνεῖλε, Λητὼ βιάζοντα, ὥς φησιν Ἡλιόδωρος· Ὁππότε πετραίῃ ὑπὸ δειράδι Παρνησσοῖο Δελφύνην τόξοισι πελώριον ἐξενάριξεν. Verſus enim allati cum ſint Apollonii II. 707. perſpicuum eſt, pro Ἡλιόδωρος ſcribendum eſſe Ἧλιος.

I. 1239.

I. 1239.

δεξιτερῇ δὲ
Ἀγκῶν' ἔσπασε χειρὶ, μέσῃ δ' ἐνικάββαλε δίνῃ.

Probus ad Virgil. Georg. III. 7. *Hylas, Theiodamantis filius, Dryopum regis, quorum gens subjecta Parnasso fuit: qui, patre interfecto, Herculem secutus, studio ejus virtutis ardens, cum ex comitatu Argonautarum in Mysia Hercules recessisset ad materiam quaerendam remi, quem fractum volebat reficere; & Hylas, ad hauriendam aquam Ascanii fluminis, urnam extulisset: dum accedit ad ripam, adamatus* (adde, *& raptus*) *a Nymphis est. Propter hunc Hercules comites deseruit, nec secutus est Jasonem; ut refert Apollonius in Argonautis*, & *Alexion in Onomacrito.* Sic in Cod. Parif. scriptum reperit vir politissimus, qui novam hujus Grammatici editionem parat, Laur. Santenius. In editionibus locus sic interpolatus est: *Apollonius in Argonautis. Ejus fluminis nympha Meliae Eunicae partus est. Et Apollonius refert in Argonautis:* μέσῃ δ' ἔνι κάββαλε δίνῃ.

I. 1250.

Αἶψα δ' ἐρυσσάμενος μέγα φάσγανον ὦρτο νέεσθαι.

Legendum:

Αἶψα δ' ἐρυσσάμενος μέγα φάσγανον ὦρτο δίεσθαι.

Δίεσθαι sententia postulat, non νέεσθαι, quod librarius huc retraxit ex vs. 1206. Δίεμαι δ' ἑλὼν ῥόπαλόν τε παλίσσυτος ὦρτο νέεσθαι. Atque sic versum scriptum laudat Suidas v. Δίεσθαι, quamvis nec ipse poëtam nominarit, nec Kustetus indicarit.

I. 1323.

Μοῖραν ἀναπλήσειν Χαλύβων ἐν ἀπείρονι γαίῃ.

Lege:

Μοίραν ἀναπλήσειν Χαλύβων ἐν ἀτειρέϊ γαίῃ.

Ipse II. 375. Τρηχεῖαν Χάλυβες καὶ ἀτειρέα γαῖαν ἔχουσιν. de iisdem II. 1007. Ἀλλὰ σιδηροφόρον στυφελὴν χθόνα γειομέοντες.

Apol-

Apollonium imitatus est Dionysius 768. Τοῖς δ' ἐπὶ καὶ Χάλυβες στυφλὴν καὶ ἀπηνέα γαῖαν Ναίουσιν. ubi notandum, ἀπηνέα pro ἀτηρία, rariore potestate poni, ut apud Aretaeum Cappad. de Causs. morb. diut. I. 14. p. 43. ἀπηνὴς δὲ καὶ ἀτέραμνος ὅκως λίθος.

II. 119. 120.

Αἶψα μέλαν τεταγὼν πέλεκυν μέγαν, ἠδὲ κελαινὸν
Ἄρκτου προσχόμενος σκαιῇ δέρος, ἔνθορε μέσσῳ.

Haec quamcunque in partem versaveris, nihil extrices. Scholiastes ad quas nugas delapsus sit, non tanti est commemorare. Vere, nisi fallor, conjeci:

Αἶψα μάλ' ἀμπεπαλὼν πέλεκυν μέγαν, ἠδὲ κελαινὸν
Ἄρκτου προσχόμενος σκαιῇ δέρος, ἔνθορε μέσσῳ.

Ipse Apollonius I. 168. ἀμφίτομόν τε Δεξιτερῇ πάλλων πέλεκυν μέγαν. Nec pueros fugit Homericum, ἀμπεπαλὼν προΐει δολιχόσκιον ἔγχος. Hanc conjecturam ex parte firmat Codex apud Brunckium, cujus haec scriptura est: Αἶψα μάλα τεταγὼν πέλεκυν μέγαν. Ipse tamen vir eximius, adverbiorum cumulatione offensus, legere malit: Αἶψα μέγαν τεταγὼν πέλεκυν χερὶ, κ. τ. λ. At sine offensione legerat apud Homerum Il. B. 798. Ἦ μὲν δὴ μάλα πολλὰ μάχας εἰσήλυθον ἀνδρῶν. & Od. O. 430. Ἦ ῥά κε νῦν πάλιν αὖτις ἅμ' ἡμῖν οἴκαδ' ἕποιο. aut apud Apollonium III. 1267. Καὶ τότ' ἔπειτ' ὁ ἀνὴρ ἔτι σχέσθαι. Quod vero χερὶ absolute putat *dextra* significare, inprimis ubi τῇ σκαιῇ opponatur, id, vereor, ut aliis sit facile persuasurus.

II. 124.

Ἤματι χειμερίῳ πολιοὶ λύκοι ὁρμηθέντες.

Etymologus M. partem hujus versus cum ipso Scholio describens, p. 680. l. 21. in aliis exemplaribus pro πολιοὶ, πέλιοι reperit: Πολιοὶ λύκοι. γερόφωλαι καὶ πελειοὶ, πυῤῥοὶ ἢ μέλανες. Scribendum: γερόφιλαι καὶ πέλιοι. Eodem modo variatur apud Nicandrum Theriac. 279. πέλιος δέ τοι ἐμφέρεται χρώς. ubi in aliis libris πολιός. Vide Jo. Piersonum ad Moerid. Attic. p. 325.

II. 145.

Φράζεσθ' ὅ, ττι κεν ἦσιν ἀναλκείῃσιν ἔρεξαν,

Ipsa sententiae vis postulat:

Φράζεσθ' ὅ, ττι κεν ἦσιν ἀτασθαλίῃσιν ἔρεξαν.

II. 244.

Ἆ δεῖλ', οὔ τινα φημὶ σέθεν στυγερώτερον ἄλλον
Ἔμμεναι ἀνθρώπων.

Scholiastes: Στυγερὸν σημαίνει μὲν καὶ τὸ μισητὸν, καὶ τὸ ἐπίφοβον· ἐνταῦθα δὲ ἴσως τὸ ἐπίπονον. Atqui non στυγερὸς est ἐπίπονος, sed σμυγερὸς, ut ipse Scholiast. ad II. 374. exponit: σμυγερώτατοι ἀνδρῶν Χάλυβες. Legendum igitur:

Ἆ δεῖλ', οὔ τινα φημὶ σέθεν σμυγερώτερον ἄλλον
Ἔμμεναι ἀνθρώπων.

Ovidius Met. VII. 4. de hoc ipso Phineo: *Virgineas volucres miseri senis ore fugarant.* Pro eo Apollonius supra vs. 179. dixit: Ὃς περὶ δὴ πάντων ὀλοώτατα πήματ' ἀνέτλη. cui Cl. Brunckius IV. 1065. eandem vocem e MSS. reddidit: οἵη μιν ἐπὶ σμυγερὴ λάβεν αἶσα. Hesychius: Σμυγερόν. ἐπίπονον, οἰκτρόν. qui tamen, cum στυγερὸν explicat κακοπαθὴς, has voces more suo confundit. In epigrammate Musei Veron. p. 61. editur: Ὦ μητρὸς στυγερῆς καὶ ἀδελφέω εἵνεκ' ἐμεῖο. Corrige: Ὦ μητρὸς σμυγερῆς.

II. 295.

Οἱ δ' ὅρκῳ εἴξαντες ὑπέστρεφον ἂψ ἐπὶ νῆα
Σεύεσθαι.

Revocanda forma magis poëtica σώεσθαι, quam praebet Etymologus M. p. 742. l. 6. τὸ δὲ σώω σημαίνει τὸ ὁρμῶ, ὡς τὸ, Σώεσθαι. Στροφάδας, παρὰ Ἀπολλωνίῳ. Sic II. 1012. σώοντο πάρεξ Τιβαρηνίδα γαῖαν. III. 307. εἴ τις ἄτη Σωομένους μεσσηγὺς ἐνέκλασεν; ubi vide Brunckium.

II. 328 — 330.

Ἅρπυιαί τ' Ἶρίς τε διέτμαγον. αἱ μὲν ἔδυσαν
Κευθμῶνα Κρήτης Μινωΐδος, ἡ δ' ἀνόρουσεν
Οὔλυμπόνδε θοῇσι μεταχρονίη πτερύγεσσιν.

Imitatur Hesiodum Theog. 267. seqq. ἡ δ' ὠκεῖαν τίκτεν Ἶριν, Ἠϋκόμους θ' Ἁρπυίας, Ἀελλώ τ', Ὠκυπέτην τε, Αἵ ῥ' ἀνέμων πνοιῇσι καὶ οἰωνοῖς ἅμ' ἕπονται Ὠκείῃς πτερύγεσσι. μεταχρόνιαι γὰρ ἴαλλον. qui etiam voce μεταχρόνιος omnium primus usus videtur. Est quidem in Apollonii Lexico Homerico: Μεταχρόνιον. μετέωρον. Sed cum nulla vocabuli vestigia in Homero reperiantur, credibile est, eam glossam, sicut plures alias, ex Hesiodo in illud Lexicon temere migrasse. Scripturae ratione nihil est incertius. Nam & apud Apollonium, & apud alios, modo μεταχρόνιος, modo μεταχθόνιος scribitur. II. 589. ὕψι δὲ μεταχρονίη πεφόρητο. III. 1150. Ψυχὴ γὰρ νεφέεσσι μεταχθονίη πεπότητο. IV. 952. καὶ ἐς ἠέρα πόμπει Ὕψι μεταχρονίην. ibid. 1296. Πλημμυρὶς ἐκ πόντοιο μεταχθονίην ἐκόμισσε. & 1385. Νῆα μεταχρονίην φέρον. Vetus poëta περὶ καταρχῶν vs. 420. ἐν νεφέεσσι μεταχρονίην φορέονται. Nonnus XX. p. 548. μεταχρονίῳ δὲ πεδίλῳ Αἰθέρος ἔνδοθι ἵκανε. & sic etiam XL. p. 1078. Suidas: Μεταχρονίη. ἡ εἰς ὕψος φερομένη. cui glossae subjicit exemplum, ἐκ τῶν Μυθικῶν, ni fallor, petitum: Τίς γάρ ἐμοὶ σέο μισθὸς ἐπάξιος, ἤν σε διδάξω Ὕψι ὑπὲρ πόντοιο μεταχρονίην ποτέεσθαι; Etymologus quoque M. p. 581. l. 41. agnoscit μεταχρόνιος. item Hesychius: Μεταίσιον. (l. Μετάρσιον) μεταχρόνιον. ubi explicatio, inverso ordine, vocabulum, quod explicatur, praecedit, ut v. Ἀπόναιο, v. Ἐσῶ, &c. Mihi vox non ex μετὰ & χρόνος, ut Scholiastes Hesiodi l. c. nugatur, sed ex μετὰ & χθὼν composita videtur; quamvis facile largiar, doctiores etiam Graecos, depravatam vulgi consuetudinem secutos, μεταχρόνιος pro μεταχθόνιος scripsisse.

II. 377.

Ἄγχι δὲ ναιετάουσι πολύρρηνες Τιβαρηνοί.

Hunc locum ob oculos habuit Dionysius vs. 766. καὶ οἱ μόσσυνας ἔχουσι Δυρατέως· τῇ δ' ἄγχι πολύρρηνες Τιβαρηνοί.

II. 379 —— 383.

Τῇ δ' ἐπὶ Μοσσύνοικοι ὁμούριοι ὑλήεσσαν
Ἑξείης ἤπειρον ὑπωρείας τε νέμονται,
Δουρατέοις πύργοισιν ἐν οἰκία τεκτήναντες
Κάλινα, καὶ πύργους εὐπηγέας, οὓς καλέουσι
Μόσσυνας· καὶ δ' αὐτοὶ ἐπώνυμοι ἔνθεν ἔασιν.

Sentis, priſcae Vir doctrinae, in vſ. 382. aliquid ὕπουλον latere. Forte ſcribendum:

καὶ θελγὺς εὐπηγέας, οὓς καλέουσι
Μόσσυνας.

III. 217. *θελγὸς δ' ἐφύπερθε δόμοιο.* De varia vocis ſcriptura vide interpretes ad Heſych. in v. Eadem opera corrigendus eſt Euripides Iphig. Taur. 73. Ἐξ αἱμάτων γῦν ξάνθ' ἔχει τελχώματα. Θελγκοῖς δ' ὑπ' αὐτοῖς σκῦλ ὁρᾷς ἠρτημένα. Lege: Ἐξ αἱμάτων γῦν ξάνθ' ἔχει θελγκώματα. De Moſynoecis vide P. Weſſelingium ad Hierocl. Synecd. p. 665. Heſychius: Μοσύνη. ὁ κατοικίδιος πυλών. Corrige: Μοσύνη. ὁ κατοικίδιος μυλών. Supra: Μοσύνοικοι. ξύλινοι πίνακες μεγάλοι, ὥστε ἐν αὐτοῖς καὶ ἄλφιτα μάσσειν. ἐν τῷ Πόντῳ δὲ εἰσίν. Vocis πυλὼν & μυλὼν apud Heſychium permutatio nos admonet, ut eandem medicinam faciamus Euripidi Cyclop. 236. ſeqq. Μάστιγί τ' εὖ τὸ σῶτον ἀποθλίψειν σέθεν. Κἄπειτα συνδήσαντες, εἰς τὰ 'δώλια Τῆς νηὸς ἐμβαλόντες, ἀποδώσειν τινὶ Πέτρους μοχλεύειν, ἢ πυλῶνα καταβαλεῖν. Legendum: Μάστιγί τ' εὖ τὸ νῶτον ἀπολέψειν σέθεν. Κἄπειτα συνδήσαντες, εἰς τὰ 'δώλια Τῆς νηὸς ἐμβαλόντες, ἀποδώσειν τινὶ Πέτρους μοχλεύειν, ἢ ἐς μυλῶνα καταβαλεῖν. *Λέπειν* eſt *verberare.* Nicarchus epigr. inedito: τῷ ῥοπάλῳ τὰν κεφαλὰν λέπομες. Heſychius: Ἔλεπον· ἔτυπτον, ἱμαστίγουν. quod ex Comico quodam duxit. Καταβάλλειν εἰς μυλῶνα, *in piſtrinum detrudere.* de qua poena ſervili eleganter agit Hemſterhuſius ad Lucian. Timon. p. 136. Sic olim ſcripſimus. Nunc in Apollonii loco reſtituendo ſequimur eruditiſſimum Brunckium, qui acute vidit, duo verſus 382. 383. Δουρατέους πύργους εὐπηγέας, οὓς καλέουσι|Μόσσυνας· καὶ δ' αὐτοὶ ἐπώνυμοι ἔνθεν ἔασι, hinc auferendos, & poſt vſ. 1018. collocandos eſſe. Operae pretium eſt, ipſum adire, inventi palmarii rationes commode copioſeque explicantem.

II. 426.

II. 426.

ἐκ γὰρ τῆς κλυτὰ πείρατα κεῖται ἄεθλων.

Insolens constructio. Scribendum:

ἐν γὰρ τῇ κλυτὰ πείρατα κεῖται ἀέθλων.

Et sic scriptum versum Scholiastes affert ad III. 945.

II. 508. 509.

Ἔνθα δ' Ἀρισταῖον Φοίβῳ τέκεν, ὃν καλέουσιν
Ἀγρέα καὶ Νόμιον πολυλήϊοι Αἱμονιῆες.

Probus ad Virgil. Georg. I. 14. *Insula est Cea in Aegaeo mari, in qua sunt urbes quatuor, Julis, Carthaea, Poeëessa, Coresus. Ibi existimatur fuisse pestilentia pecorum & armentorum gravis, propter interitum Actaeonis. Aristaeus, monstrante Apolline patre, profectus est in insulam Ceam, & ibi sacrificio facto, aram Jovi Icmaeo constituit: qui, placatis flatibus & aestu, qui necabant & armenta & pecora, liberavit ea. Ipse autem post excessum vitae, imperante oraculo, ab immorantibus eam insulam, relatus in numerum deorum, appellatus est Nomius, & Aegores: quod & agresti studio, & cura pecorum armentorumque non mediocriter profuerat hominibus. Traditur haec historia de Aristaeo in corpore Argonautarum a Varrone Atacino.* ubi, sententia postulante, corrigendum: *qui, placato flatibus aestu, qui necabat & armenta & pecora, liberavit eam.* In eadem fabula mendum suscepit Heraclides Ponticus de Polit. p. 516. Ἀρισταῖον δέ φασι μαθεῖν παρὰ Νυμφῶν τὴν τῶν μελιττῶν καὶ βοῶν ἐπιστήμην — φθορᾶς οὔσης φυτῶν καὶ ζώων διὰ τὸ πνεῖν Ἐτησίας. ubi Salmasius Plin. Exerc. p. 102. nimia mutatione scribebat: Διὸς ἱκέτευσε τὸ πνεῖν Ἐτησίας. Poterat simplicius legere: διὰ τὸ μὴ πνεῖν, vel potius, διὰ τὸ ἐκλείπειν Ἐτησίας. Theophrastus de Vent. p. 405. εἰ δέ ποτ' ἐξέλιπον Ἐτησίαι, καὶ Ἀρισταῖος αὐτοὺς ἀνακαλέσασθαι θύσας τὰς ἐν Κέῳ θυσίας τῷ Διΐ, καθάπερ μυθολογοῦσι. ubi post Διΐ, suspicor, Ἰκμαίῳ intercidisse. Theophrastum secutus Clemens Alex. Strom. VI. p. 753. ἐκλειπόντων ποτὲ τῶν ἐτησίων ἀνέμων, Ἀρισταῖον ἐν Κέῳ θῦσαι Ἰκμαίῳ Διΐ.

 πολ-

πολλὴ γὰρ ἦν φθορὰ, φλογμῷ διαπιμπραμένων πάντων, καὶ δὴ καὶ τῶ ἀναψύχειν τοὺς καρποὺς εἰωθότας ἀνέμων μὴ πνεόντων, ῥᾳδίως αὐτοὺς ἀνεκαλέσατο. Quem locum adſcripſimus ex veriſſima emendatione Valckenarii ad Herodot. V. 62. Quod Probus ſimpliciter, *placato flatibus aeſtu*, poëtice ſic elocutus eſt Nonnus, Ariſtaei fabulam narrans, V. p. 152. Ἀλλὰ διιπετέων ἀνέμων ζωαρκέσιν αὔραις Λοίγιον εὐνήσαντι πυράμπιδος ἀστέρα Μαίρης. Mox in Probo pro *immorantibus eam inſulam* lege *immorantibus in ea inſula*, pro *Aegoros* denique *Agreus*; de quo epitheto, praeter Scholiaſten Apollonii ad h. l. vide Diodorum Sicul. IV. p. 324. & ibi Weſſelingium. Ceterum Probi locus fugiebat Salmaſium, de Ariſtaeo late diſputantem, Plin. Exerc. l. c.

II. 679.

Πλοχμοὶ βοτρυόεντες ἐπεῤῥώοντο κιόντι.

Hinc ſumſit Nonnus XXXIV. p. 860. Πλοχμοὺς βοτρυόεντας ἀνεῤῥίπιζον ἀῆται.

II. 906 —— 912.

Ὦκα δὲ Καλλιχόροιο περὶ προχοὰς ποταμοῖο
Ἤλυθον, ἔνθ' ἐνέπουσι Διὸς Νυσήϊον υἷα,
Ἰνδῶν ἡνίκα φῦλα λιπὼν κατενάσσατο Θήβας,
Ὀργιάσαι, στῆσαί τε χορὺς ἄντροιο πάροιθεν,
Ὧι ἐν ἀμειδήτους ἁγίας εὐνάζετο νύκτας.
Ἐξ οὗ Καλλίχορον ποταμὸν περιναιετάοντες
Ἠδὲ καὶ Αὔλιον ἄντρον ἐπωνυμίην καλέουσι.

Miror, veram verſus 910. lectionem, ab Etymologo M. p. 82. l. 28. ſuppeditatam, non receptam eſſe in emendatiſſimam Brunckii editionem:

Ὧι ἐν ἀμειδήτους ἁγίας ηὐλίζετο νύκτας.

praeſertim cum eam commendaſſet vir doctus Obſerv. Miſcell. Vol. II. p. 120. Etymologi verba haec ſunt: Ἀμείδητος] Ὧι ἐν ἀμειδήτους ἁγίας ηὐλίζετο νύκτας. τὰς φρικτὰς, ἐν αἷς οὐκ ἔστι μειδιᾶσαι, οὐδὲ γελάσαι· ἢ ὅτι φοβεραὶ εἰσὶ καὶ σκοτειναί. ubi ſcribendum: ἢ ὅτι φοβεραὶ εἰσὶν αἱ σκοτίαι. ut Scholiaſtes: ἢ ὅτι φοβεραί εἰσιν αἱ νύκτες. Verſum 909. laudat

dat Stephanus Byz. v. Αὐλή. — καὶ Αὔλιον ἄντρον, παρὰ τὸ ἐκεῖ χορεύειν. ὡς Ἀπολλώνιος· στῆσαί τε χορὺς ἄντροιο πάροιθεν. At ille aut mutilatus est, aut non satis cepit mentem Apollonii. Nam Καλλίχορος dictus est παρὰ τὸ ἐκεῖ χορεύειν, vel, ut Scholiastes, ἀπὸ τοῦ τὸν Διόνυσον αὐτόθι στῆσαι χορόν. at Αὔλιον ἄντρον, παρὰ τὸ ἐν αὐτῷ αὐλισθῆναι τὸν Διόνυσον, ut recte Etymologus M. p. 170. l. 40. hunc ipsum locum laudans.

II. 966.

Ἠδὲ καὶ Ἀσσυρίης πρόχυσιν χθονός.

Hunc versum mutuatus est Dionysius 772. Τῶνδε μέτ', Ἀσσυρίης πρόχυσις χθονὸς ἐκτετάνυσται. Imitationem etiam indicavit Cellarius Geogr. antiq. T. II. p. 282. Sed plura Dionysius ex hoc Apollonii loco in Periegesin suam traduxit, tanquam vs. 775. fabulam de Sinope.

II. 1008.

Ὦνον ἀμείβονται βιοτήσιον.

Hinc habet Dionysius vs. 1106. Τῆς ἀποτεμνόμενοι, βιοτήσιον ὦνον ἔχουσι.

II. 1155.

Πλωΐδας ὄρνιθας Στυμφαλίδας.

Veram scripturam πλωάδας non solum editus Etymologus M. p. 731. l. 40. conservavit, sed etiam MStus in Bibl. Regia: Πλωάδας ὄρνιθας. οἷον· Πλωάδας ὄρνιθας Στυμφαλίδας ἔσθενε λίμνης. πλωάδας ὄρνιθας τὰς Στυμφαλίδας λέγει. Στυμφαλίδες δὲ λέγονται, ἐπεὶ Στύμφαλος τῆς Ἀρκαδίας. πλησίον δὲ αὐτῆς λίμνη, ἔνθα διέτριβον αἱ ὄρνιθες.

II. 1102.

Αὐτὰρ ὅγ' ἤματιος μὲν ἐν οὔρεσι φύλλ' ἐτίνασσεν
Τυτθὸν ἐπ' ἀκροτάτοισιν ἀήσυρος ἀκρεμόνεσσιν.

An huc pertinet versus Varronis Atacini apud Servium ad Virgil. Georg. II. 404. *Frigidus & silvis Aquilo decussit honorem.* Mihi videtur non ex Argonauticis, sed ex alio ejus carmine sumtus. Apollonii quidem verbis non satis respondet.

III. 1.

III. 1.

Εἰ δ' ἄγε νῦν, Ἐρατὼ, παρά θ' ἵστασο, καί μοι ἔνισπε.

Hunc verſum loco poſuit Athenaeus XIII. p. 555. B. incipiens res amatorias explicare.

III. 76.

Ὡς ηὔδα· Κύπριν δὲ νεοστασίη λάβε μύθων.

Scholiaſtes: Νεοστασίη. ἀντὶ τοῦ ἐν ἐπιστάσει ἐγένετο νέων μύθων. ἢ μύθων ἐπίστασις εἷλεν αὐτὴν, καὶ περὶ συμπεπλεγμένου λόγου σύννοια. Miſeretne Te, mi Erneſte, balbutientis Grammatici? Heſychius: Νεοστασίη. ἐνεοίασις, κατηφεισμὸς, ἔκπληξις. ex qua gloſſa Arnaldus Lect. Graec. p. 100. Apollonio lucem reddere tentabat. Sed νεοστασίη, ex νέος & ἵστημι compoſitum, etſi probum vocabulum eſt, tamen non convenit huic loco. Aliud multo certius multoque venuſtius idem ſuppeditat Heſychius: Ἀνεοστασίη. θάμβος. quod ſimul viſum, ſimul probatum eſt. Igitur in poſterum legamus:

Ὡς ηὔδα· Κύπριν δ' ἀνεοστασίη λάβε μύθων.

Ἀνεοστασίη ex ἄνεος & ἵστημι tribuitur iis, qui re ſubita ac nova attoniti, loqui non poſſunt. Quid? ſi, ne litera quidem mutata, ſcribamus:

Ὡς ηὔδα· Κύπριν δ' ἐνεοστασίη λάβε μύθων.

Nam ἄνεος & ἐνεὸς nihil differunt. Heſychius, νεοστασίη explicans ἔκπληξις. non tam ad νεοστασίη, quam ad ἀνεοστασίη vel ἐνεοστασίη reſpexit. Ipſa loquendi formula niſi ſimilis eſſet Homericae Il. P. 695. Δὴν δέ μιν ἀμφασίη ἐπέων λάβε. legendum ſuſpicarer:

Ὡς ηὔδα· Κύπριν δ' ἐνεοστασίη λάβε θυμόν.

ut III. 284. τὴν δ' ἀμφασίη λάβε θυμόν. Eandem rem ſic expreſſit II. 411. Δὴν δ' ἔσαν ἀμφασίῃ βεβολημένοι. Plato Phileb. p. 76. F. εἰς ἀφασίαν παντάπασί με οὗτος ὁ λόγος ἐμβέβληκε. Euthyd. p. 227. F. ἐγὼ μὲν οὖν, ὥσπερ πληγεὶς ὑπὸ τοῦ λόγου, ἄφωνος ἐκείμην. Legg. I. p. 570. A. οὐ μὴν ἀλλ' ἀφασία γ' ἡμᾶς λαμβάνει,

θέσει, τί ποτε χρὴ λέγειν αὐτοὺς ταῦτα. Cum vero emendatio nostra uni sit Hesychio accepta referenda, age, fruamur ejus beneficio, & aliquot aliorum scriptorum loca, quibus non nisi ex Hesychio salus reddatur, subjiciamus. Homeridas H. in Mercur. 41. 42.

> Ἔνθ' ἀναπηλήσας γλυφάνῳ πολιοῖο σιδήρου
> Αἰῶν' ἐξετόρησεν ὀρεσκῴοιο χελώνης.

Barnesius temere in textum invexit ἀναπηδήσας. Sed, auctore Hesychio, reponendum est:

> Ἔνθ' ἀναμηλώσας γλυφάνῳ πολιοῖο σιδήρου.

Glossa ejus haec est: Ἀναμηλῶσαι. μήλῃ ἀναγλύψαι. Pollux IV. 181. Μηλῶσαι, τὸ τὴν μήλην καθεῖναι. ὅθεν καὶ Φρύνιχος ὁ κωμικός· Ἐμὲ καταμηλῶν, φλέγματος γὰρ εἶ πλέως. Lexicon MS. in Bibl. Regia: Μήλη, ἰατρικὸν ἐργαλεῖον, δι' ἧς ψηλαφᾶται τὰ πονούμενα. Μηλοῦν γὰρ τὸ ψηλαφᾶν λέγεται. καὶ μήλωθρον, τὰ πορφυρᾶ βάμματα. οὕτω Σέλευκος. ὁ δὲ Ὦρος ὁ Μιλήσιος, παρὰ τὸ μήδω, ἡ πολλῶν κατὰ τὴν ἰατρικὴν ἐργάτις. ubi ex Etymologo M. p. 583. l. 49. supplendum: παρὰ τὸ μήδω, τὸ ἐργάζομαι. μήλη οὖν, ἡ πολλῶν &c. Vide Foësium Oecon. Hippocr. v. Μήλη. Est in eodem Hymno etiam corruptus vs. 482. cui non nisi ex Hesychio medicinam facias:

> Ῥεῖα συνηθείῃσιν ἀθυρομένη μαλακῇσιν,
> Ἐργασίην φεύγουσα δυήπαθον.

Συνήθεια poëtis usitatum vocabulum est. Vulgare συνήθεια in tali carmine vix fero. Lege:

> Ῥεῖα συνεψιάῃσιν ἀθυρομένη μαλακῇσιν.

Hesychius verba ἐψία, ἐψιή, ψία, & inde derivata, tot tam diversis formis flexionibusque conservavit, ut, quam frequens eorum usus apud veteres fuerit, hinc satis intelligi possit. Nec miretur, in libris, qui commune naufragium evaserint, rarius inveniri, qui sciat, quoties librarii prisca & recondita in notiora mutarint. Sed ut emendationis ratio clarius appareat, depromam nonnul-

la ex Hemsterhusii τ πάνυ Schediasmate inedito *de Verborum Formis Doricis, Laconicis*, &c. „ Hesychius: ψιαδεῖν. παίζειν. Legendum est ψιάδδειν, Dorico flexu pro
„ ψιάζειν. alteram illam speciem analogiae Graecae norma
„ satis refutat. Ne quid dubitationis supersit, rem con-
„ ficiet Aristophan. Lysistr. v. 1304. Τοὶ δὲ παρ' Εὐρώταν
„ ψιάδδοντι, *qui apud Eurotan ludos agitant*. Vitiatum
„ quoque, quod praecedit, ψιὰ, χαρὰ, γελοίασμα, παί-
„ γνια· quippe corrigendum, ψιὰ, χαρὰ &c. ut legitur
„ apud Suidam. Παίγνια si recte scribuntur, confudit
„ duas voces, quae tono & numero discrepant, τὰ ψία
„ & τὴν ψιάν. τὰ ψία sunt παίγνια, quemadmodum ejusdem
„ originis, quod supra posuit, vocabulum, ψιάσματα, παίγνια.
„ Poterat alioquin reponi accentu mutato παιγνία· velut in
„ Apollodor. I. p. 67. τὰς ἀφαιρέσεις ἔσκωπτεν μετὰ παιγνίας.
„ Sunt autem haec capite truncata ex usu loquendi com-
„ muni, quibus tum demum integritas constabit, si ι sive
„ lene sive adspiratum, neque enim hoc plane liquet, prae-
„ fixeris: tu Lexicographum nostrum evolve in Ἐψεα, Ἐψιά,
„ Ἐψία, & sequentibus. Ἐψία vero dicitur *consabulatio jucunda cum risu lusuque conjuncta*, quanquam saepius
„ etiam simpliciter ponant pro ὁμιλία, ut patet ex Hesychio
„ in Ἀφεψιασάμενοι, cujus etiam meminit Eustath. ad Od.
„ P. p. 1381. v. 4. Προεψιᾶ, Προεψιά. Homeri est Ἑψιᾶ-
„ σθαι & Ἐξεψιᾶσθαι. Hesych. in Ἐφεψιώμενος, Ἐφεψιό-
„ ωνται. apud quem librarii culpa vitiatum credo Συνεψία·
„ quod cum a justa formandi lege recedat, emendandum
„ videtur, Συνεψίτερα. habet enim idem Ἐψήτωσαι, καταπαίζεται· vel potius Συνεψιάτερα, συμπαίκτρια, ἡ συνομιλήτρια." Haec eleganter disputata mihi profuerunt in
alia Hesychii glossa restituenda. Αἶζει. παίζει. + Αἴζοντι. παίζοντι. Primum littera ψ periit. Deinde ΙΑ facili errore in Μ abiit. Sic proba glossa exstitit: ψιάζει. παίζει. + ψιάζοντι. παίζοντι· Suidas: Συνεψιάζοντα. συμπαίζοντα. ἐν ἐπιγράμματι· Ἐξότε μοι πίνοντι συνεψιάζοντα Χαρικλῶ. quod unde sumserit, non indicavit Kusterus. Hausit vero ex Anthol. VII. epigr. 55. p. 596. ubi cum insigni varietate legitur: Ἐξότε μοι πίνοντι συνεστιάουσα Χαρικλώ. quod ob metri legem alteri praeferendum; nisi forte malis, συνεψιάουσα. Eodem modo variatur in Platonis epigrammate, Anthol.

Anthol. IV. 12. p. 479. Εἰμὶ δὲ ταῖς Νύμφαισιν ὁμέστιος. ubi potior lectio est Codicis Palatini: Εἰμὶ δὲ ταῖς Νύμφαισιν ὁμέψιος. Porro, Hesychii auctoritate freti, maculam eluamus Theognidi vs. 121, 122.

> Εἰ δὲ φίλου νόος ἀνδρὸς ἐνὶ στήθεσσι λέληθε
> Ψεδνὸς ἐών, δόλιον δ' ἐν φρεσὶν ἦτορ ἔχει.

Dionys. Petavius ad Synes. p. 26. ψεδνὸν capit pro *homine rarae fidei*. Quae dura & contorta explicatio est. At libri MSS. apud Clement. Alex. Strom. VI. p. 747. ubi iidem versus laudantur, teste Pottero, non ψεδνὸς, sed ψυχρὸς habent. Quod, quamvis corruptum, nos velut manu ducit ad veram lectionem:

> Εἰ δὲ φίλου νόος ἀνδρὸς ἐνὶ στήθεσσι λέληθε
> Ψυδρὸς ἐών, δόλιον δ' ἐν φρεσὶν ἦτορ ἔχει.

Hanc formam conservavit Hesychius: Ψυδρεῖ. ψευδῆ. + Ψυδρός. ψευδής. Nec tamen apud illum unum superest, ut olim putabam. Nam eandem quoque reperi apud Lycophron. vs. 235. Τὰ πρόσθεν αὐλητῆρος ἐκπεφευγότα Ψυδραῖσι φήμαις λαρνακοφθόρους ῥιφάς. quem respicit Eustathius ad Il. H. p. 671. Ejusdem autem Hesychii in alia hujus nominis forma castigandus error est: Σκοίθης. διάβολος. + Σοίθης. ψίθυρος, ἀλαζών, διάβολος. + Ψοίθης. ὁ ἀλαζών. quod totidem literis etiam apud Suidam reperitur. Tot ille modis legitimam formam ψύθης depravavit. Callimach. fr. 184. Σκύλλα γυνὴ κατακᾶσα, καὶ οὐ ψύθος οὔνομ' ἔχουσα. Sed hunc locum relinquam, ubi prius Eunapium Prooem. p. 9. ex eodem Hesychio sanaro: Καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, τὴν μὲν ἐρωμένην αὐτὴν ὁρῶντες, καὶ τὸ περίψεκτον ἐν τῷ φαινομένῳ κάλλος, κάτω νεύουσιν. Guil. Canterus Nov. Lect. VIII. 17. conjiciebat, περίσκεπτον. Sed a Sophistae manu est: καὶ τὸ περίψυκτον ἐν τῷ φαινομένῳ κάλλος. Hesychius: Περίψυκτος. περιπόθητος, ἐκ ψυχῆς ὅλης ἀγαπώμενος. Alciphron III. 59. ἀλλ' ἐκεῖνος ὁ Ἠλεῖος ὁ περίψυκτος καὶ περικαλλής. ubi cum eodem errore περίψεκτος legeretur, Berglerus, Hesychii ductus auctoritate, περίψυκτος revocavit. Quod juvat Codicis Paris. scriptura περίψηκτος. Revertimur ad Apollonium.

III. 275 — 277.

Τόφρα δ᾽ Ἔρως πολιοῖο δι᾽ ἠέρος ἷξεν ἄφαντος,
Τετρηχὼς οἷόν τε νέαις ἐπὶ φορβάσιν οἶστρος
Τέλλεται, ὅν τε μύωπα βοῶν κλείουσι νομῆες.

Brunckius, V. C. malit: ἷξεν ἄφαντος, Τετριγὼς, οἷόν τε. Sed vulgatam lectionem imitatione sua confirmat Virgilius Georg. III. 146. seqq. *Est lucos Silari circa ilicibusque virentem Plurimus Alburnum volitans, quoi nomen asilo Romanum est, oestrum Graji vertere vocantes; Asper, acerba sonans.* Τετρηχὼς est *asper, squamis horrens.* Nicander Theriac. 267. τετρηχότι νώτῳ. Alex. 79. ἀμφὶ δὲ ὁλκὸς Τέτρηχε γλώσσης. 281. γλώσσης νείατος· τρηχύνεται ὁλκός. quem imitatur Dionysius vs. 599. τῶν δ᾽ ὑπὲρ ἄκρων Τέτρηχεν νώτων περιμήκετος ὁλκὸς ἀκάνθης.

III. 446.

Κῆρ ἄχεϊ σμύχουσα.

Infra vs. 761. ἔνδοθι δ᾽ αἰεὶ Τεῖρ᾽ ὀδύνη σμύχουσα. Hinc fluxit illud Virgilianum: *Vulnus alit venis, & caeco carpitur igni.* Qua imitatione, judice Hemsterhusio ad Lucian. Dial. Mort. VI. p. 352. Virgilius non aequavit Apollonium, sed superavit.

III. 465. 466.

εἴθ᾽ ὅγε πάντων
Φθίσεται ἡρώων προφερέστατος, εἴτε χερείων,
Ἐῤῥέτω. ἦ μὲν ὄφελλεν ἀκήριος ἐξαλέασθαι.

Hunc locum expressit Ovidius Met. VII. 23. *vivat, an ille Occidat, in Dis est. vivat tamen.*

III. 550.

κείνης δ᾽ ὅγε μείλιχος ὄρνις

Πότμον ὑπεξήλυξε.

Editio Florentina: Οἶτον ὑπεξήλυξε. ut III. 64. Ὄφρα μὴ ἐγγελάσῃ Πελίης κακὸν οἶτον ἀλύξας. Hanc variantem nullus Editorum memoravit.

III. 654.

III. 654. 655.

Τρὶς μὲν ἐπειρήθη, τρὶς δ' ἔσχετο· τέτρατον αὖθις
Λέκτροισι πρηνὴς ἐνικάππεσεν εἱλιχθεῖσα.

Imitatur Ovidius Trist. I. 3. 55. *Ter limen tetigi: ter sum revocatus.* eadem manifestius ad linguam haesitantem traducens Fast. II. 823. *Ter conata loqui; ter destitit: ausaque quarto.* Versum 655. expressit Virgilius Aen. IV. 691. *Ter revoluta toro est.*

III. 680.

ἀλλ' ἐπὶ γαίης
Πείρασι ναιετάειν, ἵνα μηδέ περ οὔνομα Κόλχων.

Cicero ad Div. VII. 30. ex veteri Tragico: *Cupio aliquo pervenire, ubi nec Pelopidarum nomen, nec facta audiam.*

III. 683 — 686.

Μῦθος δ' ἄλλοτε μέν οἱ ἐπ' ἀκροτάτης ἀνέτελλε
Γλώσσης, ἄλλοτ' ἔνερθε κατὰ στῆθος πεπότητο.
Πολλάκι δ' ἱμερόεν μὲν ἀνὰ στόμα θῦεν ἐνισπεῖν,
Φθογγὴ δ' οὐ προὔβαινε παροιτέρω.

Hos versus simul cum vs. 654. ob oculos habuit Ovidius Ep. IV. 7. *Ter tecum conata loqui, ter inutilis haesit Lingua, ter in primo restitit ore sonus.* Verbis, φθογγὴ δ' οὐ προὔβαινε παροιτέρω, respondet Virgilianum: *Vox faucibus haesit.*

III. 738.

Ἦρι δὲ νηὸν
Οἴσομαι εἰς Ἑκάτης θελκτήρια φάρμακα ταύρων.

In quibusdam exemplaribus, Scholiaste teste, alius huic versui subjectus est: Οἰσομένη ξείνῳ, ὑπὲρ οὗ τόδε νεῖκος ὄρωρε. Is a sciolis, qui οἴσομαι cum οἰσομένη junctum ferre non possent, ejectus contextu videtur. Sed tandem per

nos redeat in ſedem priſtinam. Nam vix dubitandum eſt, quin locus ita ab Apollonii manu profectus ſit:

> ἴεν δὲ νηὸν
> Οἴχομαι εἰς Ἑκάτης, θελκτήρια φάρμακα ταύρων
> Εἰσομένη ξείνῳ, ὑπὲρ οὗ τόδε νεῖκος ὄρωρεν.

Euripides Hecuba vſ. 780. Λουτρ' ᾤχετ' οἴσουσ' ἐξ ἁλὸς Πολυξένῃ.

III. 748. 749.

> Οὐδὲ κυνῶν ὑλακὴ ἔτ' ἀνὰ πτόλιν, οὐ θρόος ἦεν
> Ἠχήεις. σιγὴ δὲ μελαινομένην ἔχεν ὄρφνην.

Hos verſus ita Latinos fecit Varro Atacinus apud Senecam Patrem Contr. III. 16. p. 238. & Senecam Filium Ep. 56. p. 194. *Deſierant latrare canes, urbesque ſilebant. Omnia noctis erant placida compoſta quiete.* Primus eos cum Apollonio comparavit Joſ. Scaliger ad Propert. p. 266. inde alii multi. Varronem, ut Burmanno Secundo videtur, expreſſit poëta incertus Anthol. Lat. T. I. p. 643. *Ecce tacent voces hominum, ſtrepitusque viarum, Et volucrum cantus, turbaque fida canum.* At ex Apollonio profecit Tryphiodorus vſ. 494. Ἡσυχίη δὲ πόλιν κατεβόσκετο νυκτὸς ἑταίρη. Οὐδ' ὑλακὴ σκυλάκων ἠκούετο, πᾶσα δὲ σιγὴ Εἱστήκει &c Comparanda etiam Alcmanis deſcriptio noctis, apud Apollonium Lex. Homeric. v. Κνώδαλον. quanquam illa ſimilior eſt Virgilianae Aen. IV. 522. quam Apollonianae: Εὕδουσι δ' ὀρέων κορυφαί τε καὶ φάραγγες, πρώονές τε καὶ χαράδραι, φῦλά τε ἑρπετά θ' ὅσα τρέφει μέλαινα γαῖα, θῆρές τ' ὀρεσκῷοι, καὶ γένος μελισσῶν, καὶ κνώδαλα ἐν βένθεσι πορφυρῆς ἁλός· εὕδουσι δ' οἰωνῶν φῦλα τανυπτερύγων.

III. 754 —— 758.

> Πυκνὰ δέ οἱ κραδίη στηθέων ἔντοσθεν ἔθυιεν.
> Ἠελίου ὥς τίς τε δόμοις ἐνιπάλλεται αἴγλη
> Ὕδατος ἐξανιοῦσα, τὸ δὴ νέον ἠὲ λέβητι
> Ἠέ που ἐν γαυλῷ κέχυται· ἡ δ' ἔνθα καὶ ἔνθα
> Ὠκείῃ στροφάλιγγι τινάσσεται ἀίσσουσα.

Hanc

Hanc imaginem non minus novitate, quam elegantia, mirabilem in usus suos convertit Virgilius Aen. VIII. 20. seqq. *Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc, In partesque rapit varias, perque omnia versat. Sicut aquae tremulum labris ubi lumen aënis Sole repercussum, aut radiantis imagine Lunae, Omnia pervolitat late loca, jamque sub auras Erigitur, summique ferit laquearia tecti.* ubi vide praestantissimum Heynium. Eandem, vix verbis mutatis, Apollonio suffuratus est Aristaenetus II. 5. ποικίλα τῆς ἀθυμίας ὑπεκπηδᾷ μοι κινήματα· καθάπερ αἴγλη τις ἡλίου πάλλεται συχνὰ περὶ τοῖχον ἐξ ὕδατος ἀνταυγοῦσα κατὰ σκαφίδος ἢ λέβητος κεχυμένου, καὶ ἀστάτῳ φορᾷ τὴν εὐκίνητον συστροφὴν ἀπεικονίζεται τῶν ὑδάτων. ubi Jos. Mercero non in promtu erat locus Apollonii. Huc etiam referendus est Dio Chrysost. Orat. XXI. p. 272. D. quem Is. Casaubonus apposite cum hoc poëta comparavit: ἴσως γὰρ οὐ προσενόησας τὸ ἐν τοῖς ὕδασι γιγνόμενον. τί δή; ὅτι τοῦ ἡλίου ἐπιλάμψαντος εἰς τὸ κατειδὸν, μάλιστα ἀντιλάμπει. καὶ ἴσως ἑώρακας ἐν τοῖς τοίχοις τὸ κινούμενον καὶ περιτρέχον φῶς, οὐκ ὂν ἀληθινὸν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ ἐν τοῖς ὕδασιν αὐγῆς τοῦ ἡλίου γεγονὸς πρὸς τὸ μάλιστα κατειδόν.

III. 883.

ἀμφὶ δὲ θῆρες
Κνυζηθμῷ σαίνουσιν ὑποτρομέοντες ἰοῦσαν.

Imitatur Homericum H. in Vener. 70. οἱ δὲ μετ' αὐτὴν Σαίνοντες πολιοί τε λύκοι, χαροποί τε λέοντες Ἤισαν.

III. 962.

θερμὸν δὲ παρηΐδας εἷλεν ἔρευθος.

Ovidius Met. VII. 77. *Cum videt Aesoniden: extinctaque flamma revixit. Et rubuere genae; totoque recanduit ore.*

III. 1085.

Πάμπαν ἐΰρρηνός τε καὶ εὔβοτος.

Cl. Brunckius pronior est in lectionem Codicum: Πάμπαν ἐΰρρειτός τε καὶ εὔβοτος. Sed forte non meminerat, vulgatam scripturam a Suida v. Εὔρηνος, & Etymologo M. p. 395. l. 54.

I, 54. qui hunc versum sine Apollonii nomine laudant, confirmari. Εὐῤῥείτης forma est Graecis usitata, εὔῤῥειτος non item.

III. 1133. 1134.

ὣς γὰρ τόδε μήδετο Ἥρη,
Ὄφρα κακὸν Πελίῃ ἱερὴν ἐς Ἰωλκὸν ἵκηται
Αἰαίη Μήδεια.

In eandem sententiam IV. 241. Οἱ δ' ἀνέμῳ λαιψηρῷ θεᾶς βουλῇσιν ἀέντος Ἥρης, ὄφρ' ὤκιστα κακὸν Πελίαο δόμοισιν Αἰαίη Μήδεια Πελασγίδα γαῖαν ἵκηται. Alterutrum locum, ipsis Apollonii verbis servatis, expressit Apollodorus I. 9. p. 48. ὁ δὲ, εἴτε ἐπῆλθεν ἄλλως, εἴτε διὰ μῆνιν Ἥρας, ἵν' ἔλθοι κακὸν Μήδεια Πελίᾳ· τὴν γὰρ Ἥραν οὐκ ἐτίμα.

III. 1214.

πέριξ δέ μιν ἐστεφάνωντο
Σμερδαλέοι δρυΐνοισι μετὰ πτόρθοισι δράκοντες.

Hunc locum pulcerrime vertit Varro Atacinus apud Non. Marcell. p. 191. *Cujus ut aspexit torta caput angue revinctum.* Quae versio huc quoque relata est a politissimo Brunckio.

III. 1316. 1317.

μεσσηγὺ δ' ἀείρας
Χάλκεον ἱστοβοῆα, θοῇ συνάρασσε κορώνῃ
Ζεύγληθεν·

Ex Scholiastae interpretatione συνήρμοσε, eum legisse, colligas: θοῇ συνάρηρε κορώνῃ. ut conjecit vir doctus in exemplaris sui margine. Hesychius: Ἀρήρει. ἥρμοσεν. Ac forte Apollonii animo obversabatur Hesiodus Ἔ. καὶ Ἡμ. 430. Εὖτ' ἂν Ἀθηναίης δμωὸς ἐν ἐλύματι πήξας Γόμφοισιν πελάσας προσαρήρεται ἱστοβοῆϊ. Sed nihil in Apollonio mutandum. Nam ἄρω, ἀράρω, ἀρήρω, ἀράσσω ut ejusdem originis sunt, sic eandem *aptandi*, *apte compingendi* potestatem habent. Apollonius II. 616. αὐτέ μιν Ἄργος Γόμφοισι συνάρασσε. pro quo II. 1114. οἷά τε πολλὰ Ῥαισθείσης κεκέδαστο, θοοῖς συναρηρότα γόμφοις. Apud Homerum Od. Ε. 248. libri nostri ha-

habent: Γόμφοισιν δ' ἄρα τήν γε καὶ ἁρμονίῃσιν ἄρηρεν. Sed in MSS. est: Γόμφοισιν δ' ἄρα τήν γε καὶ ἁρμονίῃσιν ἄρασσεν. quod verissimum esse, Apollonii imitatio ostendit. Ceterum ex hoc Apollonii loco explicabis Oraculum Ergino datum, apud Oenomaum in Eusebii Praep. Euang. V. 30. & Pausaniam Boeotic. 37. Ἐργῖνε Κλυμένοιο πάϊ Πρεσβωνιάδαο, Ὄψ' ἦλθες γενεὴν διζήμενος· ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν Ἱστοβοῇ γέροντι νέην ποτίβαλλε κορώνην. quod melius intellexit H. Stephanus Thes. L. Gr. T. II. p. 382. quam G. Sopingius ad Hesych. v. Κυριζομέναις. Alii deinde, quos haec oraculi lascivia & obscenitas offendisset, eandem sententiam his verbis extulerunt: Αἰεὶ δ' ἀνδρὶ γέροντι νέαν ποτιβάλλεο κόρην. Vide Diogenianum II. 72. & Suidam v. Αἰεί. ——— Haec nostra aut non legerat, aut oblitus erat Cl. Toupius ad Theocriti Schol. p. 220.

III. 1370.

ὡς ὅτε πόντος
Ἴαχεν ὀξείῃσιν ἐπιβρομέων σπιλάδεσσι.

In usum suum convertit Dionysius vs. 475. ἧχι θάλασσα Συρομένη, μακρῇσι περιβρέμεται σπιλάδεσσιν. Quanquam idem sumere potuit a Nicandro Alexiph. 290. Οἷος πετρῄεσσιν ὑποβρέμεται σπιλάδεσσι.

III. 1371.

Τὸν δ' ἕλε ἀμφασίη ῥιπῇ σιδαρεῖο τόλοιο.

Hic versus & qui sequuntur, teste Scholiaste, ducti sunt ab Eumelo, Corinthio, veterrimo poëta historico, de quo vide Jos. Scaligerum Animadv. in Euseb. p. 71. & G. J. Vossium de Histor. Gr. IV. 1. Is in τοῖς Κορινθιακοῖς Aeetae, Medeae, atque adeo Argonautarum historiam enarrarat. Ex quo carmine octo versus supersunt apud Scholiast. Pindari ad Olymp. XIII. 75. Tzetzen ad Lycophr. 174. & in Catalogo Bibl. Matrit. p. 263.

Ἀλλ' ὅτε δ' Αἰήτης καὶ Ἀλωεὺς ἐξεγένοντο
Ἠελίου τε καὶ Ἀντιόπης, τότε δ' ἄνδιχα χῶρον
Δάσσατο παισὶν ἑοῖς Ὑπερίονος ἀγλαὸς υἱός.
Ἣν μὲν ἔχ' Ἀσωπὸς, ταύτην πόρε δίῳ Ἀλωεῖ.

Ἠν δ' Ἐφύρῃ κτιάτισσ', Αἰήτῃ δῶκεν ἀνάσσειν.
Αἰήτης δ' ἄρ ἑκὼν Βούνῳ παρέδωκε φυλάσσειν,
Εἰσόκεν αὐτὸς ἵκοιτ', ἢ ἐξ αὐτοῖό τις ἄλλος
Ἢ παῖς, ἢ υἱωνός. ὁ δ' ᾤχετο Κολχίδα γαῖαν.

Eos verſus adſcripſimus partim ex noſtra emendatione, partim ex Salmaſiana Plin. Exerc. p. 602. Eumeli nomen foede depravatum eſt in fragmento περὶ Μουσῶν, quod ex Codice Bibl. Regiae deſcripſimus: Αἴμιλλος ὁ Κορίνθιος τρεῖς εἶναι φησὶ τὰς Μούσας, θυγατέρας Ἀπόλλωνος, Κιφισοῦν, Ἀπολλωνίδα, καὶ Βορυσθενίδα. Scribendum, Εὔμηλος, ut eſt apud Tzetz. ad Heſiod. Ἔ. καὶ Ἡμ. pr. & in Codice Matrit. apud Iriartem p. 320. Idem tamen Eumelus apud Clement. Alex. Strom. VI. p. 742. vulgarem Muſarum genealogiam ſecutus eſt: Μνημοσύνης καὶ Ζηνὸς Ὀλυμπίου ἐννέα κοῦραι.

IV. 52.

Ἀμφί τε δυσπαλέας ῥίζας χθονός.

Intelligo *herbas nocentes*. Ad hunc locum pertinet gloſſa Etymologi M. p. 292. l. 32. Δυσπαλέας ῥίζας. Ἀπολλώνιος τὰς κακῶς ἀναδεδομένας. ἀπὸ τοῦ πάλλω. ἢ δυσχερῶς γινομένας. quem etiam vide p. 394. l. 52. Δυσπαλὴς pro *difficilis* eſt apud Pindarum Olymp. VIII. 32. Ὀρθᾷ διακρίνειν φρενὶ μὴ παρὰ καιρὸν, Δυσπαλές. quo reſpicit Euſtath. ad Il. Η. p. 674. Contrarium eſt εὐπαλής. Apollon. II. 620. ἄεθλος Εὐπαλίας τελέεται Ἀγηνορίδης φάτο Φινεύς. IV. 193. Εὐπαλίως κώρης ὑπὸ δήνεσι μεκρ[...]αντο. Heſychius: Εὐσπαλές. εὐτελές. Corrige: Εὐπαλές. εὐχερές.

IV. 59.

Ἦ θαμὰ δὴ καὶ σεῖο, κύον, δολίῃσιν ἀοιδαῖς
Μνησαμένη φιλότητος.

Hic verbum ad ſententiam neceſſarium deſiderari, perſpicuum eſt. Sed illud e veteri Codice praebet manus docta in Editionis Florentinae margine:

Ἦ θαμὰ δὴ καὶ σεῖο κίον δολίῃσιν ἀοιδαῖς
Μνησαμένη φιλότητος.

Nihil

Nihil simplicius, nihil verius. Vetus autem mendum esse κύον, ex Scholiaste intelligitur.

IV. 282.

Ἔστι δέ τις ποταμὸς, ὕπατον κέρας Ὠκεανοῖο.

Imitatur Hesiodum apud Apollonium Lex. Homer. v. Φοῖβος. Φοῖβον ὕδωρ ἐπάγων κέρας Ὠκεανοῖο ῥοῇσι. & Theogon. 787. Ἐξ ἱεροῦ ποταμοῖο ῥέει διὰ νύκτα μέλαιναν Ὠκεανοῖο κέρας.

IV. 287.

πηγαὶ γὰρ ὑπὲρ πνοιῆς Βορέαο
Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσιν ἀπόπροθι μορμύρουσι

Transtulit in Periegesin Dionysius vs. 315. καὶ ὕδατα Παρθενικάπαο Ῥιπαίοις ἐν ὄρεσσι διάνδιχα μορμύρουσιν.

IV. 348. 349. 350.

Εἴτε μὲν εἰς πατρὸς χρειὼ δόμον αὖτις ἱκάνειν,
Εἴτε μετ' ἀφνειὴν θείην πόλιν Ὀρχομενοῖο,
Εἴθε μεθ' Ἑλλάδα γαῖαν ἀριστήεσσιν ἕπεσθαι.

Duplex nobis de hoc loco nata conjectura est, quarum altera versum 349. servabat, & sic refingebat: Εἴτε μετὰ Φθίην, θείην πόλιν Ὀρχομενοῖο. altera eundem delebat, tanquam temere repetitum ex II. 1190. Ἔνθα καὶ ἔνθα νέεσθαι, ὅπποτε φίλον, εἴτε μετ' Αἶαν, Εἴτε κατὰ Φθίην, θείην πόλιν Ὀρχομενοῖο. Posteriorem rationem, unam verissimam, secutus est elegantissimus Brunckius.

IV. 392.

Ὣς φάτ', ἀνιάζουσα βαρὺν χόλον.

Nescio, an tetricus iste & ineptus Apollonii Commentator, Hoelzlinus, se unquam turpius dederit, quam in hoc loco tentando. Quid enim aliud est ἀνιάζουσα, quod obtrudit, nisi monstrum, cujus adspectus Graece doctos horrore perfundat? Sed non tanti est, ut ejus errores exagitemus. Repone:

Ὣς φάτ', ἀναζείουσα βαρὺν χόλον.

Aeſchylus Prometh. 370. quanquam ſenſu diverſo: Τοιόνδε Τυφὼς ἐξαναζέσει χόλον. Euripides Hecub. 1054. Ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπειμι, κἀποσβήσομαι θυμὸν ζέοντι Θρῃκὶ δυσμαχωτάτῳ. Sic ille locus ſcribendus videtur. Philippus Epigrammate apud Kuſterum ad Suid. T. I. p. 636. Θυμὸν ἐπὶ Τροίῃ πάσον ἔζεσας. Plura collegit Dorvillius ad Chariton. p. 56.

IV. 432. 433.

Ἐξ οὗ ἄναξ αὐτὸς Νυσήϊος ἐγκατέλεκτο
Ἀκροχάλιξ οἴνῳ καὶ νέκταρι, καλὰ μεμαρπὼς
Στήθεα παρθενικῆς Μινωΐδος.

Imitatio eſt apud Dionyſium vſ. 948. Ἀκροχάλιξ δ' οἴνῳ πλεκτοὺς ἀνεσείσατο θύρσους. Ceterum Joſ. Scaliger ad Varronem de L. L. p. 141. triſtem & iniquam de hoc loco ſententiam dixit: „ Ineptus poëta, omni abjecta verecundia & majeſtate heroici carminis, illam foeditatem etiam ipſis verbis expreſſit, lib. IV. Argonaut." Quod judicium probarem, ſi poëta τιθέμενος vel μαζοῦ δραξάμενος ſcripſiſſet. Nunc rem ita elocutus eſt, ut ne caſtiſſimas quidem aures offenderet.

IV. 449.

Δυσμενέων ἐπὶ παισὶ κορύσσεαι δαῖμον ἀερθείς.

Hunc verſum imitatus eſt Dionyſius 600. Δυσμενέων τοι παῖδες, ἐλισσόμενοι περὶ πόντον, Κείνοις ἀντιάσειαν. Niſi potius hauſit ex communi fonte, Homero Il. Φ. 151. Δυστήνων δέ τε παῖδες ἐμῷ μένει ἀντιόωσι. Nicander Theriac. 186. Ἐχθρῶν που τέκεσσι κεῖνα καρήασιν ἐμπελάσειε. Hanc imprecandi formulam, Latinis poëtis inprimis frequentatam, erudite illuſtravit Lambinus ad Horat. III. Carm. 27. 21.

IV. 597. 598.

Ἔνθα ποτ' αἰθαλόεντι τυπεὶς πρὸς στέρνα κεραυνῷ
Ἡμιδαὴς Φαέθων πέσεν ἅρματος Ἠελίοιο.

Varronis Atacini verſio, quam Quinctilianus I. 5. p. 27.
con-

conservavit, haec est: *Cum te flagranti dejectum fulmine Phaethon.*

IV. 604 — 606.

ἀμφὶ δὲ κοῦραι
Ἡλιάδες ταναῇσιν ἐλιγμέναι αἰγείροισιν
Μύρονται κινυρὸν μέλεαι γόον· ἐκ δὲ φαεινὰς
Ἠλέκτρου λιβάδας βλεφάρων προχέουσιν ἔραζε.

Apollonium, praeter Dionysium vs. 291. cujus locus a Brunckio allatus est, imitatur Nonnus XXXVIII. p. 970. ἠελίοιο φλεγυγίου ἔκπεσε δίφρου Ἠριδανῆς Φαέθων, ποταμῷ δ' ἐκρύπτετο Κελτῷ, Καὶ θερμὸν ἡβητῆρα παρ' ὀφρύσιν Ἠριδανοῖο Ἡλιάδες κινυροῖσιν ἔτι στενάχουσι πετήλοις.

IV. 653.

οὐδ' οἷον κείνης ἐπίκουροι ἕποντο
Ναυτιλίης· Ζεὺς δέ σφι καὶ ὀψιγόνοισι πόρε νῆας.

Sic doctissimus Brunckius edidit, Codices suos secutus. At mihi magis poëtica videtur lectio Editionis Florentinae, ἐπίουροι, quam ille, licet H. Stephano probatam, memorare neglexit. I. 87. Οἰχαλίης ἐπίουροι, ἀπηνέος Εὐρύτου υἷες. III. 1179. Ἀρητιάδι κρήνῃ ἐπίουροι ἰόντα. IV. 1643. Εὐρώπῃ Κρονίδης νήσου πόρεν ἔμμεναι οὖρον.

IV. 900.

Αἰεὶ δ' εὐόρμου δεδοκημέναι ἐκ περιωπῆς.

Hinc habet Tryphiodorus vs. 141. εὔορμον τετανυσμένον ἐκ περιωπῆς.

IV. 1166.

Τερπωλῆς ἐπίβημεν ὅλῳ ποδί.

Suidas: Ὅλῳ ποδί. ὅλῃ δυνάμει. pro quo παντὶ ποδὶ dixit Libanius T. II. p. 724. C.

IV. 1266.

ἤλιθα δ' ὕδωρ
Καινέμενον πολιῇσιν ἐπιτροχάει ψαμάθοισιν.

Hinc hemistichium duxit Dionysius vs. 202. Ἄμπωτις ἐκρήσσει ἐπιτροχάδην ψαμάθοισι.

IV. 1524 — 1527.

ὅτε οἱ ἤδη ὑπὸ χροῒ δῦνε κῶμα
Λυσιμελὲς, πολλὴ δὲ κατ' ὀφθαλμῶν χέετ' ἀχλύς.
Αὐτίκα δὲ κλίνας δαπέδῳ βεβαρηότα γυῖα
Ψύχετ' ἀμηχανίῃ.

Non dubito, quin Apollonius in animo habuerit nobilem Platonis de Socrate moriente locum, Phaedon. p. 402. B. τί χρὴ ποιεῖν; οὐδὲν ἄλλο, ἢ πιόντα περιιέναι, ἕως ἄν σου βάρος ἐν τοῖς σκέλεσι γίνηται· ἔπειτα κατακεῖσθαι. ——— ὁ δὲ περιελθὼν, ἐπειδή οἱ βαρύνεσθαι ἔφη τὰ σκέλη, κατεκλίθη ὕπτιος. ——— καὶ ἡμῖν ἐπεδείκνυτο, ὅτι ψύχοιτό τε καὶ πήγνυτο. Versum 1525. sic Latine reddidit Varro Atacinus apud Servium ad Aen. X. 396. nihil ut fingi possit elegantius: *Semianimesque micant oculi, lucemque requirunt.*

IV. 1541.

Ὡς δὲ δράκων σκολιὴν εἰλιγμένος ἔρχεται οἶμον.

Ut Apollonius Hesiodum, cujus locum Ep. Crit. I. p. 106. dedimus, imitatus est, sic Apollonium Dionysius vs. 123. Ὡς δὲ δράκων βλοσυρωπὸς ἑλίσσεται ἀγκύλος ἕρπων, Νωθὴς, τῷ δ' ὑπὸ πᾶσα βαρύνεται οὔρεος ἄκρη Ἐρχομένῳ.

IV. 1561.

εἰ δή τιν' ἀκούετε, νόσφιν ἐόντες,
Εὐρύπυλον Λιβύῃ θηροτρόφῳ ἐγγιγαῶτα.

Huc pertinet Varronis Atacini hemistichium apud Philargyr. ad Virgil. Georg. III. 176. *Feta feris Libye.* ubi J. Rutgersium Var. Lect. VI. 15. *Libye* pro *Libyae* bene scripsisse, hic Apollonii locus ostendit.

IV. 1607. 1608.

ὁ δ' ἐπ' αὐχένι γαῦρος ἀερθεὶς
Ἕσπεται, ἀργυνόεντα δ' ἐνὶ στομάτεσσι χαλινὰ
Ἀφρῷ ὀδακτάζοντι παραβλήδην κροτέονται.

Hunc

Hunc locum venuſte expreſſit Virgilius Aen. IV. 135. *oſtroque inſignis & auro Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.*

IV. 1678. 1679.

ἂν δὲ βαρείας
Ὀχλίζων λάϊγγας, ἐρυκέμεν ὅρμον ἐκείνου,
Πετραίῳ στόνυχι χρίμψε σφυρόν.

In Etymologico M. p. 728. l. 32. ubi verſus 1679. ſine Apollonii nomine affertur, hanc ſcripturam reperio: πετραίῳ στόνυχι τρίψε σφυρόν. Sylburgius, unde locus ſumtus eſſet, ignorans, πτερίῳ explicare tentat. Quam infeliciter, non ſolum ex Apollonio clarum eſt, ſed etiam ex Euripide Cyclop. 400. Παίων πρὸς ὀξὺν στόνυχα πετραίου λίθου. Τρίψε vero librarius aberrans ſcripſit pro vetuſtiore forma χρίψε, de qua, vide, quae diſputavimus ad Timaei Lex. Plat. p. 77.

IV. 1711. 1712.

βαιὴν ἀπὸ τόφρ' ἐφαάνθη·
Νῆσον ἰδεῖν, ὀλίγης Ἱππουρίδος ἀντία νήσου.

Pluribus exemplis cognovimus, Editionem Florentinam, omnium principem, nondum ſatis diligenter ab Editoribus eſſe excuſſam. Hic vulgares Edd. exhibent ἀντία νήσου, MS. Guelph. ἐγχόθι νήσου, quod Cl. Brunckio librarii errore natum videtur ex ἐγγύθι νήσου. Qui ſi Florentinam inſpexiſſet, ex vera lectione, ἀγχόθι νήσου, ortum vidiſſet. Sed majorem varietatem deprehendimus vſ. 1726.

γλυκερὴ δ' ἀνεδαίετο τοῖσι
Κερτομίη, καὶ νεῖκος ἐπεσβόλον.

Sic omnes Editiones. At ſola Florentina:

γλυκερὴ δ' ἀνεδαίετο μέσσῳ
Κερτομίη, καὶ νεῖκος ἐπεσβόλον.

quod pro ἐν μέσσῳ ſi capiatur, ut I. 531. equidem non ſpreverim. Contra idem vir doctiſſimus ad IV. 1697. ex Edit. Florentina hanc lectionem laudat: ἐρεβόθεν δὲ μέλαν χάος, ἤ τις ἀϊδνὴ Ὀρφνὴ σκοτίη. rejiciens eo nomine veriſ-
ſimam

fimam T. Hemfterhufii conjecturam, a J. Pierfono Verifimil. II. 6. prolatam: οὐρανόθεν δὲ μέλαν χάος, ἠέ τις ἄδυ Ὠρώρει σκοτίη. At ego liquido confirmare poffum, non eam, fed hanc fcripturam, in Florentina exhiberi: οὐρανόθεν δὲ μέλαν χάος, ἠέ τις ἄλλη Ὠρώρει σκοτίη.

Hactenus de Apollonio. Cujus caftigationi, quid magis confentaneum eft, quam alterius Argonauticorum fcriptoris, multo foedius contaminati, Orphei, correctiones adjungere, praefertim cum nobis praefidia quaedam in promtu fint, quae noviffimo Editori, Gesnero defuerunt. Nam vir egregia literarum fcientia, Chriftianus Fredericus Matthaei mihi donavit Argonauticorum Codicem, non illum quidem valde antiquum, veruntamen omnibus, qui adhuc excuffi funt, facile praeferendum. Tum vir & natalibus & eruditione excellens, Aloyfius Emericus liber Baro a Locella, quo neminem cognovi ad has literas juvandas paratiorem, mecum communicavit Codicis Vindobonenfis membranacei Variantes, manu fua quam accuratiffime excerptas. Qui libri quid Orpheo profuerint, in fingulis locis reperietur. Cujus fint carmina, quae Orphei nomine circumferuntur, veterum diffenfus incertum facit. Is, qui Argonautica & Hymnos Orpheo fubjecit, five Onomacritus fuerit, ut plures tradunt, five alius, fcriptor certe meo judicio vetuftisfimus eft; in quo, quamvis animum diligenter attenderim, ne leviffimum quidem recentioris aetatis veftigium reperi, contra proba omnia, & antiquitatem redolentia. Orationis forma Homericam refert, fic tamen, ut pauca fingularia in ea notentur. Tale eft ἐπεὶ pro ἔπειτα Argon. 182. & 675. ubi vide H. Stephanum. Abrefchius quidem Dilucid. Thucyd. p. 446. id aliis etiam fcriptoribus ufitatum dicit. Sed exempla magis certa & perfpicua requiro. Tale quoque eft οἱ pro particula expletiva, quod pluribus locis occurrit, nec femel ex Codice noftro reftituetur. Quanquam illud οἱ non prorfus diffimilem ufum habet aliquot Homeri locis, quae Gesnerus laudavit Indice h. v. quibus adde Il. Ε. 24. Ὡς δὴ οἱ μὴ πάγχυ γέρων ἀκαχημένος εἴη. Erunt fortaffe, qui inter fingularia quoque referant formam Alexandrinam εἶδα vf. 116. & ἔπειτα vf. 519. Quibus locis ufus Valckenarius meus ad Herodot. VIII. 68. hoc judicium addit: Hic forex fuis fe facpe prodit indiciis.

At

At sint eae formae indicio, scriptorem Argonauticorum Alexandrinum fuisse: nihil impedio: modo ne ad carminis vetustatem elevandam trahantur. Nam alii quoque poëtae, quorum antiquitatem nemo in dubium vocaverit, Alexandrinis formis usi reperiuntur, tanquam Lycophron vs. 21. ἰσχάζοσαν. quo respicit Grammaticus MS. in Bibl. Sangermanensi: Ἐλέγοσαν, ἐγράφοσαν, καὶ τὰ ὅμοια Ἀλεξανδρεῖς λέγουσι. Λυκόφρων Ἀλεξάνδρα· Ναῦται λίαζον, κἀπὸ γῆς ἰσχάζοσαν. idem vs 252. πίφασαν. ubi vide Tzetzen. Posidippus Anthol. VII. p. 614. τὸν δὲ, θαλάσσης ψαύουσαν, πηγῆς ἤχοσαν αἰγιαλοί. Verum, quem poëtam nos ab antiquitate & elegantia commendamus, eum, ecce, in Germania exortus Orpheomastix recentiorem Graeculum, barbarum ac semilatinum versificatorem appellat, qui quod pingui ingenio concepisset, vix potuerit idoneis verbis efferre. In qua accusationis atrocitate, nescio, quid magis mirer, inscitiamne, an confidentiam. Fatendum quidem est, Argonautica rarius a veteribus, ne a Graecis quidem Apollonii interpretibus, laudari. Quanquam hi, si bene conjecit vir eximius, Jo. Toupius Emend. in Suid. T. III. p. 75. quod vix putem, Argonautica sub Cleonis Curiensis nomine laudarunt. Sed ex hoc silentio, frustra sit, qui argumentum ducat ad vetustatis, quam habent, opinionem convellendam. Etenim diserte laudantur ab antiquis & claris Grammaticis, Oro & Dracone Stratonicensi. Orus quidem apud Etymol. M. p. 787. l. 29. haec ex iis attulit: Τὸν δὴ καλέουσι Φάνητα, ὅτι πρῶτος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἐγένετο. Quae cum Sylburgius unde sumta essent, ignoraret, sic corrigere instituebat: τὸν δὴ καλέουσι Φάνητα, τῶνεκα πάντων πρῶτος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἔγεντο. Sed Orus de memoria, ut saepe solent Grammatici, laudavit Argonaut. 15.

ὅν ῥα Φάνητα
Ὁπλότεροι καλέουσι βροτοί· πρῶτος γὰρ ἐφάνθη.

Draconis locus est in libro inedito περὶ μέτρων ποιητικῶν, quem in Bibliotheca Regia evolvimus: οἱ ποιηταὶ δὲ τὸ παρατιθέντες διὰ τὸ μέτρον, συστέλλουσι τὸ ι, ποταμηΐδος. Παγασηΐδος λέγοντες. ὅθεν καὶ Ὀρφεὺς ἐν Ἀργοναυτικοῖς (vs. 110.)

p. 468. τὴν ἀπαραίτητον καὶ σεμνὴν Δίκην, ἣν ὁ τὰς ἁγιωτάτας ἡμῖν τελετὰς καταδείξας Ὀρφεὺς παρὰ τὸν τοῦ Διὸς θρόνον φησὶ καθημένην, πάντα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐφορᾷν. Respexit H. 61. in Justitiam:

> Ὄμμα Δίκης μέλπω πανδερκέος, ἀγλαομόρφου,
> Ἣ καὶ Ζηνὸς ἄνακτος ἐπὶ θρόνον ἱερὸν ἵζει,
> Οὐρανόθεν καθορῶσα βίον θνητῶν πολυφύλων.

Pausanias Boeotic 35. Ἡσίοδος τὰς Χάριτάς φησιν εἶναι Διός τε καὶ Εὐρυνόμης, καί σφισιν ὀνόματα Εὐφροσύνην τε καὶ Ἀγλαΐαν εἶναι καὶ Θάλειαν. κατὰ ταῦτα δὲ ἐν ἔπεσιν ἐστι τοῖς Ὀνομακρίτου. Manifestum est, eum ob oculos habuisse H. 59. in Gratias:

> Κλῦτέ μοι ὦ Χάριτες μεγαλώνυμοι, ἀγλαότιμοι,
> Θυγατέρες Ζηνός τε καὶ Εὐρυνόμης βαθυκόλπου,
> Ἀγλαΐη τε, Θάλεια, καὶ Εὐφροσύνη πολύολβε.

Jam, Orphicorum antiquitate satis vindicata, ad vitiosorum locorum emendationem transeamus.

Argon. vs. 7.

> Νῦν γάρ σοι, λυροεργὲ, φίλον μέλος ἀείδοντα
> Θυμὸς ἐποτρύνει λέξαι.

Optime in Codd. Vindobonensi & meo legitur:

> Νῦν γάρ σοι, λυροεργὲ, φίλον μέλος ἀείδοντι,
> Θυμὸς ἐποτρύνει λέξαι.

Nam haec ad Musaeum poëtam referuntur, ut bene vidit Gesnerus.

vs. 10.

> Φελκώδεα κῆλ' ἐπίφασκον.

Rectius Codex meus, ἐπίφαυσκον. Vide Epist. Crit. I, p. 24.

vs. 13. 14.

> ὅς ἐλέχιστον ἀπειρεσίοισιν ὑφ' ὁλκοῖς
> Αἰθέρος, καὶ διφυῆ, περιωπέα, κυδρὸν Ἔρωτα.

Codex meus: ὡς ἐλέχιστον ἀπειρεσίῃσιν ὑπ' ὁλκοῖς. Vindobo-

nenſis: ὡς ἐλόχευσεν ἀπηρισίεισιν ὑπ' ὄλκοῖς. Vratislavienſis, cujus Variantes vir, cum aliarum, tum Latinarum literarum ſcientia exquiſita praeditus, J. J. G. Schellerus, mihi, hunc ipſum locum tractanti, commodum miſit: ὡς ἐλόχευσεν ἀπαιρεσίοισιν ὑπ' ὄλκοῖς Bene omnes ὡς, quod lex carminis poſtulat. In ὑπ' ὄλκοῖς fortaſſe latet, quod Gesnero placebat, ὑπὸ κόλποις. Totus locus ſic ſcribendus videtur:

ὡς ἐλόχευσεν ἀπειρεσίοις ὑπὸ κόλποις
Αἰθέρα, καὶ διφυῆ, πυρσωπέα, κυδρὸν Ἔρωτα.

Πυρσωπὴς dicitur, ut πυρσαυγὴς H. 18. 1. ex emendatione Dorvillii ad Charit. p. 773.

vſ. 17.

Βρειμοῦς τ' εὐδυνάτοιο γονάς, ἤ ἔργ' ἀΐδηλα
Γιγαντίων.

Γιγάντων hic, pro Γηγενέων, contra verſum, repoſitum eſt ex loco ſimili vſ. 427. Καὶ Βριμοῦς, Βακχοιο, Γιγαντων τ' ἔργ' ἀΐδηλα. Voſſianus Γηγενέων in textu habet, Vindobonenſis in margine. Ceterum quod Eſchenbachius dicit, ſe nusquam Βριμὼ pro *terra* reperiſſe, non videtur Tzetzen ad Heſiod. Ἔ. καὶ Ἡμ. 144. legiſſe: Βριμὼ δὲ, καὶ Ὀβριμὼ κυρίως ἡ Περσεφόνη, ἄγων ἡ γῆ, καὶ ὁ θάνατος.

vſ. 24.

Μήχει καὶ Ἡρακλῆος ἀρείφατον ἄμυξιν.

Codex Vindobonenſis & meus: Καὶ μήλω τε καὶ Ἡρακλῆος ἀρείφημον αυυξιν. Vratisl. Μήλω τε καὶ &c. Ego in his Orphicae mythologiae tenebris nihil diſpicio.

vſ. 30.

Αἰπεινήν τε Κύπρον, καὶ Ἀδωνιαίην Ἀφροδίτην.

Nonnus XXXIII. p. 820. Τὴν δὲ κατηφιόωσαν Ἀδωνιὰς ἔννεπε Κύπρις. Vide Cl. Larcheri elegantiſſimam Diſſertationem, Gallice ſcriptam, de Venere p. 22.

vs. 33.

Ἀμφὶ δὲ μαντείης ἰδάης πολυπείροσιν οἴμους.

Quod Gesnerus e Vossiano rectissime recepit, ἰδάης, meus etiam Codex confirmat, male tamen cum Vindobonensi & Vratisl. tenens vulgatum ὅρμους.

vs. 43.

Ἠδ' ὅσον Αἰγυπτίων ἱερὸν λόχον ἐξελόχευσα.

MS. Vratislav. Ὅσον (Reg. Ὅσ' ἐν) Αἰγυπτίων ἱερὸν λόγον ἐξελόχευσα. Lectionem λόγον commendare videtur versus 100. Αἰγύπτῳ Λιβύῃ τε βροτοῖς ἀνὰ θέσφατα φαίνων.

vs. 50.

Ὡς ποτε Πιερίην, Λειβήθρων τ' ἄκρα κάρηνα.

Post hunc versum meus quoque Codex eundem, quem optimus ille Vossianus, conservavit:

Ἡρώων τε καὶ ἡμιθέων σπέρμος ἐξεπέρησε.

de cujus veritate inanis est Gesneri dubitatio.

vs. 55. 56.

Θέσφατα γὰρ Πελίας δειδίσσετο, μή οἱ ὄπισθεν
Χειρὸς ἐπ' Αἰσονίδα καθέλῃ βασιλήϊον ἀρχήν.

MS. meus habet, Χειρὸς ὑπ' Αἰσονίδα, quod Gesnerus ex aliis jure recepit, falsus tamen in loci constructione, quae haec est: μή οἱ ὄπισθεν θέσφατα καθέλῃ βασ. ἀρχὴν ὑπὸ χειρὸς Αἰσονίδα.

vs. 57.

Καί οἱ ὑπὸ πραπίδεσσι δόλον τρίβοι ἠπερόπευε.

MS. Vindobonensis cum Vossiano: δόλον τρίβοι ὑπερόπευε; quod forsitan prosit ad vitiosam lectionem corrigendam.

vs. 78.

ἐπεὶ Αἱμονίης ὀχίας πρώτιστον ἱκάνω.

 In-

Interpretes ὀχίας *saltus* reddunt. Qua auctoritate, scire velim. Lege:

ἐπεὶ Αἱμονίης ὄχθας πρώτιστος ἱκάνω.

vs. 87. 88.

Οἵ ῥα τεὴν μίμνουσι χέλυν καὶ θέσκελον ὀμφὴν,
Ἐλπόμενοι ξυνὸν πελαγῇ ἐπαρηγόνα μόχθων.

Codd. Voss. Vindob. & meus, θέσφατον ὀμφὴν, ut vs. 188. Scribendum:

Οἵ ῥα τεὴν μίμνουσι χέλυν καὶ θέσκελον ὀμφὴν,
Ἐλδόμενοι ξυνῶν πελάσαι ἐπαρηγόνα μόχθων.

Primum ἐλδόμενοι sententiae magis accommodatum est, quam ἐλπόμενοι. Apollon. Rhod. I. 110. Αὐτή μιν Τριτωνὶς ἀριστήων ἐς ὅμιλον Ὦρσεν Ἀθηναίη· μετὰ δ᾽ ἤλυθεν ἐλδομένοισιν. Hesychius: Ἐειλάεσθαι. ἐπιθυμεῖ. Kusterus legit: Ἐέλδετε. ἐπιθυμεῖτε. Cur non potius: Εἴλδεσθαι. ἐπιθυμεῖ. Deinde ξυνῶν pro ξυνὸν quam necessarium sit, ostendit versus 346. Μίμνομεν εὔφρονας ξυνῶν ἐπαρηγόνας ἄθλων. Hinc etiam emendabis vs. 288.

Ξυνὸν ἀνηρείψασθε πόνων κλέος, ὄφρ᾽ ἂν ἄρησθε.

Lege & interpunge:

Ξυνὸν ἀνηρείψασθε πόνοις, κλέος ὄφρ᾽ ἂν ἄρησθε.

Quam correctionem Vossian. Vindob. & meus confirmant. Πελάζειν si quis servare malit, non valde repugnem.

vs. 93.

Ὧς ἕνεκεν ξυνήν τε δύην Μινύαισιν ἀρέσσω.

Voss. Vindob. & meus ἕνεκα pro ἕνεκεν. Post hunc autem versum in Codd. meo & Vindobonensi sequitur ille:

Καὶ κλέος ἀνθρώποισιν ἐπισσομένοισι πυθέσθω.

Egregius sane, & veteri poëta dignus. Sed pro ἐπισσομένοισι, divisis vocibus, scribe, ἐπ᾽ ἐσσομένοισι. Saepe sic in Or-

Orpheo peccatum esse, docet Adr. Heringa Observ. cap. 2. p. 15.

vs. 101. 102.

Καί με ἀλητείης τε ϗ ἐξ οἴστρου ἐσάωσε
Μήτηρ ἡμετέρη, ϗ ῥ' εἰς δόμον ἤγαγεν ἄλλον.

Repone:

καὶ ῥ' εἰς δόμον ἤγαγεν ἀμόν.

Ἀμὸς pro ἡμέτερος frequens est apud Homerum & alios.

vs. 112.

Στεινὲς δὲ ψαμάθου ὁμάδῳ, ῥηγμῖνά τ' Ἀκαύρου.

Legendum:

Στεῖνος δὲ Ψαμάθης ὁμάδῳ, ῥηγμῖνά τ' Ἀναύρου.

quod aliis etiam in mentem venisse video. Oppianus Halieut. IV. 397. Πᾶσι δ' εἰλομένοισι περιπλήθουσα μὲν αὐλὴ Στείνεται. Q. Calaber VI. 642. πολὺς δ' ἐστείνετο χῶρος, Ἀργείων ἐλαθὲν ἐπ' ἀλλήλοισι πεσόντων. Lucan. IX. 35. *quis pelagus victas artasse carinas?* Ὅμαδος pro *Argonautis* est apud Apollon. Rhod. I. 347. Αὐτὸς ὅτις ξυνάγειρε, ϗ ἀρχεύοι ὁμάδοιο.

vs. 121.

Θεσπιείων δ' ἄγε τῆμος ἐφ' ὕδασι Τελμισσεῖς.

Vindobon. Regius, & meus, Θεσπιέων, ut viri docti correxerunt. Mox Vindobonensis, Τερμησσοῖο, meus, Τελμησσοῖο, Vratislav. Τελμισσοῖο.

vs. 134.

τὴν ποτε νύμφη
Λαοθόη Μερτοῖο παρευνηθεὶς ἐλόχευσε.

Vindobonensis, Μετοῖο. Sed rectissime Regius & Vratislav. Μενετοῖο· ut vocatur ab Apollon Rhod. I. 56. & Hygino Fab. 14. p. 40. Vide Burmannum Catal. Argon. v. *Echion*.

vs. 137.

vſ. 137.

Ἴφικλος αὖ Φυλάκου δῖον γένος ἀντεπόρησεν.

Vindobon. Vratisl. & meus, ἀντετόρησε. Regius vulgatum tenet cum gloſſa ἦλθεν. Mihi placet Gesneri correctio, ἀντεπέρησεν.

vſ. 138.

Βούτης τ' Αἰνεάδης, ἴκελος χρυσάορι Φοίβῳ.

Metro conſulit Codex meus: Βούτης τ' Αἰνιάδης. Sed ſtemma ſibi incognitum fatetur Burmann. Catal. Argon. v. *Butes.*

vſ. 153.

Ἐν δὲ Περικλύμενος Νηλήϊος εἰσαφίκανεν,
Ἀσχόθι Πελλήνης τε καὶ εὐύδροιο Λιπιξου,
Ἄστυ λιπὼν ἀφνειὸν, ὀρεινόμους τε κολώνας.

Ἐν δὲ ponitur pro ἐν τούτοις δὲ, ut vſ. 207. 454. &c. Apollonius Rh. I. 494. ex certa Brunckii emendatione: ἐν δὲ καὶ Ὀρφεὺς, λαιῇ ἀνασχόμενος κίθαριν, πείραζεν ἀοιδῆς. Formulam explicant Dukerus ad Petiti Leges Att. p. 221. & Weſſeling. ad Herodot. I. 18. MS. Vratisl. Λιπιξου. Veriſſime Vindob. & meus cum Voſſiano, Λιπάξου. Mox meus cum eodem Voſſ. ὑλεινόμους τε κολώνας. quod a poëtae manu profectum puto.

vſ. 162.

Πειρεσίην ὃς ἔναιεν ἐπ' Ἀπιδανοῖο ῥεέθροις.

Vindobon. & meus: Πειρεσίην ὃς ῥ' ἔναιεν Ἀπιδανοῖο ῥεέθροις.

vſ. 165.

Ἀσχόθι Πηνειοῖο καὶ εὐλαγίος Μελιβοίης.

Olim legere tentabam: εὐθαλίος Μελιβοίης. Toupius Emend. in Suid. T. III. p 75. εὐγλαγίος Μελιβοίης. Sed uterque conjectura aberravimus. Veram enim lectionem εὐπελαγοῦς Codices Askaeanus apud Gesnerum & meus ſuppeditant.

vſ. 167.

vs. 167.

Ὃ σφιν ἐν ἠνορέῃσι μετέπρεπεν ἡρώεσσιν.

Scribendum:

Ὃς σφῆσ' ἠνορέῃσι μετέπρεπεν ἡρώεσσιν.

Ὃς est ex MS. Vindobonensi: σφῆσ' ex conjectura nostra. Quanquam σφιν defendi potest hujus poëtae consuetudine, de qua vide Gesnerum ad h. l.

vs. 168.

Ἠνειὸς Καινῆος ἀφίκετο, τόν ῥά σε φασί.

Codices nostri nihil variant. Vellem, hanc scripturam praeberent:

Κλεινὸς δ' αὖ Καινεὺς ἐσαφίκετο, τόν ῥά τε φασί.

vs. 190.

Ἤλυθε δ' αὖ μετὰ τοῖσι Μενοίτιος ἐξ Ὀπόεντος,
Σύγχορτος Μινύαις.

MS. meus, σύγχορος, pro σύγχωρος, quod est in Vindob. & Voss. Vera lectio est σύγχορτος, quae recte in MS. Regio explicatur γειτνιάζων. Vide Albertum ad Hesych. v. Αὐλῆς, & Gesnerum ad h. l.

vs. 193.

Νύμφη ὑποκλινθεῖσα παρ' Αἰσήποιο ῥοῇσι.

MSS. Vratisl. & Regius, Ἀσώποιο. Talia vel contra libros scriptos recipienda erant.

vs. 203.

Μελεάτιδος ἄκρης
Ἐκπρολιπὼν αὐλῶνας.

Sinceram scripturam Μαλεάτιδος, praeter Vossianum, exhibet Vindobonensis.

vſ. 213.

Καὶ μὴν καὶ δισσοὶ ὄρπηκες ἀμύμονες ἦκον.

MSS. Vindob. Vratisl. Reg. & meus ſummo conſenſu, Καὶ μὴν καὶ &c. Quod, a Voſſiano etiam oblatum, Geſnerus ſpernere non debebat. Nicander Theriac. 51. Καὶ μὴν καὶ βαρυοδμος &c. Et ſic ille centies.

vſ. 215.

Πευκήνη συλλιπόντ' ἠδ' ἤθεα πατρίδος αἴης.

Geſneri correctionem, συλλιπόντες ἰδ' ἤθεα, Codex meus confirmat.

vſ. 223.

Ἄξεινον ποτὶ Φᾶσιν ἅμ' ἠρώεσσιν ἐλάσσαι.

Geſnerus parum idoneis rationibus oppugnat correctionem Valckenarii Anim. in Ammon. p. 5. ἅμ' ἠρώεσσι πελάσσαι. Ecce! Codex Vindobonenſis, in quo plane ſic ſcribitur, omnem dubitationem tollit.

vſ. 226.

τὸν δ' ὕπο ὑπὲρ δροσεροῖο γενείου
Ἀργεννὴς ἐρύθηνε παρηΐδος ἁβρὸς ἴουλος.

Vindobon & meus, ἀργεννὴς ἐρύθηνε, Vratisl. & Regius, ἀργεννῆς ἐρυθηνε. ex quo ἀργεννῆς ἐρυθῆνε παρηΐδος fecit Dorvillius ad Charit. p. 162. Sed mihi magis blanditur H. Stephani emendatio:

τῷ δ' ὕπο ὑπὲρ δροσεροῖο γενείου
Ἀργεννὰς ἐρύθηνε παρηΐδας ἁβρὸς ἴουλος.

quem confirmat imitatio Nonni X. p. 278. Οὐδέ οἱ ἁβρὸς ἴουλος ἐρευθομένοιο γενείου, Ἄχνοα χιονέης ἐχαράσσετο κύκλα παρειῆς.

vſ. 257 —— 262.

Ἀργὼ πεύκῃσίν τ' ἠδὲ δρυσὶν γομφωθεῖσαν,
Αἰὲν ἐμῆς ἐνοπῆς. καὶ γὰρ πάρος ἔκλυες ἤδη,
Ἡνίκα δένδρε' ἔθελγον ἐν ὑλήεντι κελώνῃ,

Πέτρας

Πέτρας τ' ἠλιβάτους· καί μοι κατὰ πόντον ἔβαινες,
Οὔρεα προλιποῦσα, ἐπίσπεο δ' αὖτε θαλάσσης
Παρθενίης ἀτραπτὰς, σπέρχε δ' ἐπὶ πᾶσιν ἀμείβειν.

Joannes Pierſonus, Juvenis pereleganti praeditus ingenio, recte verſum 257. a praecedentibus ſeparans, ſic legebat:

Ἀργὼ πευκήεσσ' τ' ἠδὲ δρυσὶ γομφωθεῖσα.

ut Orpheus Argo vocandi caſu alloquatur. De qua correctione nos dubitare non ſinunt Codd. Voſſianus & meus, γομφωθεῖσα plane exhibentes. Nec minus bene doctiſſimus Heringa Obſerv. cap. 10. p. 79. verſu 258. legendum vidit: Ἄϊ' ἐμῆς ἐνοπῆς. Nam Orpheus expreſſit Homerum Il. A. 451. Κλῦθι μευ, ἀργυρότοξ', —— Ἤδη μέν ποτ' ἐμεῦ πάρος ἔκλυες εὐξαμένοιο. Sed foediſſimum mendum haeret in vſ 260. quod an ſatis feliciter ſuſtulerim, Tuum ſit judicium, elegantiſſime Erneſte. Vindob. οὔρεα προλιποῦσαι ἐπίσπεο. Vratisl. Οὔρεα προλιποῦσα. meus: κατὰ πόντον ἔβαινον ὕρηα προλιποῦσαι ἐπίσπεο. Lege:

καί μοι συμπομπὸς ἔβαινες,
Οὔρε' ἀποπρολιποῦσα.

Mecum tanquam comes iviſti, me deduxiſti, montibus relictis. Hac ſententia nihil aptius. Quis enim eſt, qui neſciat, canentem Orpheum ſecutas eſſe arbores, ſaxa, feras? Horat. III. Carm. 11. 13. *Tu potes tigres comitesque* (παραπέμπεις) *ſylvas Ducere*. Gesnerus nullam mutandi neceſſitatem videns, vulgatum capit de materia, ex qua Argo conſtrueretur, ad mare deducta. At Orpheus loquitur de arboribus, ſe inſecutis, antequam ad navis aedificationem adhiberentur. Nec ullae ejus in deducendis ad pontum arboribus partes fuerunt, cum demum, navi jam confecta, ad Argonautas venerit. Vſ. 262. Heringa l. c. veriſſime reſcripſit: σπέρχε δ' ἐπὶ Φᾶσιν ἀμείβειν, Pro ἀμείβειν meus & Voſſ. ἀμύνειν.

vſ. 273. 274.

ἐφέσπετο δ' ἀγχόθι Τῖφυς.
Καί οἱ ἐπάρτια θῆκαν ἀρηρότα κορσύνοντες
Ἱστόν τ' ἠδ' ὀθόνας.

Codex meus: ἐφέσπετο δ' αὐτόθι Τῖφυς. Καί οἱ ἐπάρτια θῆκαν ἀρηρότα πορσαίνοντες Ἱστὸν τ' ἠδ' ὀθόνας. Vossianus etiam αὐτόθ' habet, non αὐτόθι, ut scribitur apud Gesnerum. Pro ἐπάρτια reponenda legitima forma ἐπαρτέα, ut aliis etiam placet. Apollon. Rhod. I. 235. Ὅσσα περ ἐντύνονται ἐπαρτέες ἔνδοθι νῆες. & 333. Πάντα μάλ' εὖ κατὰ κόσμον ἐπαρτέα κεῖται ἰοῦσι.

vs. 281.

ὅς τοι ἄρα κραδίῃ θυμός τε μενοινᾷ.

Praeter Vossianum, meus & Vindobonensis:

ὅς τοι οἱ κραδίῃ θυμός τε μενοινᾷ.

ubi οἱ poëta de more suo scripsit, non sciolus inculcavit, ut Gesnerus putat.

vs. 289.

Ἀλλ' εἰ δὴ κάρτιστον ἀρειότερόν τι γενέσθαι.

Vindob. Voss. & meus: Ἀλλ' εἰ οἱ κάρτιστοι &c.

vs. 286.

Καὶ γὰρ δὴ μοῦνον σὺν ἐμοὶ πολέες τε καὶ ἐσθλοί.

Vindobonensis, Regius, & meus, μοῦνοι. Bene Gesnerus μούνῳ edidit.

vs. 297.

Οἱ τότε γ' αὐτὸς ἔειπεν Ἰήσονα κοίρανον εἶναι
Πεντήκοντ' ἐρέταισιν.

Vindob. Voss. & meus: Ὅς ῥά οἱ αὐτὸς ἔνισπεν Ἰήσονα κοίρανον εἶναι Πεντήκοντ' ἐρετμαῖσιν.

vs. 308.

Αὐτὰρ ἐγὼ ψαφαρῇσιν ἐπ' ἠϊόνεσσιν ἔθηκα
Κᾶλα.

Vera hujus versus scriptura, quae Gesnerum fefellit, est in MSS. Vindobonensi & meo:

Αὐτὰρ

Αὐτὰρ ἐγὼ ψαφαρῇσιν ἐπ' ἠιόνεσσιν ἐνῆκα
Κῶλα.

vs. 310.

ἐν δ' ἄρ ὕπερθε
Πέπλῳ παρκατέθηκα θεοῖς ἐπινήχυτα δῶρα.

MS. Vindob. Πέπλα παρκ. meus & Voss. Πολλὰ παρκ. An in illa scriptura latet, Πέλλῃ παρκατέθηκα? Πέλλα sive πελλὶς, unde Latinum *pelvis* natum est, non modo lacti, sed aliis etiam liquidis condendis inserviebat. Vide Athenaeum XI. p. 495. C.

vs. 340.

Αὐγῇ τ' ἠελίοιο, ποδῶν ἀστροδηγέτιν ἵπποι.

Scribendum:

Αὐγὴν τ' ἠελίοιο, θοῶν ἀστροδηγέτιν ἵππων.

Hujus emendationis nostrae Cl. Gesnerus oblitus erat. Paulo ante vs. 338. ex omnibus MSS. lege, χρυσειοτάρσοις.

vs. 356.

ὑπὸ δὲ ζυγὰ τευχί' ἔθεντο,
Χεῖρας ἐρετμώσαντες.

Euripides Med. 4. μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας Ἀνδρῶν ἀρίστων. Sed hic aliter dicitur, pro *manus remis applicantes*. Accommodate ad hunc locum Hesychius: Ἐρετμῶσαι. κώπαις ἁρμόσαι. Eam locutionem, a poëta nostro sumtam, Nonnus frequentavit pro *manus aptare natationi*, quae similis est remigio. Vide Paraphr. Joannis cap. 21. p. 284. & ibi Fr. Nansium.

vs. 362.

ἐτέτμετο δ' ἄσπετος ἅλμη.

Insolens ἐτέτμετο pro *secabatur*. Vindob. & meus, ἐπέτμετο. Lege:

ἐτέμνετο δ' ἄσπετος ἅλμη.

Homerus Od. Γ. 174. ἠνώγει πέλαγος μέσον εἰς Εὔβοιαν Τέμνειν. Vide hanc Epistolam p. 182.

vſ. 378.

Οἱ τράφεν ἐν Φολόῃ, Πίνδῳ τ' αἰπεινὰ κάρηνα.

Lege:

Οἱ τράφεν ἐν Φολόῃ, Πίνδῳ τ' ἀνὰ δῖα κάρηνα.

Homeridas H. in Mercur. 142. Κυλλήνης δ' ἂψ αὖτις ἀφίκετο δῖα κάρηνα. Τρέφεν eſt in MSS. Voſſiano & meo. Vide interpretes ad Callim. H. in Jov. 55.

vſ. 391. 392. 393.

Αὐτὰρ ἐπ' εἰς αὐλὴν εἰσήλθομεν ἠεροειδῆ,
Καὶ προκεκλιμένος μὲν ἐπ' οὐδαίοιο χαμεύνης
Κεῖτο μέγας Κένταυρος, ἀπηρήρειστο δὲ πέτρῃ.

Gesnerus, conjecturam Heringae Obſerv. cap. 2. p. 15. ſecutus, edidit vſ. 391. Αὐτὰρ ἔπειτ' αὐλὴν &c. At rectius Codex meus: Αὐτὰ ἐπεὶ 'ς αὐλὴν &c. ut ἐπεὶ pro ἔπειτα ſumatur; de quo diximus p. 228. Verſu 392 ſcribendum ex MSS. Voſſ. Vindob. & meo: Καί οἱ κεκλιμένος. Iidem Codd. male πέτρην pro πέτρῃ.

vſ. 401.

Κλινθῆναι δ' ἐκέλευσεν, ἀδαιδάλτοις δ' ὑπὸ πλαγκταῖς
Κρεῖα χύδην πρού̈θηκε.

In meo Codice ſic ſcribitur: Κλιθῆναι δ' ἐκέλευσεν, ἀδαιδάλτοις δ' ὑπὸ πλακταῖς &c. Hinc alius veram lectionem eruat. Lennepii quidem conjectura ad Phalarid. Epiſt. 9. p. 53. ἀδαιδάλτοις δὲ πίναξι, probari non poteſt.

vſ. 410.

Ἠνώγει ᾄδειν ἐμεδανιέμεν εἵνεκα μολπῆς.

Quod in hoc verſu durum eſt, mollietur, ſi legeris;

Ἠνώγει καλέων ἐμεδανιέμεν εἵνεκα μολπῆς.

vſ. 416.

ἐπεὶ μῖνος οἶνυ ὄγειρεν,

Hunc

Hunc locum male interpretantur Wesselingius Observ. II. 14. & Gesnerus. Lege:

ἐπεὶ μένος οἶνος ἔγειρεν.

Poëta imitatur Homerum Il. Z. 261. Ἀνδρὶ δὲ κεκμηῶτι μένος μέγα οἶνος ἀέξει. Cyrus in Analect. Brunckian. T. II. p. 454. ἀλλ' οὐ φρένας οἶνος ἐρείδει.

vs. 423.

Ὅσσα τ' ἔφυσεν ἅπαντα, διέκρινε δ' ἄλλον ἀπ' ἄλλου.

Non spernam Piersoni conjecturam, Ὅς ῥα τ' ἔφυσεν. Suspicor tamen, poëtam scripsisse:

Ὡς τ' ἐφύτευσεν ἅπαντα, διέκρινε δ' ἄλλον ἀπ' ἄλλου.

Vindobonensis, Vratisl. & meus, διέκριθε, sicut alii apud Gesnerum.

vs. 431.

Ἔσευτο δ' ἄκρα κάρηνα καὶ ἄγκεα δενδρήεντα Πηλίου.

Vindobon. Voss. & meus, Ἔστατο δ' ἄκρα. Ego quoque H Stephani correctionem, Πεύθετο δ' ἄκρα, sequar. Certe nihil melius aut ipse reperi, aut ab aliis prolatum vidi.

vs. 434. 435.

θῆρες δ' αἴοντες ἀοιδῆς,
Σπήλυγγος προπάροιθεν ἀλυσκάζοντες ἔμιμνον.

Codex meus, ἀλισκάζοντες. At, per tuam fidem, optime Erneste, an ulla hinc elicitur sententia? Nam si ferae Orphei cantu delinitae restiterint, qua ratione ἀλυσκάζοντες, *effugientes*, dici possunt? Equidem legendum conjeci:

θῆρες δ' ἀΐοντες ἀοιδῆς,
Σπήλυγγος προπάροιθεν ὑποκλάζοντες ἔμιμνον.

Talis descriptio est in Orphei statua apud Callistratum p. 899. Ὀκλάσαι Erotianus bene explicat ἐπὶ τὰς κνήμας καὶ

καὶ τὰς πτέρνας κάμψαντα τὰ γόνατα καθίσαι. Hesychius: Κατωκάιξας. ἐπὶ πτέρναν ἐκάθισας. Lege: Κατώκλασας. Idem Grammaticus ὀκλάζειν non tantum explicat εἰς γόνυ κάμπτειν, sed etiam λαγγάζειν, quod ab eo ὀκνεῖν exponitur. Ex quo facile est glossam Laconicam restituere: Βωαδεῖ. ὀκνεῖ. Nempe scribendum: Βωκλάδδει· ὀκνεῖ. B ex dialecto praeponitur, ut in βαδὺς, βιὸς, βισχὺς, &c. De his divinitus disputat T. Hemsterhusius ad Hesych. v. Θαβακὸν, quem etiam, memini, ὀκλάζειν repetere ab antiquo ὄκω, in quo inflectendi complicandique, sic ut angulos acutos corpus efficiat, potestas resederit. Hinc nascuntur ὄκνος vel ὠκὺς, ὀξύς· ὀκελλὸς, ὀκλὶς, ὀκλάζω. Ab eadem radice est ὄκυλλος, ὀκύλλω. Hesychius: Ὀκκύλαι. τὸ ὀκλάσαι, καὶ ἐπὶ τῶν πτερνῶν καθίζεσθαι. Eodem referas Ὠγύλλοντο. συνεκάμπτοντο. ubi κ in literam affinem γ abiit. Idem vero Glossographus ὀκύλλω ita distorsit, nihil ut viderim habitum crudelius: Κλωκυδά. τὸ καθῆσθαι ἐπ' ἀμφοτέροις ποσίν. Scribendum: Ὀκκύλαι. Sed haec praeter institutum.

vs. 443.

Παῖδα δ' ἐν ἀγκαλίδεσσιν ἐνίσχανεν ἱππότα Πηλεύς.

Vindobon. Vossianus, & meus, ἀνίσχανεν, quod melius est vulgato.

vs. 463.

πρηῶνας ἐρυμνοὺς
Εἰσίδρεμμον Μινύαι, καὶ Ἄθω δενδρώδεα κάμψαι.

Codex meus, Εἰσίδρεμνον, ut viri docti rescripserunt. Mox idem cum Vindob. & Voss. κάμνον, Vratisl. κάμψας.

vs. 465.

Ἔνθα καὶ ὄρκια φεκτὰ θεῶν, ἄῤῥηκτα βροτοῖσιν.

Quod viri docti de conjectura reposuerunt, ἄῤῥητα, magno consensu confirmant MSS. Vindob. Vratisl. Regius, & meus. Iidem etsi in vitioso ὄρκια consentiant, sequar tamen Brunckium, V. C. ad Apollon. Rh. I. 917. recte ὄργια emendantem, praesertim cum ita legerit imitator, Nonnus III. p. 100. καὶ φεκτὰ πολιστεύχοιο θεαίνης Ὄργια.

vs. 484.

vs. 484.

Ἴλιον Δαρδανίην, Πιτύην ἐπιδέξι' ἔχοντας.

Gesnerus dubitat, an laboranti verſui remedium inveniri poſſit. Nobis in mentem venit, ſic ei mederi:

Ἴδην Δαρδανίην, Πιτύην τ' ἐπιδέξι' ἔχοντας.

Copulam τ' addidimus ex MSS. noſtro & Vindobonenſi.

vs. 496.

Κύματι θεινόμενοι ὑπὸ χειμερίοισιν ἀήταις.

Codex meus cum Voſſiano, χειμερίῃσιν ἀέλλαις. Hae voces ſaepe permutantur.

vs. 500.

Ὃς Δολόπων ἤνασσε περικτιόνων ἀνθρώπων.

Non *Dolopes*, ſed *Doliones*, hic nominandos fuiſſe, interpretes viderunt. Idque arripuit, &, velut ipſius poëtae errore ſcriptum, exagitavit vir doctus, quem ſupra commemoravi. Verum cum talis ignorantia non cadat in poëtam, & doctum, & accuratum, aequius erat, librarios aut ſciolos accuſare, qui hunc verſum ſimilem facere voluerint verſui 129. Ὃς Δολόπεσσιν ἄνασσεν ἐνὶ Φθίῃ ἱεραύλῳ. cum recte ſcriptum inveniſſent:

Ὃς ῥα Δολιονίοισι περικτιόνεσσιν ἄνασσεν.

quo fere modo etiam legendum conjecit vir acutiſſimus, Daniel Wyttenbachius. Stephanus Byz. Δολίονες. οἱ τὴν Κύζικον οἰκοῦντες, ὡς Δολιέας εἶπεν Ἑκαταῖος. λέγονται καὶ Δολιονεῖς, καὶ θηλυκῶς, Δολιονία.

vs. 509.

Καί ῥα κατημερίοισιν ἐν εἰλαπίναισιν ὅμαρτεν.

Hunc verſum idem cenſor interpretando corrupit, ut in eo Latinismum, *epulis eos proſequebatur*, inveniret. Senſus eſt: *in quotidianis conviviis eorum comes erat.* Ejusdem generis ſunt reliquae Orphei reprehenſiones.

vs. 528.

'Αλλ' οὐ γὰρ λύοντο κάλοι.

MS. meus cum Vossiano: 'Αλλ' οὐ οἱ λύοντο κάλοι. Sic idem et mox exhibent Vindob. Vratisl. Voss. & meus vs. 531. "Αφθογγος δέ οἱ ἦκε χερῶν εἰρεσία τηὸς 'Αργώης. ut vs. 1270. χειρῶν δέ οἱ ἦκαν ἐρετμά. item Vindob. & meus vs. 532. οὐ γάρ οἱ ἐσλπετο κῦμα περῆσαι.

vs. 540.

Εὗδεις, 'Αγνιάδη, γλυκερῷ βεβολημένος ὕπνῳ,
Κῶμα περὶ βλεφάροισι βαλών.

Scribendum:

Κῶμα περὶ βλεφάροισι λαβών.

vs. 545.

ἠδέ τε λοιβὰς
Δῶναι ὑποχθονίοις.

Vindobon. ἠδ' ἔτι λοιβάς. Voss. & meus, ἠδέ τε λοιβάς. Scribe:

ἠδ' ἐπιλοιβὰς
Δῶναι ὑποχθονίοις.

'Επιλοιβὴ pro λοιβὴ dicitur. Sic in Hymn 65. 10. ex Cod. Reg. legendum: Κλῦθι μάκαρ, κλήζω σε περὶ εὐΐεροις ἐπιλοιβαῖς. Ac forte Argon. 601. pro εὐσσείστοις ἐπὶ λοιβαῖς rectius scripseris εὐσσείστοις ἐπιλοιβαῖς.

vs. 549.

Θερμὴν δὲ θεᾶς ἐχολώσατο 'Ρείης.

Rectissime Vossianus & meus, ἐχολώσατε. Alterum non est Graecum. Homerus Od. Θ. 205. ἐπεί μ' ἐχολώσατε λίην. Gesnerus etiam hanc lectionem probat, sed, ut senex, haesitans in re perspicua & certa.

vs. 561. 562.

'Η δὲ κατ' ἐρφναίοιο πόλου χρυσήνιος ἠὼς
'Αντολίης ἤνοιγεν, ἐδέχνυτο δ' οὐρανὸς ὄρθρον.

Libra

Librarius Cod. Vossiani ἀντολίας scripsit ex vs. 365. Τῆμος δ' ἱερὸς ὄρθρος ἀπ' Ὠκεανοῖο ῥοάων Ἀντολίας ἤνοιγεν. ἐπίσπετο δ' ἠριγένεια. Hunc locum imitatus est Nonnus XXVII. p. 698. Ἄρτι δὲ λυσιπόνοιο τινασσομένη πτερὸν ὕπνου Ἀντολίης ὤϊξε θύρας πολεμητόκος ἠώς.

vs. 567.

Κύζικος εὐξέστοισιν ὑπὸ πλακίεσσιν ἔθηκας.

MSS. Vindob. Vratisl. Regius, & meus, cum aliis apud Gesnerum, ὑπὸ πλατίεσσιν. Totus hic locus vehementer laborat.

vs. 570.

ἔντομα πορσύνοντες
Παμμέλαν' ἐν βόθροις κατεκίαθον.

Sic omnes MSS non κατεκαίαθον. Meus & Voss. μετεκίαθον, sed κατεκίαθον in Vossiani margine. Forte:

ἔντομα πορσύναντες
Παμμέλαν' ἐς βόθροισι κατῆθον.

vs. 577.

Ἀγκαίῳ μὲν δῶκε πάγης γέρας ἀμφικύπελλον.

Omnes MSS. πάλης. Mox vs. 579. Vindob. & meus, ποδωκείης τ' ἕνεκα σφῆς. vs 581. meus, δῶκε γέρας. vs. 583. in meo & Vindob. deest Κάστορι. vs. 584. in Vindob. & meo scribitur λεπανθία.

vs. 588.

Δῶκε δ' ἄρ' Αἰσονίδῃ Μινύης λόχος.

Supra vs. 111. Μινυῶν λόχος. Rarius est Μινύας, a nominativo Μινυεὺς, vs. 277. Εἰσβαίνειν τ' ἐκέλευον ἐπειγομένους Μινύας. Nec tamen inter poëtae singularia referendum. Apollon. Rh. I. 233. Ἀλκιμέδη Κλυμένης Μινυηΐδος ἐκγεγαυῖα. Ovid. Met. IV. 32. *solae Minyeides intus.* v Steph. Byz. v. Μινύα, & N. Heinsium ad Ovid. l c. vs. 1. A Μινὺς formatur Μινυΐδης, quod est apud Schol. Pindari Ol. XIV. 5.

vſ. 594.

ἀμφὶ δὲ δειρῆς
Ἀψαμένη μέεσθα.

Recte in Codice meo, ἀμφὶ δὲ δειρὴν &c. Vide Valckenarium ad Euripid Phoen. 123. In Vindobonensis margine ab eadem manu est, ἀμφι δὲ δειρῇ.

vſ. 598.

Κλεινὴν δὲ ϖελτλίονες καλέουσι.

MS. meus: Κλεινὴν δέ ἑ ϖελτλύονες καλ. In mendosa scriptura Κλεινὴν, pro Κλείτην, omnes libri consentiunt.

vſ. 600.

Κνημὸν ἐπὶ ζάθεον, καὶ Δινδυμον ἀκρώρειαν.

Elegans est conjectura Toupii nostri Emend. in Suid. T. I. p. 170. Κνημὸν ἐπὶ ζάθεον, καὶ Δίνδυμον ἄκρον ἄγερθεν. Mihi tamen non verbum, sed totus versus elapsus videtur.

vſ. 601. 602.

Ὄφρα κε μειλίξαιντο εὐοινίστοις ἐπὶ λοιβαῖς
Ῥείην πρεσβυγενῆ, θυμὸν δ' ἀλέαιντο ἀνάσσης.

Codex meus: Ὄφρα κε μειλίξαντο ἱανίσαις (sic, αις superscripto οις) ἐπὶ λοιβαῖς Ῥείην πρεσβυγενῆ, θυμὸν δ' ἀλίοιντο ἀνάσση. Vindobonensis: Ὄφρα κε μειλίξαιτο εὐναίστοις (sic) — ἀλίοιντο ἀνάσση In Vratisl. & Regio nulla, nisi in ἀνάσση, varietas est. Εὐοινίστοις etsi a Cl. Toupio l. c. utcunque explicatur, tamen non tollitur vitii suspicio. An scribendum?

Ὄφρα κε μειλίξαιντ' οἰνοσπείστοις ἐπιλοιβαῖς.

Nonnus XIX. p. 520. Σειληνὸς δὲ νεοσπίστῳ νέον οἶνον ἀπόρραις. pro νεοσπείστῳ.

vſ. 605. 606.

Ὅς γε τανυφλοίῳ ἐλάτης ἀμφιπλεκὲς ἔργον
Ἀμπέλου εὐαλίης ὀξεῖ ἀπέκερσε σιδήρῳ.

Vindob. Voss. & meus male, Ὡς κε. Praeterea meus cum

cum Voss. τανυφύλλυ, ut vs. 589. σέφανον τανυφύλλυ ἐλαίης, ex Homero Od. N. 102. Sed alterum confirmatur vs. 170. τανυφλοίοις τ᾽ ἐλάτῃσι. Homerus Il. Π. 767. τανυφλοιόν τε κρανείαν. Lege:

> Ὅς γε τανυφλοίοις ἐλάτης ἀμφιπλεκὲς ἔργον
> Ἀμπίλυ αὐαλέης ὀξεῖ ἀπίκειρσε σιδήρῳ.

Constructio est: ὅς γε ἔργον ἀμπίλυ αὐαλέης, ἀμφιπλεκὲς ἐλάτης τανυφλοίοις, ἀπίκειρσε &c.

vs. 626.

> Πεισματίην, τόθι πείσμαθ᾽ ἐεργομένης λύθεν Ἀργῦς.

Rectissime Vindob. Voss. & meus, Πεισματίης, scil. *Rheae.* Pro τόθι Vratisl. πόθι. Pro λύθεν Vindob. λίπεν. Scribendum:

> Πεισματίης, ὅθι πείσματ᾽ ἐεργομένης λύθεν Ἀργῦς.

vs. 627. 628.

> Αὐτὰρ ἐπεί γ᾽ ὀθόνας ἀκάτυ πλήρωσεν ἀήτης,
> Θῦνε διαπρήσσυσ᾽ ἁλιμυρία κύματα πόντυ.

Lege ex tribus optimae notae MSS. Voss. Vindob. & meo:

> Αὐτὰρ ἐπεὶ ῥ᾽ ὀθόνας ἀκάτυ πλήρωσεν ἀήτης,
> Θῦνε διαπρήσσυσ᾽ ἁλιμυρία κύματα πόντυ.

Gesnerus recta via aberrare maluit, quam bonum ducem, Codicem Vossianum, sequi.

vs. 635.

> ἀμφὶ δὲ κνημὸς
> Ἀργάνθυ κατέφαινε.

Vindob. & meus, κνῆμος. Regius, κνέμος. Toupius Emend. in Suid. T. I. p. 169. recte scribit κνημὸς, ut vs. 600. Κνημὸν ἐπὶ ζάθεον. Pro Ἀργάνθυ MS, meus Ὀργάνθυ.

 vs. 641.

vs. 641.

Ὕλας ἐξήκετο νηὸς
Λάθρα ἐπισπόμενος.

MSS. omnes bene:

Ὕλας ἐξίκετο νηὸς
Λάθρῃ ἐπισπόμενος.

Mox meus & Vindob. Ὕλῃ ἐνὶ πλαγχθεὶς, ut ex Vossiano edidit Gesnerus.

vs. 643.

ἐν δὲ σπέος ἤλυθε νυμφῶν
Λιμνακίδων.

Vereor, ut forma λιμνακίδων sana sit. Λιμνάδας νύμφας dixit Theocrit. Eid. V. 17. Lege:

ἐν δὲ σπέος ἤλυθε νυμφῶν
Λειμακίδων.

A λείμαξ, λείμακος, analogice λειμακὶς formatur. Λειμακίδες νύμφαι ab aliis λειμωνιάδες vocantur. Sophocles Philoct. 1449. Νύμφαι τ᾽ ἔνυδροι λειμωνιάδες. Poëta noster Hymn. in Nymphas 50. 4. Καρποτρόφοι, λειμωνιάδες, σκολιόδρομοι, ἁγναί.

vs. 645.

αἱ δέ σφιν ἐσαθρήσασαι ἰόντα
Κοῦρον ἔτ᾽ ἀντίθεον.

Κοῦρος ἀντίθεος etiam dicitur a scriptore recentiore carminis de Lapidibus vs. 436. Sed ἔτι satis indicat, aliud quid a poëta scriptum fuisse. Dorvillius ad Charit. p. 624. ingeniose tentabat: Κοῦρον ἔτ᾽ ἀρτίγενυν. Sed veram lectionem Codex meus conservavit:

αἱ δέ σφιν ἐσαθρήσασαι ἰόντα
Κοῦρον ἔτ᾽ ἠΐθεον.

id est, *juvenem adhuc incorruptum*; de qua vi vocis ἠΐθεος diximus ad Timaei Lex. Plat. p. 96. Mox idem MS. Ἀθάνατός τ᾽ εἴη.

vs. 647.

vſ. 647.

Ἀλλ' ὅτε πρὸς μεσάτην ἠῶ φέρεν ὠκέας ἵππους
Ἠέλιος.

Vindob. & meus: Ἀλλ' ὅτε δὴ πρὸς &c. Praepoſitio πρὸς ab interpolatoris manu eſt. Poëta, ni fallor, hoc modo ſcripſerat:

Ἀλλ' ὅτε δὴ μεσάτην ἠῶ φέρον ὠκέες ἵπποι
Ἠελίου.

vſ. 651. 652. 653.

Οἱ δὲ κυβερνητῆρος ἐφημοσύναις ἐπίθοντο.
Εἰλατίδης δ' ἀνὰ πρῶτα θοῶς Πολύφημος ὄρουσεν,
Ὄφρα κεν Ἡρακλῆα θοῶς ἐπὶ νῆα καλέσσοι.

Vindob. Voſſ. & meus: ἐφημοσύνῃσι πίθοντο. Verſu 653. ſic ſcribendum:

Ὄφρα κεν Ἡρακλῆα θοὴν ἐπὶ νῆα καλέσσοι.

vſ. 656.

Αὐτὰρ ἐπ' ἠῶοι λυγρὴν ἐπορέσσαμεν αἶαν.

Legendum, ut alii quoque viderunt:

Αὐτὰρ ὑπηῷοι λυγρὴν ἐπιρρέττομεν αἶαν.

Homerus Od. Δ. 656. ἴδον ἐνθάδε Μέντορα δῖον Χθιζὸν ὑπηοῖον. Vide exquiſitae doctrinae virum, J. Toupium Cur. noviſſ. in Suid. p. 135. & interpretes ad Heſych. v. Ὑπ' ἠῶ.

vſ. 666 —— 668.

Βιθυνῶν μέγα ἄστυ πλατείῃ κέλσαμεν ἀκτῇ,
Σπεύδοντες προχοαῖς, ἠδ' ἐν νιφάργεσιν ὕλαις
Ἕσπεροι αὐλισθέντες ἐφοπλισάμεσθα δόρπον.

Hic locus contaminatiſſimus etſi in Codicibus noſtris varie ſcribitur, tamen ea varietate ad ſummam non multum proficitur. Vindob. Voſſ. & meus, Βιθυνῶν τὸ μέγα κ. ἑ. Voſſianus βαθείῃ pro πλατείῃ. Verſum 667. ſic exhibet Codex meus: Σπένδοντες προχοαῖς, ἠδὲ νιφάργεσιν ὕλαις. ſine ἐν,

ἐν, quod Vossianus cum νιφάργετιν jungit, ut sit ἐννιφάργετιν. Vs. 668. sic legitur in MS. meo: Ἑσπέριοι δ' αὐλισθέντες ἐφοπλισσαίμεθα δόρπον. In ἐφοπλισσαίμεθα Vindobonensis consentit. Mendose Vossianus, ἐφωπλισσόπμεθα. Νιφαργέτιν vitii satis arguit νι contra veterum consuetudinem productum. Hoc excepto, cetera sic a poëta scripta videntur:

Βιθυνῶν μέγα ἄστυ πλατείῃ κέλσαμεν ἀκτῇ,
Σπεύδοντες προχοαῖσιν, ἵν' ἐν νιφαργέτιν αὐλαῖς
Ἕσπεροι αὐλισθέντες ἐφοπλισσαίμεθα δόρπον.

vs. 669 —— 671.

Ἔνθα τότ' αἰνόγαμος Φινεὺς ὀπεριήορι θυμῷ
Δοιοὺς ἐξελάωντι γόνους, προβλῆσί τε πέτραις
Θηρσὶν ἑλὼν πρῦθηκε γυναίων εἵνεκα φίλτρων.

Recte MSS. nostri, Ἔνθα πότ'. Mox ἑλὼν, scio, quo modo explicari possit. Sed multo aptius est:

Θήρσιν ἕλωρ πρῦθηκε γυναίων εἵνεκα φίλτρων.

Homerus Od. Ε. 473. Δείδω, μὴ θήρεσσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γένωμαι.

vs. 673.

Φινεῖ δ' ἄρα ἄπασαν ἄτην.

Vindob. Voss. & meus: Φινεῖ δέ οἱ ἄπασαν ἄταν.

vs. 678.

Αὐτὰρ ἔπειτα Φινεὺς Ἀγηνορίδαο λιπόντες.

Recte meus cum Voss. Αὐτὰρ ἐπεὶ Φ.

vs. 683.

Ἀλλὰ κατειρυμέναι ἀνέμων ἀργῆσιν ἀέλλαις.

Cod. meus, κατειρομέναι. Simplex εἰρυμέναι pro *tractae* est apud Homer. Il. Ν. 682. compositum κατειρύσαι pro *trahere* Argon. vs. 242.

vs. 689.

vs. 689.

Πρύμναν ὕπαιθ' ὁρέων, ὄφρ' ἂν πεφυλαγμένος εἴη.

MS. meus, Πρύμναν ὕπαιθ' ὁρόων. Voss. ὀρέων cum lenl. Latet aliquid.

vs. 695.

Πέτρας δ' ἐν μυχάτοισιν ὑπὸ πλημύρισσιν ἀερθεὶς
Δινήθη.

Pro ἀερθεὶς Vindobonensis ἀσοὶς, mira varietate. Pro Δινήθη meus δινεῖτο, Voss. δινοῖτο, Reg. & Vratisl. δινεῦντο.

vs. 701.

Ἵεμενοι θοὰ κύμαθ' ὑπ' εἰρεσίῃσι χάρασσον.

Supra vs. 370. Τυτθὸν ὑπ' εἰρεσίῃσιν ἐπέκλυζε κῦμα χαράσσειν. Utroque loco Gesnerus male & contra MSS. edidit ὑπηρεσίῃσι. Loquendi formam, κῦμα χαράσσειν, ut alia non pauca, hinc duxit Nonnus III. p. 86. Νήνεμον ἀκροτάτοισιν ὕδωρ ἐχάρασσον ἐρετμοῖς.

vs. 724.

αὐτὰρ ὁ τοῖς γε
Τύμβους χευάμενοι πολιὴν ἐπένησαν θαλῆν.

Pro πολιὴν manus emendatrix in MS. Vratisl. πολλὴν scripsit. Reliqua versus pars ita legitur in Vindobon. Voss. & meo, πολιὴν ἐπένησαν θῖνα. Sed in margine Vindobon. est ἐπενήσατο. Quae Codicum lectio sciolorum ingenio debetur. Ipsam poëtae manum, quae primarios viros, Casaubonum & Beutlejum fefellerat, feliciter assecutus est Jo. Jensius, illis nulla re comparandus:

αὐτὰρ ὁ τοῖς γε
Τύμβους χευάμενοι πολιὴν ἐπινησάμεθ' ἅλμην.

nisi quod levi emendatione scribendum est: ἂν δ' ἄρα τοῖς γε, ut vs. 568. Ἂν δ' ἄρα τύμβον ἔχευαν, ἐδωμήσαντο δὲ σῆμα.

vs. 729. 730.

Ὃν δὲ Καλλίχορόν μιν ἐπώνυμον οἱ καλέουσιν,
Ὃν τοι ἐγὼ μύθοισιν ἐπὶ προτέροισιν ἔλεξα.

Hos tam putidos & ſcholaſticos verſus non a poëta ſcriptos eſſe arbitror, ſed e Grammatici Scholio temere conflatos.

vs. 732. 733.

τὴν δὴ παρήμειψε θέουσα
Ἀργὼ ὑπὲρ μέγα λαῖτμα· Καραμβιακὴν δ' ἵκετ' ἄκρην.

Vindob. Voſſ. & meus, τήν οἱ παρήμειψε, & mox, Καραμβίην, forte pro Καραμβικήν.

vs. 736. 737.

Νέρθε δ' ὑποθρώσκουσι βορειάδος ἀντίον ἄρκτου
Μακρὰ Θεμισκύρης Βοιωτίδος ἄψια κεῖται.

Vindob. Voſſ. & meus: Νέρθεν ὑποθρώσκοντι βορειάδος (meus βορηάδος) ἀντίον ἄρκτου Μακρὰ εἰ μιν σκύοις Βοιωτίδος ἄψεα κεῖται. Verba, ἄψια κεῖται, nata, ni fallor, ex variante lectione ſequentium, ἄστεα κεῖται, veram lectionem loco pepulerunt. Quam, ſtultum ſit, ingenio quaerere, cum nonniſi e melioribus libris reſtitui poſſit.

vs. 739.

Καὶ Χάλυβες, Στυβάρηνά τ' ἔθνη, λαοί τ' ἐπίχειρες.

Voſſ. Τηβάρηνα. Sed Vindob. & meus clare, Τιβάρηνα. Mox Voſſianus in margine eadem manu, λαοί τε Βίχειρες, ut veriſſime correxit H. Stephanus. Vide Weſſelingium ad Hierocl. Synecd. p. 665. Nulla, quod miror, Voſſianae lectionis mentio eſt apud Geſnerum.

vs. 742.

Ἠχί τε Μαῦροι ἔασι Μακρωνδύροισιν ὅμουροι.

Codex meus egregie: Ἠχί τε Μάκροι ἔασι Μακρωνδηνοῖσιν ὅμουροι. Poëta aut Μάκρους vocavit, quos alii Μάκρωνας, aut, quia

quia ἴσαν vix ferri potest, plane scripsit, quod malim: Ἡχί τε Μάκρωνες, Μαρανδυνοῖσιν ὅμουροι. Vossianus quoque, Μαρυανδηνοῖσιν. Sed eadem manus optime correxit, Μαριανδυνοῖσιν.

vs. 745. 746.

Τηλιφανεῖς αὐλῶνες ὑπὲρ μυχὸν εὐρέα κόλπου.
Οὗ Συμης ὄρος ἐστὶ, πολύς τ' εὐθαλὴς λειμών.

Codex meus, ὑπέρμαχον εὐρέα πόντου. Vindobonensis quoque cum Vossiano, πόντου· quod praeferam. Pro εὐθαλὴς Vindob. Voss. & meus, εὐθαλία, ut appareat, librarios offensos esse duriore spondeo. Gesnerus pro vulgata lectione laudat Hymnum 67, 7. Εὐθαλὴς, εὐκταιοτάτη, θνητῶν ἀνάπαυμα. ubi Cl. Schraderus Praef. ad Emend. p. 6. εὐθαλὴς legit. Ego vero, secutus auctoritatem MSS. Regii & Vossiani, in quibus ἀειθαλὴς legitur, scribendum puto: Ἀἰθαλὴς, εὐκταιοτάτη, &c. Nam αἰθαλὴς, prima producta, & secunda correpta, ut in ἀΐδιος & ἀΐναος, ab Orpheo pro ἀειθαλὴς dicitur. H. 7. 13. Ἀιθαλὴς, ἀμίαντε, χρόνου πάτερ. Sic pro αἰθαλὶς scribendum ex lectione ἀειθαλὶς, quam habet Scholiastes Hesiodi ad Theog. 451. non αἰειθαλὴς, ut Gesnerus, multo minus αἰθαλόεις, ut Schraderus l. c. Vox integra mansit H. 12. 1. Ἀϊθαλὴς μακάρων τε θεῶν πάτερ ἠδὲ καὶ ἀνδρῶν. Jam etsi nihil praesidii est in Hymno 67. aliis tamen exemplis efficitur, θα in εὐθαλὴς, duplicatione litterae λ in pronunciando, produci. Hymno 39. 17. Ἧς πολλαὶ μορφαὶ πολυάνθεμοι ἱεροθαλεῖς. Meleager in Analect. Brunck. T. I. p. 3. Τόν τε φιλάκρητον Θεοδωρίδεω νεοθαλῆ Ἕρπυλλον. Nicias ibid. p. 249. Αἰόλε, ἠμεροθαλὲς ἔαρ φαίνουσα, μέλισσα. incertus poëta ibid. T. III. p. 227. Πάντη δὲ πλατάνοισι καὶ ἡμεροθαλέσι δάφναις Ἕστεμμαι.

vs. 749—755.

Οὗ Κόλχων κλυτὰ φῦλα καὶ Ἡνιόχων καὶ Ἀραξῶν.
Ὃν παραμειβόμενοι, μυχάτοις ἐπιπλώομεν ὅρμοις
Οὔρων, Χεδναίων τε, Χαραδραίων, Σολόμων τε,
Ἀσσυρίων τελέων. τρηχὺν δ' ἀγκῶνα Σινώπης,
Καὶ Φίλυρας ναίτας τε, καὶ ἄστεα πυκνὰ Σαπείρων,
Βύζηρός τ' ἐπὶ τοῖσιν, ἰδ' ἄξεινα φῦλα Σιγύμνων.

Locus desperatae sanitatis. Vs. 749. lege, Ἀρέζων. Stephan. Byz. Ἄρεζος, πόλις πρὸς τῷ Πόντῳ, &c. Gentile & urbis nomen idem est, ut in Δελφοὶ, *Parisii*, & aliis. Vs. 750. Vindob. Voss. & meus, ἐπιπλείομεν, Vratisl. ἐπιπλέομεν. Sed hoc leve est. Major varietas versu sequenti. Vindob. Χ' ἰδαιοι. (sic) meus, Χινδαίων. Vossian. Σινδαίων. in quo ingenium exerceant veteris Geographiae periti. Vs. 752. recte quidem Wesselingius Probab. cap 9. τελέων in duo distrahit vocabula, sed male λεῶν in Genitivo scribit, cum contextus Accusativum λεὼν postulet, qui est in MS. meo. Atticum λεὼς, rarius apud poëtas, Ionica dialecto usos, noster repetit vs. 821. Οὐδὲ λεὼν Κόλχων. ubi λεὼ Voss. & meus. Marmor Oxoniense p. 109. Ἀμφὶ δ' ἐμῆς μοίρης πᾶς ἐδάκρυσε λεώς At quaeres, unde Accusativi λεὼν, ἀγκῶνα, & qui sequuntur, pendeant? Nempe a verbo, quod elapsus versus intercepit. Haec lacuna tam manifesta est, ut mirandum sit, eam a nemine Criticorum, qui Orphica tractarint, animadversam esse. Vs. 753. pessime Codex meus, Καὶ Χάλυβας ναίτας τε. Nam Chalybes jam commemorantur vs. 739. Philyres autem suo loco ponuntur. Vide Cellarium Geogr. antiq. T. II. p. 284 Pro ναίτας MS. Vossianus verissime!, Ναπάτας. Stephan. Byz. Νάπαι. κώμη Σκυθίας. ὁ οἰκήτωρ Ναπάτης, ἢ Ναπίτης. In posterum igitur legamus:

Καὶ Φίλυρας, Ναπάτας τε, καὶ ἄστεα πικρὰ Σαπείρων.

Hanc quantivis pretii lectionem Gesneri praeteriit negligentia.

vs. 759.

Λαιψηρά τε στέλλειν, καὶ ἐπ' ἰκρίοις αὖθι χαλάσσαι.

Ἐπίσχειν, quod Gesnerus bene restituit, in Codice meo legitur.

vs. 762.

αὐτίκ' ἄρα σίφαιεν καὶ τεῖχος ἐρυμνὸν
Αἰήτου κατίφαιεν.

Vindob. Voss. & meus recte, αὐτίκα οἱ σίφαιος καὶ &c. Vitiosum tamen σίφαιοι Gesnerus in textu reliquit.

vs.

vſ. 768.

Ἠέ γ' ἐπ' Αἰήταο μόλῃ δόμον οἶος ἀπ' ἄλλων.

Vindob. & Voſſ. Ἦμιν ἐπ'. meus, Ἦμιν ὑπ'. Lege & interpunge:

Ἢ μιν, ἐπ' Αἰήταο μολὼν δόμον οἶος ἀπ' ἄλλων.

Μὶν, quod a verbo θέλξοι regitur, ad Aeëtem referendum.

vſ. 771. 772. 773.

Ἀλλ' οὐ γὰρ Μινύαισιν ἐπήνδανε πᾶσι νέεσθαι.
Δεῖμα δ' ἐνὶ φρεσὶ θῆκε θεὰ λευκώλενος Ἥρη,
Ἀμβολίην θ', ἵνα δὴ τελέσῃ τά περ αἶσα γενέσθαι.

Vindob. Voſſ. & meus: Ἀλλ' οὐ οἱ Μινύαισιν ——— ἵνα οἱ τελέσῃ.

vſ. 781. 782. 783.

Ἧκε φέρων εἰς χεῦμα ἐϋῤῥύτου ποταμοῖο
Φάσιδος. ἀστέρα δ' αἰὲν ἀναρπάξαντα, ῥέεθρον
Οἴχεσθαι πόντοιο δι' Ἀξείνοιο φέροντα.

Haec non-uno mendo laborant. Lege:

Ἧκε φέρων εἰς χεῦμα ἐϋῤῥείτου ποταμοῖο
Φάσιδος· ἀστέρα δ' αὖ νιν ἀναρπάξαντα, ῥέεθρον
Οἴχεσθαι &c.

Ἐϋῤῥείτου ſcripſi ex Voſſiano & meo: quod a Geſnero negligi non debuiſſe, bene monet Cl. Schraderus Praef. ad Emend. p. 5. Reliqua correxi, δευτέρας φροντίδας ſecutus.

vſ. 784. 785.

δολίῃ ἐξέσσυτο ὕπνῳ
Ἀπροφανὴς, συγερὸν δὲ περὶ φρένας εἵλκετο δεῖμα.

Codex meus, Ἀπροφανὴ, συγνὸν δὲ &c. Voſſ. & Vindob. etiam, Ἀπροφανῆ. Vratisl. & Regius, εἵλετο δεῖμα. Sed cum in hac forma non εἵλετο, ſed εἷλε dicatur, ut apud Homer. Il. Θ. 77. πάντας ὑπὸ χλωρὸν δέος εἷλεν. ſcribendum puto:

συγερὸν δὲ περὶ φρένας ἵκετο δεῖμα.

Infra vſ. 1156. θάμβος δὲ περὶ φρένας ἵκετο πάντας. Aratus Phaen. 473. τῖμος δὲ περὶ φρένας ἵκετο θαῦμα.

vſ. 791.

Θυγατέρας δ' ἔκληζε θυώδεος ἐκ θαλάμοιο.

Quod viri docti, vel invitis libris, repoſuerunt, ἔκληζε, perſpicue ſcriptum exhibet Codex Vindobonenſis.

vſ. 795.

Ἄψυρτος δ' ἀπάνευθε δόμους ναίεσκε πόληος.

Noli dubitare, quin legendum ſit:

Ἄψυρτος δ' ἀπάνευθε δόμους ναίεσκε τοκῆος.

ut apud Homer. Od. I. 36. Γαίῃ ἐν ἀλλοδαπῇ ναῖε ἀπάνευθε τοκήων. Abſyrtum vero ſeparatim a patre habitaſſe, ex Apollonio Rhod. III. 241. intelligitur.

vſ. 801.

Καί ῥα τότ' Αἰήτης εἰσέδραμεν, ἐν δ' ἄρα πολλούς.

Lege:

Τὸν ῥα τότ' Αἰήτης εἰσέδρακεν, ἐν δ' ἄρα πολλούς.

Sic inepta Gesneri ratione facile caremus. Εἰσέδρακεν, a Weſſelingio occupatum, Vindob. Voſſ. & meus confirmant. Paulo ante MS. meus bene, ἐκέμιζεν, ſcil. Aeëtes.

vſ. 808.

Αἰήτης Μινύαι τε περὶ φρένα παχνώθησαν.

Immo, ut contextus docet:

Αἰσονίδης Μινύαι τε περὶ φρένα παχνώθησαν.

vſ. 810.

Λάμπετο μαρμαρυγαῖσι πίειρ χρυσέων ἀπὸ πέπλων.

Codex meus, πίελξ, ut recte conjecit Gesnerus. Nec aliter Voſſianus, ex quo perperam πειρις affertur.

vſ. 827.

vs. 827.

Οὔτί νυ ληϊστῆρες ἱκάνομεν, οὔτε τιν' ἄλλην
Γαῖαν ἐπιστρωφῶντες.

A Vindob. νυ abest. Voss. & meus, οὔτε τι ληϊστῆρες. Mox γαῖαν, pro quo Vossianus αἶαν habet, in Vindob. & meo desideratur. Ulcus latet.

vs. 834.

Οὐδέ τι δὴ νώνυμοι ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι.

Vindob. Voss. & meus: Οὐδέ τι οἱ νώνυμοι. In meo etiam ἐμοὶ excidit similitudine praecedentis syllabae. Metrum νώνυμνοι postulare, recte vidit Cl. Schraderus Praef. ad Emend. p. 5. Mox iidem Codices: Οὐδέ τι οἱ πολέμωι.

vs. 863.

ἃ δὴ τελέσσαι ἔμελλε
Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσι πολυφθόρου Αἰήταο.

Σφῇσιν inepte scripsit librarius, memor versus Homerici Od. Α. 34. οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ Σφῇσιν ἀτασθαλίῃσιν ὑπὲρ μόρον ἄλγε' ἔχουσιν. Sic vera lectio periit. Paulo ante ὑπὲρ νώτων scribe ex MS. Regio.

vs. 866.

Ἐν γάρ οἱ ἵμερος ὦρσεν ἐρωτοτρόφη Κυθέρεια.

Vindob. Voss. & meus recte ἐρωτοτρέφος, ut supra vs. 476.

vs. 868.

Ὥς τε βόας ζ'ύγλαισι δαμέσσατο πυρὶ πνέοντας,
Τετράγυον θέμενος σπόρον αὔλακι.

Scribendum:

Ὥς τε βόας ζεύγλαισι δαμάσσατο πῦρ πνείοντας,
Τετραγύῳ θέμενος σπόρον αὔλακι.

Codex meus, πυριπνείοντας. Αὖλαξ autem dicitur τετράγυος, non σπόρος. Callimach. H. in Dian. 175. Μὴ νειὸν τημοῦτος ἐμαὶ βόες εἵνεκα μισθοῦ Τετράγυον τέμνοιεν.

vs. 872.

vſ. 872.

Ἠδ᾽ ὡς δυσμενίων σπαρτῶν σάχυν ἐξεναρίξειν.

Pro σάχυν mirifice Codex noſter κο χυν, relicto ſpatio unius ſyllabae in medio. Hoc quid ſit, neſcio.

vſ. 887.

Δὴ τότ᾽ ἄρα καλὰ θυμὸν ἐμηδόμεθ᾽.

Vindob. Voſſ. & meus metro convenienter: Δὴ τότε οἱ καλὰ θυμὸν ἐμηδόμεθ᾽.

vſ. 908.

Λύσσαν ἐπιπνείουσα ὑπὲρ γαλινοῖς σκυλάκεσσιν.

Voſſianus & meus: Λύσσα ἐπιπνείουσα ὑπὲρ γαληνοῖς σκυλάκεσσι. Sed in margine Voſſ. λύσσαν ἐπιπλείουσα, ut habet MS. Regius cum aliis. Locum deſperatum feliciter ſanavit Criticus ſagaciſſimus, Thomas Tyrwhittus ad Orpheum de Lapid. p. 120.

Λύσσαν ἐπιπνείουσα πυραγλήνοις σκυλάκεσσιν.

Hermeſianax apud Athen. XIII. p. 597. C. Cerbero tribuit ἐν πυρὶ ὄμμα σκληρόν. Verſu ſeq. ex omnibus Codicibus ſcribendum, πυμάτῳ μυχῷ ἔρκιος.

vſ. 913. 914. 915.

Ἀσφόδελος, κλύμενός τε καὶ εὐειδὴς ἀδίαντος,
Καὶ θρύον, ἠδὲ κύπειρον, ἀριστερεών τ᾽ ἀμιννικά,
Ὅρμιόν τε, καὶ εἰρύσιμον, κυκλαμίς τε θεειδὴς,
Στοιχάς.

In hoc loco multum variat Codex noſter: Ἀσφόδελός τε, κλύμενος, καὶ εὐώδης ἀδίαντος, Καὶ θρύον, ἠδὲ κύπειρον, περιστερεών τ᾽ ἀμεννητά, Ὅρμιόν τε, καὶ εἰρύσιμον, κυκλαμίς τε θεοειδὴς, Στιχάς. vſ. 913. etiam in Vindob. & Voſſ. εὐώδης. vſ. 915. in iisdem, κυκλαμίς τε θεοειδές.

vſ. 920.

Ἄλκυνα, καὶ πάνακες, καὶ κάπασον, ἠδ᾽ ἀκόνιτον.

Vin-

Vindob. Voſſ. & meus, κάλπασον. Sed in Vindobonenſis margine recte ſcribitur κάρπασον· de quo copioſe Salmaſius de Hyl. Iatr. p. 111.

vſ. 929. 930.

Σῆμα χαμαιζήλοιο Διὸς, ποτὶ κῶας ἀμείβειν.
Φρυραῖς ἀδμήτοις δ' ἐπιμαίεται ἄμμορος ὕπνω.

Codex meus, Δῆμα χαμαιζ. Δ. & mox cum Vindob & Voſſ. Φρυραῖς δ' ἀδμήτοις ἐπιμ. Corruptiſſimum locum ſic emenda:

Δεῖμα χαμαιζήλοιο Διὸς, ποτὶ κῶας ἀμύνειν.
Φρυραῖς δ' ἀκμήτοις ἐπιμαίεται ἄμμορος ὕπνω.

Δεῖμα eſt *terriculamentum*. Heſychius: Δεῖμα φόβητρον. Sophocl. Electr. 411. ad Heſych. laudatus: Ἐκ δειματός τυ νυκτέρυ Lucianus Alexandr. p. 253. δειμάτων μὲν, καὶ φασμάτων. καὶ τεράτων ἀπαλλακτικόν. Hinc verbum δειματοῦν, *terriculas objicere*. Appoſite ad hunc locum Ariſtophanes Ran. 144. Μετὰ ταῦτ' (apud inferos) ὄφεις καὶ θηρί' ὄψει μυρία Δεινότατα. ΔΙ. Μή μ' ἔκπληττε, μηδὲ δειμάτου. Vide Abreſchium Animadv. ad Aeſchyl. p. 489. Epitheto χαμαιζήλοιο remedium a melioribus libris exſpectandum. Pro ἀμείβειν Geſnerus veriſſime ſcripſit ἀμύνειν. Quae verba in Codd. noſtris permutata vidimus ad vſ. 262. Denique ἀκμήτοις eſt ex conjectura Hemſterhuſii ad Heſych. v. Ἐπιμαίεται.

vſ. 935.

Διζόμεθ' ἡμὲν ἄελπτον ὀιζυροῖο πόνοιο.

Vindob. Voſſ. & meus: Διζόμεθ' οἱ μὲν ἄ. Ex quo Geſnerus οἴμοι fecit, ſatis commoda ſententia. Sed an ſic ſcripſerit poëta, dubito. Mox Vindob. vſ. 937. Οἱ δ' ὡς πελώριοι.

vſ. 952.

Ὦκα φέρον, ἤνυσαν πυρὴν ἱμασσόμενοι βόθροιο.

Ἔννεα plerique Codices, etiam Voſſianus, ex quo Geſnerus perperam ἤνεγκα laudat. Solus Vratiſlav. ἔννεα. E-

quidem Gesnerum sequar, νῆσσα legentem. Thucydid. II. 52. ἐπὶ πυρὰς γὰρ ἀλλοτρίας, φθάσαντες τοὺς νήσαντας, ἐπιθέντες τὸν ἑαυτῶν νεκρόν. ubi vide Dukerum. Apollon. Rhod. III. 1033. Αὐτῷ πυρκαϊὴν εὖ νηήσας ἐπὶ βόθρῳ. Adde Wesselingium ad Herodot. I. 50.

vs. 954.

Φαρμακὸν ἀντλοῦσα θυώδεος ἐξ ἀδύτοιο.

Si cum Vindob. Voss. & meo φαρμακῶν legas, necessario θυώδεος cum ἀδύτοιο jungendum est. Ego vero cum φαρμακοῦ jungam: ἀντλοῦσα ἐξ ἀδύτοιο φαρμακοῦ θυώδεος. ut fecit imitator Nonnus XX. p. 530. Φαρμακὸς ἄϊξε θυώδεας.

vs. 959.

Κνῆκόν τε σχιστὴν, ἐπί τε ψύλλιον ἀειδὲς.

Vindob. Voss. & meus, Κνίκον τε. Sed κνῆκον meliorem scripturam esse, docet Salmasius Exerc. Plin. p. 629. Ψυλλίον ab Hesychio explicatur πόα, ἧς καὶ σπέρμα ὁμώνυμον. MSS. meus & Voss. praeterea, ἀειδὴς, ut Gesnerus conjecit.

vs. 962.

Ὕδασι μὶξ δ' ἀμὰς χολάδας χεόμην περὶ βόθρου.

Omnes Codices, quorum penes me excerpta sunt, Vindob. Vratisl. Reg. Voss. & meus, summo consensu firmant lectionem, quam e MS. suo prodidit G. Canterus Nov. Lect. V. 5.

Ὕδασι δ' αὖ μίξας χολάδας χεόμην περὶ βόθρον.

vs. 971.

Δειναὶ, θαμβήτειραι, ἀπηνέες, ἀνθρωποέργοι.

Vix dubitari potest, quin ante hunc versum unus, aut plures exciderint.

vs. 974.

Τελεσσικέφαλος ἰδεῖν, ἐλοὸν τέρας, οὔτι δαητόν.

Bene

Bene viri doctissimi, Heynius ad Virgil. Aen. IV. 511. & Schraderus Praef. ad Emend. p. 5. correxerunt: τεισ-νοκάρηνος ἰδεῖν. Hoc peccatum qui poëtae assignat, quid aliud, nisi reprehendendi cupiditatem, prodit? Eodem errore Scholiast. Aristophan. ad Equit. 414. Suidas v. Κυνοκέφαλος, & librarius Codicis Regii in Hesiodo Theog. 287. τρικέφαλον Γηρυονῆα pro τρικάρηνον Γηρυονῆα scripserunt, & rursus idem librarius vs. 312. πεντηκοντακέφαλον pro πεντηκοντακάρηνον Pro δαυτὸν Vindob. Voss. & meus δαικτός. Vide Epist. Crit. I. p. 107.

vs. 977.

κατὰ δεξιὰ δ' ἦεν ἀθρῆσαι
Λυσαῦκις σκυλάκη.

Codex meus, λυσαύκης. Forma σκυλάκη an legitima sit, dubito. Repone:

κατὰ δεξιὰ δ' ἦεν ἀθρῆσαι
Λυσαύκεις σκύλακας.

vs. 983.

λύοντο δ' ὀχῆες
Κλείθρων ἀργυρίων.

Praeclare Codex noster, κλείθρων ἀργαλέων. ut apud Homerum Od. Λ. 292. δεσμοὶ ἀργαλέοι. Non ex argento portae erant, sed ex aere. Supra vs. 896. Χαλκήρεις πύλαι εἰσὶ πελώριοι. Pro λύοντο scribe ἐλέλυντο, ut versus recto pede incedat.

vs. 995.

Δένδρεα δ' ἐσμαραγῆσε κεραϊζόμεν' ἔνθα καὶ ἔνθα
Κρημνόθεν ἐκ ῥίζης.

Legendum:

Πρυμνόθεν ἐκ ῥίζης.

Apollon. Rhod. IV. 1686. Πρυμνόθεν ἐξεαγεῖσα κατήριπεν.

vs. 1000. 1001.

Κλάγξε δ' ἄρ' ἐξ ὑπάτης χέλυος καρυηχία φωνὴν,
Σιγαλέως ἄφθιγκτον ἐμοῖς ὑπὸ χείλεσι πέμπων.

 Vin-

Vindob. & noster: Κλάγξας δ' ἄρ' ἐξ ὑπάτης χέλυος βαρυαχέα φωνὴν Σιγαλέης ἀφθιγκτον ἐμοῖς ὑπὸ χείλεσι πέμπον. Voss. βαρυηχέα recte. Idem σιγαλίης, non σιγαλέη. Mox vs. 1003. 1004. in MS. nostro desiderantur.

vs. 1004.

Κυταΐδα δ' ἦκ' ἐπὶ γαῖαν.
Κοιμίσσας δ' ὄχε φῦλα πανημερίων ἀνθρώπων.

Sic supra vs. 819. Κυταΐδα γαῖαν ἀμεῖψαι. Euphorion apud Eustath. ad Od. Δ. p. 1493. βλαψίφρονα φάρμακα πάσσεν, Ὅσσ' ἰδαν Πολύδαμνα, Κυταΐς ὅσα Μήδεια. Sic ille locus legendus. Vulgo deest πάσσεν, & Κυταῒς scribitur. Sed Vratisl. Voss. & Regius h. l. habent Κυτηΐδα. Quam formam Berkelius reddere tentabat Stephano Byz. v. Κύτα· τὸ θηλυκὸν Κυταιΐας, καὶ Κυταία. Sed vulgatum Κυταιΐας firmatur ab Orpheo vs. 90 . Κυτηίασιν μέγα κῦδος. Pro κοιμίσσας Vindob. & meus κοιμήσας, Voss. κοιμίσας, non κομίσας.

vs. 1010.

Ἷξε δ' ὑπὸ στυφελὸν Κόλχων εὐανθέα χῶρον.

Στυφελῶν, quod Piersonus reponebat, non solum in Vossiano est, sed etiam in Vindob. & meo.

vs. 1012.

δολιχὸν δ' ἀμφ' αὐχένι δεινὸν
Θῆκε καρηβαρέων φολίσιν.

Hic locus me olim juvenem exercuit. Neque nunc vir factus, quid ei faciam, reperio. In Codice meo sic legitur: δολιχὸν δ' αὐχένι δεινὸν Θῆκε καρηβαρέων φολίσι. sine ἀμφ'. Forte haec ob oculos erant Nonno XXIX. p. 746. Νεβρὸν ἐπὶ σκιόεντι πέδῳ παρὰ γείτονι φηγῷ Θῆκε καρηβαρέοντα.

vs. 1016.

ὁ δ' οὐκ ἀπίθησεν ἀθρήσας.

Vindob. Voss. & meus: ὁ δ' οὐκ ἀπίθησεν ἀκούσας.

vs. 1024.

vſ. 1024.

'Αλλά ἑ ὠκὺς ἔπειγε παρὰ προχοὰς ποταμοῖο.

Vindob. Voſſ. & meus: 'Αλλ' οἱ ὠκὺς &c. Lege:

'Αλλ' οἱ ὠκὺς ἐπείγετο πὰρ προχοὰς ποταμοῖο.

vſ. 1026.

Νὺξ δὲ τότ' ἀστροχίτων μέσσην παράμειβε πορείαν.

Vindob. Voſſ. & meus: Νὺξ δέ οἱ ἀστροχίτων. Semel monuiſſe ſatis ſit, illud οἱ, quod poëta ſingulari ratione frequentavit, non niſi in vetuſtis Codicibus extare; in recentioribus, tanquam Vratislavienſi & Regio, plerumque vel in δὲ, vel in ἄρα, vel in aliam particulam, mutatum eſſe.

vſ. 1033.

'Αλλ' ἄρα οὔτι λάθον Δί' ἐπόψιον, οὐδὲ θέμιστας.

Rectius in Vindob. Voſſ. & meo: 'Αλλά οἱ οὔτι λάθον Δί' ἐπόψιον, οὐδὲ θέμιστας.

vſ. 1040.

σκοτερὴ δέ τι ἄμφιχεν ὄρφνη.

Forma σκοτερὴ ſi cui ſuſpecta eſt, facili emendatione legat:

δνοφερὴ δέ τι ἄμφιχεν ὄρφνη.

vſ. 1043 —— 1046.

Γυμνοί, Βουσόμαι τε, καὶ Ἄρκυες ἀγροιῶται,
Κερκετικοί τ' ἀνδρῶν φῦλον. Σιντῶν τ' ἀγερώχων,
Οἳ νάσσαντο μεσηγὺ Χαρανδαίων τ' αὐλώνων,
Καυκάσιοι παρὰ πρῶνα, διὰ σκιῆς Ἐρυθείας.

Operae pretium videtur, nomina populorum, quorum aut nulla, aut rara apud alios mentio eſt, quomodo in vetuſtis Codicibus ſcripta ſint, quam accuratiſſime referre. Pro Βουσόμαι Vindob. Voſſ. & meus Βυσόμαι. Mox iidem bene: Κερκετικῶν τ' ἀνδρῶν φῦλοι. Pro Σιντῶν rectiſ-

 ſime

ſime MS. meus Σινδῶν. Ad quam normam etiam corrigendi ſunt Scylax p. 31. & Polyaenus VIII. 55. Pro οἳ μήσαντο MS. meus οἳ κείσαντο, Vindob. οἳ κήσαντο. Mihi non diſplicet Gesneri conjectura, οἳ νάσαντο quanquam nullum in promtu eſt hujus formae exemplum. Frequentius eſt νηήσαντο. Dionyſius vſ. 349. Αὐτόθι νηήσαντο σὺν ἀνδράσι Τυῤῥηνοῖσι. Heſychius: Ναιήσαντο. ᾤκησαν. Copula τ' poſt Χαονιδαίων tollenda.

vſ. 1048.

Ποιάνθη νήσῳ ἀγχιπέλασαμεν.

MSS. Regius., Voſſ. & meus, Ποιανθεῖ. Verſu ſequenti cum Pierſono ad Moerid. Attic. p. 25. ſcribe: Χεύμασιν ἀπλάτοισιν.

vſ. 1058 —— 1061.

Μαιώτας πρῶτ' ἐσαφικάνομεν ἀβροχίτωνας,
Ἠδὲ Γελωνὸν ἔθνος, Βαθυχαίτων τ' ἄπλετα φῦλα,
Σαυρομάτας τε, Γέτας, καὶ Γυμναίους, Κέκρυφάς τε,
Ἀρσωπάς τ' Ἀριμάσπας, ἔθνη πολυπήμονα λαῶν.

Vſ. 1058. Vindob. Reg. & Voſſ. πρώτους ἀφικάνομεν, Vratisl. πρώτας ἀφικάνομεν, meus, πρώτους ἱκάνομεν. Mox Vindob. ἀκροχίτωνας. Vſ. 1059. Vindob. Voſſ. & meus inſigni varietate: Ἠδὲ Γελωνῶν ἔθνος, Βαθυάγουν τ' ἄπλετα φῦλα. Vulgatum Βαθυχαίτων forte natum eſt ex Βαθυγαίων. Vſ. 1060. Vindob. γαίας τε καὶ Γυμναίους, meus, Γαίτας τε καὶ Γ. Voſſ. & Reg. Γέτας τε καὶ Γ. Vſ. 1061. Vindob. Voſſ. & meus bene, Ἀριμάσπας. Promiſcue Ἀριμασποὶ & Ἀριμάσπαι ſcribitur. Vide Weſſeling. ad Diodor. Sicul. XVII. p. 222.

vſ. 1065.

Ὄχθῃσι χθαμαλῇσιν ἀπὸ βλυεῖ αἰπὺν ὄλεθρον.

Hic quoque aliquot verſus periiſſe, luce clarius eſt.

vſ. 1070.

Λείπομεν ἔνθα καὶ ἔνθα βροτῶν ἀπηνέα φῦλα.

Pierſonus Veriſim. II. 5. verſum pede truncatum ſic reſtitue-

ſtituebat: Λείπομεν ἔιθα καὶ ἔιθα βροτῶν ἀπερείσια φῦλα. Sed alio ducunt Codicum veſtigia. Vindob. & meus, ἀγυμνία, Voſſianus, ἀγυνία. Paulo ante MS. meus: Δή ῥα τόθ' ἀρχ.

vſ. 1071.

Πακτῶν Ἀρκτείων τε γένος, Λελίων τ' ἀγερώχων.

Codex noſter: Πακταίων Ἀρκτίων τε γένος. In Πακταίων conſentiunt Vindob. & Voſſ. At pro Ἀρκτείων Voſſianus habet Ἀγρίων, adſcripta vulgata lectione in margine. Nobis hic tenebrae ſunt.

vſ. 1073.

Ταύρους τ' ἀνδροφόνους, οἱ ἀμειδέα θύσθλα φέρουσι
Μουνυχίῃ.

Vindob. & meus: Ταύρους τ' ἀνδροφάγους. Et ſic ſcribere voluit librarius Codicis Voſſiani, in quo eſt ἀνδρομάγους, non ἀνδρομοίγους, ut Gesnerus dicit. Scythas ἀνδροφάγους fuiſſe, ſatis conſtat ex Herodoto IV. 107. & aliis, quos ibi Cel. Valckenarius laudavit. Nihil tamen cauſſae eſt, cur a vulgata lectione recedatur. Μουνυχίη ſimpliciter eſt Diana. Nec magis quaerendum, cur ita in Tauris dicatur, quam cur *Dictynna*, ut hoc utar, in Arcadia, apud Ovidium Met. II. 441.

vſ. 1075.

Ἂν δ' ἄρ' Ὑπερβορέους, Νομάδας, καὶ Κάσπιον ἔθνος.

Haec nulla ratione cum praecedentibus coëunt. Verſum intercidiſſe ſuſpicor.

vſ. 1079. 1080.

ἐκ δ' ἄφαρ Ἀργὼ
Ἄγει ἐπισπευσθεῖσα διὰ στεινοῖο ῥεέθρου.
Ἔμπεσε δ' Ὠκεανῷ.

Lege & interpunge:

ἐκ δ' ἄφαρ Ἀργὼ
Αἶν ἐπισπευσθεῖσα διὰ στεινοῖο ῥεέθρου,
Ἔμπεσεν Ὠκεανῷ.

Apol-

vs. 1138. 1139. 1140.

Καὶ δ' αὖ αἱ ψυχαὶ μετεκίαθον εἰς Ἀχέροντα
Πορθμίδος ἐκ γλαφυρῆς· σχεδόθεν δέ οἱ εἰσι πόληες,
Ἄῤῥηκτοί τ' ἀίδαο πύλαι, καὶ δῆμος ὀνείρων.

Vide, Vir ingeniosissime, an maculas, quibus hi versus contaminantur, recte absterserim:

Καὶ δ' αὐταὶ ψυχαὶ μετεκίαθον εἰς Ἀχέροντα
Πορθμίδος ἐκ γλαφυρῆς· σχεδόθεν δέ οἱ εἰσὶν ὀχῆες,
Ἄῤῥηκτοί τ' ἀίδαο πύλαι, καὶ δῆμος ὀνείρων.

Id quod etiam in mentem venerat eruditissimo Piersono. Αὐταὶ est *sponte*. Ὀχῆες confirmatur vs. 983. ἐλέλυντο δ' ὀχῆες κλείθρων ἀργαλέων. de qua voce copiose Salmasius Plin. Exerc. p. 649. Appositus locus est Aeschinis Socrat. Dial. III. §. 19. τὰ δὲ προπύλαια τῆς εἰς Πλούτωνος ὁδοῦ σιδηροῖς κλείθροις καὶ κλεισὶν ὠχύρωνται. ταῦτα δὲ ἀνοίξαντα ποταμὸς Ἀχέρων ἐκδέχεται. Nonnus XXXVI. p. 900. Χεῖρα δ' ἀνοχλίζων Ἀΐδης ἐρεφαῖον ὀχῆα, Εὐρυτέρους πυλεῶνας ἑῶν ὤϊξε μελάθρων.

vs. 1142.

Σφῇ ἄτῃ βαρὺν οἶτον ἀναπλήσαντες ἵκημεν.

Rectissime Vindob. Voss. & meus, ἀναπλήσαντες, ut Homerus Il. Θ. 34. Οἵ κεν δὴ κακὸν οἶτον ἀναπλήσαντες ὄλωνται.

vs. 1165 —— 1167.

Εἰ μὴ γάρ μ' ἱερῇσιν ἐπιγνάμψαντες ἀκοῇσι
Κόλπον ἔσω γαίης τε καὶ ἀτρυγέτοιο θαλάσσης
Ἔξεσθ', ἀμπίλαγος Ἀτλαντικὸν ἐκτὸς ἱκώμεθα.

Scripti libri multum variant. Codex meus: Εἰ μή τ' ἄρ μ' ἱεροῖσιν ἐπιγνάμψαντες ἔκωσι Κόπων ἔσω γαίης —— Ἴξεσθ', ἀμπίλαγος &c. Vindob. Εἰ μή τ' ἄρ' ἱεροῖσιν ἐπιγνάμψαντες ἄκοισι Κολπῷ ἔσω. Voss. Εἰ μή τ' ἄρα μ' ἱεροῖσιν ἐπιγνάμψαντες ἄκρῃσιν Κόλπων ἔσω γαίης &c. Denique vs. 1167. in ἴξεσθ' cum MS. meo consentiunt Vindob. Voss. Reg. & Vratisl. idque melius videtur, quam vulgatum ἔξεσθ', aut Gesneria-

 num

num ἄξιος. Ceterum Gesneri docta interpretatio facit, ut ex tenebris lucem dispiciamus.

vs. 1169.

ἐν δ' ἄρα θυμὸς
Παχνιάδη Μινύαισι ἀλεμπερίς.

Παχνιάδη, quod de conjectura reposuimus Ep. Crit. I. p. 120. plane legitur in Vindob. & Vossiano, e quo Gesnerus male πακνιάδη affert. Mox vs. 1172. Ἦ μὴν, quod Vossianus praebet, Vindob. Vratisl. & meus confirmant.

vs. 1197.

Ἔνθ' ἄτις σὺν νηὶ παρὲξ μερόπων ἀνθρώπων.

Hic quoque, vereor, ne versus elapsus sit. Gesnerus in Vossiano παρῶν esse dicit. Sed is cum aliis MSS. vulgatam lectionem habet, nisi quod in Vratisl. est πάρος.

vs. 1202.

ἀνέτρεχε δ' αἶψ' ἀνεμώαν.

Vindob. Voss. Vratisl. & meus: ἀνέτρεψε δ' αἶψ' ἀνορούσαν. Iidem mox bene: ἐπιδέξια δ' εἶργε θέουσαν. Homerus Od. M. 219. κύματος ἐκτὸς ἔεργε νῆα.

vs. 1206.

Λυκαῖον ποτὶ χέρσον ἁλισεφίας τε θεράπνας.

MS. meus, Λυγκαῖον. Vindob. & Voss. Λιγυαῖον. Versu sequenti Vindob. Voss. & meus: Καὶ ῥα οἱ αἰγιαλοῖσιν.

vs. 1210.

Διζόμενος τίς ἄρ' ἀνθρώπων ἀν' ἀπείρονα γαῖαν
Ναιετάει.

Vindob. Voss. & meus: Διζόμενος εἴ τις σφι βροτῶν ἐπ' ἀπείρονα γαῖαν Ναιετάει. nisi quod Vindob. habet, βροτοῖς γ' ἀπείρονα. In Vratislaviensi quoque est, εἴ τις. Scribendum esse, Διζομέ-

ζομένοις, res ipſa loquitur, nec Gesnerus dubitare debebat.

vſ. 1221.

Αἶτι καλυπτομένη, ἰανῷ δ' ἀμφίσχε παρειὰς
Αἰδομένη.

Vindob. & meus, ἰανῷ δ' ἴσχε παρειάς. Voſſianus, ἰανῷ δὲ σχίθε παρειάς.

vſ. 1224.

Ὦ δειλὴ, τίνα σοι Κύπρις ὤπασε μοῖραν;

Veram lectionem ſuppeditant Vindob. Voſſ. & meus:

Ἆ δειλὴ, τί νύ τοι τοίην Κύπρις ὤπασε μοῖραν;

vſ. 1226. 1227.

πανετώσιοι ἕνεκα πατρὸς
Γηραιοῦ, κάστιός τε, τ' ἐκπάγλως ὀλίσαντι.

Vindob. Voſſ. & meus: πανετώσιοι οὕνεκα πατρὸς Γηραιοῦ, κάστιός τε, τ' ἐκπάγλως ὀλίσαντες. Recte ὀλίσαντες. Sed ex hoc ipſo ſuſpicari licet, verſum periiſſe. Mox MS. meus uſitatam formam κροκάλαισι praebet, quam H. Stephanus jure revocavit vſ. 1099.

vſ. 1233.

τοίῳ γε λύγρῳ πεπαλαγμένοι ἐσί.

Omnes Codices noſtri confirmant reſtitutum a Gesnero λύθρῳ.

vſ. 1254. 1255.

Νῆα δ' ἄρ' αὐτόθι κατίσχει ῥόος, οὐδέ μιν εἴα
Προσσωθέειν, οὐδ' αὐτίκα ἀναδύσεται ὀπίσσω.

Huic loco integritatem ſuam reddunt Vindob. Voſſ. & meus:

Νῆα δ' ἄρ' αὐτόθι οἱ κατέχει ῥόος, οὐδέ μιν εἴα
Προπροθέειν, οὐδ' αὐτίκ' ἀναρρώσεται ὀπίσσω,

Non cepit Gesnerus verbi ἀναρρώσεται elegantiam. Ut ῥώσεται eſt

est *progredi*, sic ἀναῤῥώσαι *regredi*. Ἀναδύσαι ex glossa fluxit.

vs. 1258. 1259.

Εἰ μὴ πρεσβίστη θυγάτηρ ἁλίοιο γέροντ۞
Εὐρυβία Πηλῆα πόσιν λελιπτο ἰδίαν.

Male Gesnerus in Indice Εὐρυβία pro Thetidis epitheto accepit. Sequendus erat Codex Vossianus, quocum meus & Vindobonensis consentiunt:

Εὐρυβίην Πηλῆα πόσιν λελίπτο ἰδίαν.

Sic etiam judicat Cl. Schraderus Observ. p. 16.

vs. 1274.

Ἤειδον δὲ λιγὺ κλάζων διὰ θέσκελον ὕμνον.

Vindob. Voss. & meus: Ἤειδον δὲ ὕμνον κλάζων διὰ θέσκελον αὐδήν. Vindob. ἀοιδήν. At in margine Vossiani scribitur, Ἤειδον δὲ γλυκὺ κλάζων.

vs. 1275.

Ὡς ποτέ οἱ δήρισαν ἀελλοπόδων ὑπὲρ ἵππων.

Vindob. Voss. & meus hunc versum addunt, necessarium ad sententiam explendam:

Ζεὺς ὑψιβρεμέτης, καὶ πόντιος ἐννοσίγαιος.

vs. 1277.

Τύψεν Λυκαονίην γαίην χρυσῇ τριαίνῃ.

Suspecta est vox χρυσῇ. Vindob. Vossian. & meus, χρυσείῃ. Sed hoc metri lex repudiat. Forte:

Τύψεν Λυκαονίην γαίην χρυσέῳ τελέσαντι.

vs. 1299.

Κόλχων, Ἐῤῥαίων τε, Χαρανδαίων, Σολύμων τε.

Pro Ἐῤῥαίων in Vindob. scribitur Ἐῤῥήνων, in meo & Voss.

Voss. Ἐράνων. Mihi Ἔρανοι aeque cogniti sunt, atque Ἔῤῥανοι.

vs. 1326.

Ἀλκινόῳ δὲ περὶ φρένας ἤλυθε μῦθος.

Legendum:

Ἀλκινόῳ δὲ περὶ φρένας ἥνδανε μῦθος.

Homerus Od. Ξ. 337. τοῖσιν δὲ κακὴ φρεσὶν ἥνδανε βουλή.

vs. 1336. 1337.

Καὶ τότε παρθενίης νοσφίζετο κέρδεα ἄνθος
Αἰνόγαμος Μήδεια δυσαινήτοις ὑμεναίοις.

Proxime ad literarum vestigia scribendum:

Αἰνόγαμος Μήδεια δυσαντήτοις ὑμεναίοις.

Δυσάντητα omnia *infausta* dicuntur. Lucian. Timone p. 110. δυσάντητον καὶ ἀποτρόπαιον θέαμα ὄψεαι ubi vide Hemsterhusium. Nec aliter legit imitator Orphei, Nonnus XLII. p. 1102. Φεῦγε δυσαντήτων Ποσιδήιον οἶστρον ἐρώτων. Hanc tamen conjecturam minus probans Toupius, V. C. Emend. in Suid. T. III. p. 244. legere malebat: Αἰνόγαμος Μήδεια δυσαυλήτοις ὑμεναίοις. in quo felix ejus ingenium requiro.

vs. 1352.

Ἡλπόμεθα σκοπέλοισι Μαλαινείοισιν ἰκέσθαι
Νῆα θοήν.

Codex meus: Ὑλπόμηθα σκοπέλοισι Μελαινέοισιν. Vindob. & Voss. Ἐλπόμεθα σποπέλοισι Μιλαινείῃσιν. Qua scriptura adjuvatur σκοπέλοισι Μελαντείοισιν, quod Cl. Schraderus Observ. p. 16. pulcre restituit ex Apollonio Rhod. IV. 1706.

vs. 1353 — 1356.

Παιὰν δ' ἄρ' ἑκηβόλος ἀγχόθεν αἰὲν
Δῆλον ἀπὸ κρατὸς ἧκεν βέλος, ἐκ δ' ἀνέφηνε
Μινωαρίων σποράδων, κρανὴν δέ ἑ πάντες ὀπίσσω
Νῆσον ἐπικλείουσι περικτίονες ἄνθρωποι.

 Casti-

Castigandum puto:

> Παιὰν δ' ἄρ' ἑκηβόλος ἀγχόθι νηὸς
> Δήλου ἀπὸ κρημναῖς ἧκεν βέλος, ἐκ δ' ἀνέφηνε
> Μεσσατίων σποράδων. Ἀνάφην δέ ὁ πάντες ὄπισσα
> Νῆσον ἐπικλήσουσι περικτίονες ἄνθρωποι.

De ἀγχόθι νηὸς cum nemine contendam. Schradero l. c. magis placebat, ἀγχόθι ναίων. At Ἀνάφην a poëta scriptum esse, ipsa nominis etymologia, ἐκ δ' ἀνέφηνε, declarat. Modo praecesserat κρημναῖς, ut facilis fuerit lapsus librarii. Reliquum est, ut haec emendatio aliorum scriptorum auctoritate confirmetur. Apollon. Rhod. IV. 1717. Ἀνάφην δέ τε λισσάδα νῆσον Ἴσκον, ὃ δὴ Φοῖβός μιν ἀτυζομένοις ἀνέφηνε. Apollodorus I. p. 62. τῷ δὲ παρὰ προσδοκίαν ἀναφανῆναι, προσονομασθέντες Ἀνάφην ἐκάλεσαν. Stephan. Byz. Ἀνάφη. νῆσος μία τῶν Σποράδων. —— τοῖς δ' Ἀργοναύταις ὑπὸ χειμῶνος τρυχομένοις κατὰ σκοτομήνην ἀναφανεῖσα, Ἀνάφη ἐπικέκληται. ubi vide L. Holstenium. Cornutus de N. D. 32. ὡς καὶ Ἀναφαίου Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἱδρύσαντο, τοῦ ἀναφαίνοντος πάντα. τούτῳ δ' ἠκολούθησε, καὶ τὸ τὴν Δῆλον καὶ Ἀνάφην ἱερὰς αὐτοῦ νομισθῆναι, quod descripsit Eudocia p. 9. Ut insula Ἀνάφη ab ἀναφαίνειν nomen invenit, sic contra, narrante Antonino Liber. cap. 40. ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἀρτέμιδος τόνδε τόπον, ἐν ᾧ ἀφανὴς ἐγένετο ἡ Βριτόμαρτις, ὠνόμασαν Ἀφαίαν.

vs. 1359.

> κότεεν γὰρ ἐπιφραδέως Ὑπερίων.

Turpe vitium hoc modo tollatur:

> κότεεν γὰρ ἐπιζαφελῶς Ὑπερίων.

Homerus Il. I. 511. ἀλλ' αἰὲν ἐπιζαφελῶς χαλεπαίνοι. Od. Z. 330. ὁ δ' ἐπιζαφελῶς μενέαινεν. Apollon. Rhod. IV. 1672. Δείκηλα προΐαλλε, ἐπιζάφελον κοτέουσα.

vs. 1361. 1362.

> Κίρκης ἐννεσίῃσιν ἀπορρίψειαν ὅμιλον
> Ἀρὰς τ' Αἰήτεω καὶ νηλιτόποινον Ἐρινύν.

Ita

Ita hunc locum caſtigavi Ep. Crit. I. p. 92. Sed praeterea corrigendum erat:

Κίρκης ἐννεσίῃσιν ἀποῤῥύψεσθαι ἔμελλον.

Supra vſ. 1230. *Μέσφ' ὅταν ἐκνίψεσθε μύσος θείοισι καθαρμοῖς.* Jamblich. de Vita Pythag. p. 61. *ψυχῆς τε ἀποῤῥύψεις καὶ καθαρμούς.* Lyſis apud eundem p. 63. *ἀποῤῥυπτόμενοι σπίλως, τὼς ἐν τοῖς στάθεσιν ἁμῶν ἐγκεκολαμμένως.* Vide Ez. Spanhemium ad Julian. p 259.

Hae mihi natae ſunt ſuper Argonauticis conjecturae, quas Tu, VIr magne, acerrimo judicio tuo perpendes. Sequuntur Hymni, in iis, quae Orpheo ſubjecta ſunt, facile primum locum tenentes. Qui etſi paulo integriores, quam Argonautica, ad nos pervenerunt, tamen Criticus hic quoque noxias herbas, quas evellat, reperiet. Multa menda vertendo ſuſtulit Joſ. Scaliger, alia deinde alii. Nos ea inprimis loca, in quibus Scaligerum praeſtantis ingenii vis defecit, breviter attingamus.

Εὐχῆ vſ. 33.

Καὶ χθονίως, καὶ ὑποχθονίως, ἰδὲ πυρφοίτως.

Manifeſto verſus vitio facile eſt ſic mederi:

Καὶ χθονίως, καὶ ὑποχθονίως, ἰδ' ἱεροφοίτως.

Hymn. in Hecat. vſ. 4.

Περσείαν, σκυλακῖτιν, ἀμαιμάκετον βασίλειαν.

Sic etiam Codex Voſſianus, vix ſui ſimilis in Hymnis. At Regius, & alius apud Guil. Canterum Nov. Lect. II. 3. pro uno verſu nobis duo venuſtiſſimos praebent:

Περσείαν, φιλέρημον, ἀγαλλομένην ἐλάφοισι,
Νυκτερίαν, σκυλακῖτιν, ἀμαιμάκετον βασίλειαν.

Hoc ſupplementum cum Gesnerus etiam in Askaeano reperiſſet, neſcio, quid ei in mentem venerit, ut in fraudis ſuſpicionem vocaret.

Hymn.

Hymn. I. *vs.* 3. 4.

> Θηλειῶν σώτειρα, μόνη φιλόπαις, ἀγανόφρον,
> Ὠκυλόχεια, παροῦσα νέαις θνητῶν Προθυραία.

Vertit Scaliger: *novis nuptis Dea Forcula praeses.* Sed ex scriptura mendosa nulla effici sententia potest. Forte legendum:

> Ὠκυλόχεια, παροῦσ᾽ ἀνίαις θνητῶν Προθυραία.

Sic olim scripsi. At Gesnerus me hic festinasse putat, qui secundam in ἀνίαις corripuerim. Equidem, quod reponendum conjeci, praestare nolim. Sed nihil in syllabae modo peccatum esse, his exemplis planum fiet. Theognis vs. 76. Μή ποτ᾽ ἀνήκεστον, Κύρνε, λάβῃς ἀνίην. Panyasis apud Athen. II. p. 37. B. Πάσας δ᾽ ἐκ κραδίας ἀνίας ἀνδρῶν ἀλαπάζει. Callimach. Fr. 131. Τὴν ὁδὸν, ἣν ἀνίαι θυμοφθόροι οὐ περόωσι. Apollon. Rhod. I. 1216. Θειοδάμας, ἀνίῃ βεβολημένος.

Hymn. 8. *vs.* 11. 12.

> Ἐλθὲ μάκαιρ᾽, εὔφρων, εὐάστειρ᾽, φέγγει τῷ σῷ
> Λαμπομένη, σῴζουσα τεοὺς ἱκέτας ἐς λοκύρη.

Scaligeri ad hunc locum annotatio prorsus mira est, & indigna tanto viro: „ Ἐς λοκύρη delendum. Nam muti-
„ lus plane versus. Aut enim ex superiori πάνσοφε κούρη
„ repetitum, aut *es locura* ab Hispano quodam additum,
„ innuere volente, stultum esse supplere velle locum,
„ qui tot jam ante seculis mutilus fuerit." At vero nolim ad extrema ista confugere, cum versus simplicissima ratione emendari possit:

> Ἐλθὲ μάκαιρ᾽, εὔφρων, εὐάστειρ᾽, φέγγει τῷ σῷ
> Λαμπομένη, σῴζουσ᾽ ἁγίους ἱκέτας σέο, κούρη.

Verene conjecerim, an secus, Codex aliquando collatus docebit. Simili fere modo finitur Hymn. 78. Ἀλλὰ μάκαιρ᾽ ἔλθοις κεχαρημένη εὔφρονι βουλῇ Εὐίερους ἐπὶ μυστιπόλους τελετὰς σέο, κούρη.

Hymn.

Hymn. 10. *vs.* 1.

Πᾶνα καλῶ κρατερὸν, κόσμοιο τὸ σύμπαν.

Toupius noster Emend. in Suid. T. III. p. 174. sic laboranti versui succurrebat: Πᾶνα καλῶ κερόεντα θεὸν, κόσμοιο τὸ σύμπαν. Sed Codices potius sequendi sunt Regii & Vossianus, a nobis collati, Askaeanus apud Gesnerum, & alius apud Guil. Canterum Nov. Lect. II. 3. in quibus versus ita suppletur:

Πᾶνα καλῶ κρατερὸν, νόμιον, κόσμοιο τὸ σύμπαν.

Hymn. 13. *vs.* 2. 3. 4.

Ἣτ' ἐπὶ ταυροφόρον ἱερότροχον ἅρμα τιταίνεις·
Τυμπανόδουπε, φιλοιστρομανὲς, χαλκόκροτε κούρη,
Μῆτερ Ζηνὸς ἄνακτος, Ὀλυμπίη, αἰγιόχοιο.

Praeclare Piersonus Verisim. I. 3. ταυροφόνον correxit. Sed idem non vidit, post vs. 2. temere elapsum esse versum, qui interceperit λεόντων, cum ταυροφόνων conjungendum. Res clara est ex Hymno 26. vs. 3. Ταυροφόνων ζεύξασα ταχύδρομον ἅρμα λεόντων. Versum 4. qui & ipse e vulgatis libris exciderat, sed a Gesnero e MSS. revocatus est, agnoscunt etiam Codd. Regii, & alius apud Gu. Canterum Nov. Lect. II. 3.

Hymn. 15. *vs.* 4.

Ὄμβρων μὲν διερῶν, ἀνέμων τροφὲ, παντογένεθλε.

Scribe e Codd. Regiis & Vossiano:

Ὄμβρων μὲν μῆτερ, ἀνέμων τροφὲ, παντογένεθλε.

Vulgatum διερῶν natum est ex μερῶν, quod alter Regius habet; μερῶν ex compendio scripturae, μ̄ερ, pro μῆτερ.

Hymn. 18. *vs.* 21. 22.

Ζωήν τ' ὀλβιόθυμον, ὁμοῦ θ' ὑγίειαν ἄνασσαν,
Εἰρήνην τε θεὰν, κουροτρόφον, ἀγλαότιμον,
Καὶ βίον εὐθύμοισιν ἀεὶ θάλλοντα λογισμοῖς.

Ita hunc locum uno versu auctiorem exhibent cum Codices,

ces, quorum excerptis Gesnerus usus est, tum duo Regii, & alius apud Gu. Canterum Nov. Lect. II. 3. Alter ex Regiis male, Εἰρήνην, θεὸν κουροτρόφον. In Codice Thryllit. hi versus perperam traducti sunt ad Hymn. 14

Hymn. 22. *vs.* 8.

πέμπε δὲ μύσταις
Ὄλβον ἐπ' εἰρήνῃ τε καὶ ὀλβιοχείρου ὑγείῃ.

Legendum:

πέμπε δὲ μύσταις
Ὄλβον ἐπ' εἰρήνῃ τε καὶ ἠπιοχείρου ὑγείῃ

Librarius ὀλβιοχείρου scripsit, oculis ad praecedens ὄλβον aberrantibus. Hymn. 28. vs. 18. ex emendatione Piersoni ad Moer. Att. p. 380. Εἰρήνη θάλλουσα καὶ ἠπιοχείρῳ ὑγείᾳ, Καὶ βίῳ εὐόλβῳ. Hymn. 83. vs. 8. Ὄλβον ἐπιπνείουσα καὶ ἠπιόχειρον ὑγείαν. Incertus poëta Anthol. I. 37. p. 84. de Apolline medico: Ἤπιον, ἡδυεπῆ, ἀδόθρουν, ἠπιόχειρα.

Hymn. 31. *vs.* 3. 4. 5.

Αἱμάτ', αὐ ῥητή, μεγαλώνυμε, ἀντροδίαιτε·
Ἣ διερὰς ὄχθους ὑψαύχενας ἀκρωρείους,
Ἠδ' ὄρεα σκιόεντα, νάπαισί τε σὴν φρένα τέρπεις.

Quomodo Minervae, cui dicatus hymnus est, haec attributa conveniant, non satis intelligo. Recte quidem Scholiastes ad Hesiod. Theog. 411. monuit, μετὰ παρ' Ὀρφεῖ τὰ μεταληπτικῶς ἔχοντα τῶν ὀνομάτων reperiri. Sed vix dubitem, quin hi versus vel ex Hymno in Dianam, aut in Rheam, scripto, vel aliunde huc migrarint. Tales translationes in Orphei MSS. non infrequentes esse, apparet ex Codice Thryllit. apud Gesnerum p. 206. 208. item ex MS. Biblioth. Matrit. p. 87. ubi duo versus, Hymno 39. adjecti, frustra ab Iriarte pro ineditis venditantur, cum eo tractu sint ex Hymno 44.

Hymn. 33. *vs.* 7.

Βάκχιε καὶ Διδυμεῦ, ἑκάεργέ τε, Λοξία, ἁγνέ.

Pul-

Pulcerrima eſt lectio Codicis Thryllitiani apud Gesnerum, Βράγχιε. Βράγχος Apollo dictus eſt a Brancho, amaſio. Vide Varronem apud Lactant. ad Stat. Theb. VIII. 198. Cononem Narrat. 33. 44. & Gesnerum Comment. Societ. Gotting. T. IV. p. 121. Sed, hac lectione recepta, ſcribendum etiam Διδυμεῦ, per Δ majus. Utroque nomine Apollo Mileti colebatur, Branchidis ejus templum & oraculum curantibus. Mela I. 17. *cingit oraculum Apollinis, dictum olim Branchidae, nunc Didymei.* Pro λοξία MS. Voſſ. λοξίαν. At recte eadem manus reſcripſit λοξίας.

Hymn. 44. *vſ.* 5.

Θυρσαχθὴς, βαρόμηνι, τετιμένο πᾶσι θεοῖσι.

Pro θυρσαχθὴς aliquando in mentem veniebat legere θυρσαυχής. Sed cum MSS. Regii, & alii apud Gesnerum θυρσιχθὴς habeant, ſic potius corrigam:

Θυρσιγχὲς, βαρύμηνι, τετιμένε πᾶσι θεοῖσι.

Hymn. 51. vſ. 11. Παιὰν χρυσιγχές.

Hymn. 48. *vſ.* 3.

Νυκτερίοισι χοροῖσι, πυριβρεμέτοις ἰάχοισι.

Ἴακχος eſt hymnus bacchantium, non ἰαχὸς, quod ſciam. Lege:

Νυκτερίοισι χοροῖσι, πυριβρεμέτοις ἰαχῇσι.

Theognis vſ. 776. Τερπόμενοι κιθάρῃ, καὶ ἐρατῇ θαλίῃ, Παιάνων τε χοροῖς, ἰαχαῖσί τε, σὸν περὶ βωμόν.

Hymn. 50. *vſ.* 9.

Πετρόφυλοι, λιγυροὶ, κορυνίτιδες, ὑλονόμοι τε.

Dudum legendum videram:

Πετρόφυλοι, λιγυροὶ, κρηνίτιδες, ὑλονόμοι τε.

Poſtea ſic ſcriptum reperi in duobus Codd. Regiis, & Voſſiano.

ibid. vſ. 12.

Κρημνοχαρεῖς, ἀπαλαὶ, πολυθρέμμονες, αὐξίτροφοί τε.

Si minus tibi placeat δρυμοχαρεῖς, quod Adr. Heringa Obſerv. cap. 12. conjiciebat, legas licet:

Κυμοχαρεῖς, ἀπαλαὶ, πολυθρέμμονες, αὐξίτροφοί τε.

Hymn. 16. vſ. 8. Κύμασι τερπομένη.

Hymn. 54. *vſ.* 22. 23.

Ἢ νύμφαις τέρπῃ κυανώπισιν ἐν χθονὶ δίᾳ,
Θῖνας ἐπ' αἰγιαλοῖς ψαμμώδεσιν ἅρματι κούφῳ.

Corruptiſſimum locum ſic vertit vir maximus: *Aut etiam tremulis puſis in gramine terrae Litoreos ad pulvinos cum praepete curru.* At noli dubitare, quin ita refingendus ſit:

Ἢ νύμφαις τέρπῃ κυανώπισιν ἐν χθονὶ δίᾳ,
Θινσ' ἐπ' ἀγχιαλοῖς ψαμμώδεσιν ἅλματι κούφῳ.

Hymn. 55. *vſ.* 2.

Ἁβροκόμη, φιλέρημε, βρύων φθαῖσι ποθεινaῖς.

Scaliger vertit: *Mollicomans, & vaſticola, atque leporibus augens.* Sed ſcribendum:

Ἁβροκόμη, φιλέρημε, βρύων ὥραισι ποθειναῖς.

Hymn. 25. vſ. 8. Αὐξιθαλὴς, φερέκαρπε, καλαῖς ὥραισι βρύουσα.

Hymn. 58. *vſ.* 20. 21. 22.

Ἀλλά μοι νυκτέριοι, μαλακόφρονες, ἠπιόθυμοι,
Ἄτροπε καὶ Λάχεσι, Κλωθὼ, μόλετ' εὐπατέρειαι,
Ἀέριοι, ἀφανεῖς, ἀμετάτροποι, αἰὲν ἀτειρεῖς.

Hic quoque locus ſaepe multumque jactatus eſt ab iis, qui, patrum memoria, de diphthongis οι & αι ante conſonantem corripiendis diſputarunt. Quibus hoc exemplum facile eripitur, unius vocis ſede permutata:

Ἀλλά

Ἀλλά μοι ἀέριοι, μαλακόφρονες, ἠπιόθυμοι,
Ἄτροπε καὶ Λάχεσι, Κλωθώ, μόλετ' εὐπατέρειαι,
Νυκτέριοι, ἀφανεῖς, ἀμετάτροποι, αἰὲν ἀτειρεῖς.

Superest ex Orphicis unus versus Argon. 1315. qui falsam & ex mendosis locis conflatam doctrinam juvare videatur: Πατρὶ δ' ἐῷ τίσειας δίκην ἀλιτημοσυνάων. ubi MSS. Vossian. & meus male habent κτίσειας pro τίσειας. Sed hujus quoque loci in promtu est emendatio. Lege: Πατρὶ δ' ἐῷ τίσειν ἑ δίκην ἀλιτημοσυνάων. Ipsa linguae ratio activum τίσειν, non medium τίσειας, postulat; ut vel tironibus notum est e Kustero de Verb. Med. p. 148.

Hymn. 68. *vs.* 10 — 13.

Οὔτε γὰρ ἠελίου ταχιναὶ φλόγες, οὔτε σελήνης,
Καὶ σοφίας ἀρετῆς τε, καὶ ἐργασίμου θνητότητος
Εὔχαρι, οὔτε βίου λιπαρᾶς περικαλλέος ἥβης,
Ὑμῶν χωρὶς ἐγείρει εὐφροσύνας βιότοιο.

Mirum, ni quatuor versus, quos apposuimus, huc temere traducti sint ex Hymno 59. in Charites. Sic ultimus versus, quem Gesnerus ex MS. Vossiani margine adjecit, huc translatus est ex Hymno 77. vs. 13. De his translationibus diximus p. 274.

Hymn. 79. *vs.* 4. 5.

Ἰκμάσι ῥιπίζων νοτερὸς ὀμβρογενὲς ὕδωρ,
Αἴθρια πάντα τιθεὶς, θαλερόμματον αἰθέρι τεύχων.

In Codice Regio νοτεροῖς legitur, ut Piersonus conjecit. Ultimo versui in Codice Matritensi apud Iriartem p. 87. hic subjicitur: Ἀκτῖνες ὡς λάμπουσιν ἐπὶ χθονὸς ἠελίοιο. qui mihi suspectus est ob secundam in ἀκτῖνες correptam.

Hymn. 81. *vs.* 6.

Τοιγάρ τοι λιτόμεσθα, μάκαρ, ἱεροῖς χαρίεντα.

Optime duo Regii:

Τοιγάρ τοι λιτόμεσθα, μάκαρ, ἱεροῖσι χαρίεντα.

Quod cum etiam Vossianus Gesnero obtulisset, in textum recipi debebat.

Habes, Erneste, Vir praestantissime, meas in tres poëtas emendationes. nec acute excogitatas, nec justis doctrinae copiis confirmatas. Quas si Tibi ex parte aliqua approbaro, magnum qualiscunque operae fructum me cepisse arbitrabor. Quod reliquum est, hoc mihi affirmanti credas velim, nec quicquam Te, propter summam sapientiam, virtutem, eruditionem, esse amabilius, nec quemquam me studiosiorem amantioremque Tui. Ita vale, & cum ceteros amicos, tum inprimis Juris & politioris humanitatis consultissimum virum, Bachium nostrum, cujus Tu ingenium ad omnem excellentiam formasti, meo nomine saluta.

Dabam XX. Decembr. MDCCLI.

Retractabam MDCCLXXXII.

POST SCRIPTUM.

In priore hujus Epistolae editione p. 73. Hermesianactis Elegiam, quam Athenaeus XIII. p. 597. conservavit, digressione quadam emendavi. Ex eo tempore, captus eximia carminis pulcritudine, subinde, ut fit, ad illud castigandum reverti, praesertim cum adjumenta quaedam e libris scriptis accepissem. Nam Codicis Medicei Variantes Abrahamus Gronovius, Veneti J. P. Blessingius, vir eruditissimus, mecum communicavit. Nunc nihil, quod hoc instituto alienum sit, facturus videor, si totum carmen, quo, in tanta veterum Elegiarum jactura, vix quicquam praestantius habemus, hic paulo emendatius, quam a Casaubono editum est, apposuero.

Hermesianax natus est Colophone, urbe tam fecunda bonis poëtis edendis, ut Nicander, indidem oriundus, librum scripserit περὶ τῶν ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν, totum comparatum cum ad Homeri, quem Colophonii sibi vindicabant, tum ad Xenophanis, Polymnesti, Mimnermi, Antimachi, Phoenicis, & Hermesianactis memoriam celebrandam. Vide Scholiastem Nicandri, cujus testimonio saepe utemur, ad Theriac. 3 & Anonymum scriptorem Vitae Homeri p. 283. Aetatem Hermesianactis incidisse in Philippi & Alexandri M. tempus, clare intelligitur ex Pausania Attic. cap. 9. & Scholiaste Nicandri l. c. Prioris locus hic est: Λυσίμαχος συνῴκισε καὶ Ἐφεσίων ἄχρι θαλάσσης τὴν νῦν πόλιν, ἐπαγόμενος εἰς αὐτὴν Λεβεδίους τε οἰκήτορας καὶ Κολοφωνίους, τὰς δὲ ἐκείνων ἀνελὼν πόλεις· ὡς Φοίνικα, ἰάμβων ποιητὴν Κολοφώνιον, θρηνῆσαι τὴν ἅλωσιν. Ἑρμησιάναξ δὲ ὁ τὰ ἐλεγεῖα γράψας οὐκ ἔτ', ἐμοὶ δοκεῖν, περιῆν· πάντως γάρ που καὶ αὐτὸς ἂν ἐπὶ ἁλούσῃ Κολοφῶνι ὠδύρετο. Has autem urbes a Lysimacho eversas esse Olymp. 119. 3. ex Diodoro Sicul. XX. p. 483. constat. Scholiastes Nicandri sic narrat: Ὁ Ἑρμησιάναξ φίλος τῷ Φιλητᾷ καὶ γνώριμος ἦν. —— ὁ Νίκανδρος μέμνηται τοῦ Ἑρμησιάνακτος ὡς πρεσβυτέρου ἐν τῷ περὶ τῶν ἐκ Κολοφῶνος ποιητῶν. Eadem aetate Philetam vixisse, etiam Suidas testis est: Φιλητᾶς, Κῷος, υἱὸς Τηλέφου, ὢν ἐπί τε Φιλίππου καὶ Ἀλεξάνδρου —— ἐγένετο δὲ καὶ διδάσκαλος τοῦ δευτέρου Πτολεμαίου.

Phi-

Philetae disciplina cum Hermesianax usus sit, nescio, an Theocritum, quem vetus Grammaticus in ejus vita sub Phileta profecisse tradit, condiscipulum & ejusdem artis aemulum habuerit. Ipse exemplo magistri, cujus honorificam mentionem facit in hac Elegia vs. 75. ingenium contulit ad Elegos scribendos. Nobiles inprimis sunt tres libri Elegiarum, quos de amicae nomine *Λεόντιον* inscripsit. Athenaeus XIII. p. 597. A. *παρέλιπον δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἑρμησιάνακτος τοῦ Κολοφωνίου Λεόντιον. ἀπὸ γὰρ ταύτης ἐρωμένης αὐτῷ γενομένης ἔγραψεν ἐλεγειακὰ τρία βιβλία.* Scholiastes Nicandri: *τούτου δὲ τὰ λεγόμενα εἰς τὴν ἐρωμένην.* A Parthenio Erot. cap. 5. laudatur *Ἑρμησιάναξ Λεόντι.* Sed corrigendum esse *Λεοντίῳ*, ut Elegiarum libri significentur, bene vidit Vossius de Histor. Graec. III. p. 176. confundens tamen poëtam cum alio Hermesianacte, Colophonio, athleta, de quo Pausanias Eliac. posterior. 17. Et sic est apud Antonin. Liber. cap. 39. *Ἱστορεῖ Ἑρμησιάναξ Λεοντίῳ β΄.* Ut vero Hermesianax tres Elegiarum libros *Λεόντιον*, sic ejus imitatione Propertius librum primum Elegiarum *Cynthia* inscripsit. Quod ejus interpretes videtur latuisse. Eandem amicam, etsi haud nominat, tamen alloquitur in hoc carmine vs. 73. *Γιγνώσκεις ἄλεκτα μέγαν πόθον.* Ter Elegias laudavit Pausanias Achaic. 17. Arcad. 12. Boeot. 35. Inde etiam, praeter Antonin. Liber. l. c. amatorias narrationes excerpsit Parthenius cap. 5. & 22. fortasse etiam cap. 2. Nam ubi vulgo editur, *Ἱστορεῖ Φιλητᾶς Ἑρμῇ*, scribere malim, *Ἱστορεῖ Φιλητᾶς καὶ Ἑρμησιάναξ.* Ex iisdem Elegis narrationem de Menalca sumsit Scholiastes Theocriti ad Eid. VIII. 55. & in argumento Eid. IX. In *Leontio* tamen locum invenire non potuit Elegia ad Eurytionem Centaurum, quam commemorat Pausanias Achaic. 18. *ὅτι μὲν τὸ πόλισμα μικρὸν ἐξ ἀρχῆς ἡ Ὤλενος, μαρτυρεῖ τῷ λόγῳ μου καὶ ἐλεγεῖον εἰς Εὐρυτίωνα Κένταυρον ὑπὸ Ἑρμησιάνακτος πεποιημένον.* Cujus carminis argumentum forsitan fuerit Mnesimache, Oleni filia, rapta ab Eurytione, sed liberata ab Hercule. Anonymus de XII. Certaminibus Herculis, ab Allatio editus, cap. 5. *πρὸς Ὤλενον δ' Ἡρακλῆς προσδεξάμενον ἵκετο, καὶ Μνησιμάχην τὴν Ὠλένου ῥυσάμενος Εὐρυτίωνος, ἧκεν εἰς Εὐρυθία.* Quem locum perperam accepit P. Burmannus Catal. Argonaut. v. *Eurytion.* Denique Hermesianax *Persica* scripsit. Scholiast.

Ni-

Nicandri: τούτῳ δὲ τὰ Περσικὰ γέγραπται. Ex quibus si quis potius narrationem de Nanide apud Parthenium cap. 22. quam ex Elegis, ductam putet, non magnopere repugnabo. Nunc ad ipsam Hermesianactis Elegiam, vel potius Elegiae partem, cognoscendam veniamus. Ea, teste Athenaeo l. c. ex tertio Leontii libro sumta, in ἐρωτικῶν, sive perdite amantium, enumeratione versatur. Ex quo patet, minus recte a F. Ursino ad Virgil. Georg. IV. 470. *Elegiam in Orpheum* inscribi.

Οἵην μὲν φίλος υἱὸς ἀνήγαγεν Οἰάγροιο
 Ἀγριόπην Θρῇσσαν στειλάμενος κιθάρῃ
Αἴδοθεν, ἔπλευσεν δὲ κακὸν καὶ ἀπειθέα χῶρον,
 Ἔνθα Χάρων κοινὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον

Ψυ-

Vs. 1. Οἵην μὲν φίλος] Perspicuum est ex vs. 73. & 75. haec a verbo γινώσκεις, vel οἶσθα, quod praecesserat, pendere. Poëta vero alloquitur amicam, Leontium, ut ex iis, quae paulo ante diximus, intelligitur.

Vs. 2. Ἀγριόπην Θρῇσσαν] Repone, quod magis poëticum est: Ἀγριόπην Θρήϊσσαν στειλάμενος κιθάρῃ. Apollon. Rhod. IV. 905. Εἰ μὴ ἄρ' Οἰάγροιο πάϊς Θρηΐκιος Ὀρφεὺς Βιστονίην ἐνὶ χερσὶν ἑαῖς φόρμιγγα τανύσσας. Virgil. Aen. VI. 119. *Si potuit manes arcessere conjugis Orpheus, Threicia fretus cithara.* Propert. III. 1. 41. *Orpheu, te duxisse feras, & concita dicunt Flumina Threicia detinuisse lyra.* Ceterum Jos. Scaliger ad Virgil. Cul. p 27. scribit: *Quam omnes Eurydicen, eam Mimnermus vocat Agriopen.* Sed memoriae lapsu Mimnermum pro Hermesianacte posuit.

Vs. 3. Ἔπλευσεν δὲ κακὸν] Ex MS. Veneto ἔπλευσεν recepi. Vulgati ἔπλευσε. Pluto δυσπειθὴς dicitur ab Anyte Anthol. III. 24. p. 382.

Vs. 4. Ἔνθα Χάρων] Vulgo editur: Ἔνθα Χάρων ἀκοὴν ἕλκεται εἰς ἄκατον. Sed poëtae manum, quam in textum revocavimus, feliciter assecutus est Lennepius Animadv. post Coluth. p. 162. Nec aliter legit perpetuus hujus carminis imitator, Propertius III. 16. 23. *Exoranda canis tria sunt latrantia colla: Scandenda est torvi publica cymba senis.* Eodem mo-

Ψυχὰς οἰχομένων· λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν ἀϋτεῖ,
Ρεῦμα δὲ ἐκ μεγάλων ῥυομένη δονάκων.
Ἀλλ' ἔτλη περὶ κῦμα μονόζωστος κιθαρίζων
Ὀρφεὺς, παντοίους δ' ἐξανέπεισε θεούς.
Κωκυτόν τ' ἀθέμιστον ὑπ' ὀφρύσι μειδήσαντα,
Ἠδὲ καὶ αἰνοτάτου βλέμμ' ὑπέμεινε κυνὸς,

Ἐν

modo λίμνη πάγκοινος Ἀΐδου dicitur apud Sophocl. Electr. 137. & Ἀΐδης κοινὸς apud eundem Ajac. 1219. & in Epigrammate Analect. Brunck. T. III. p. 290. Haec ratio nostra placet intelligentissimo talium rerum judici, Valckenario Diatr. in Euripid. cap. 25. p. 281. At Cl. Toupius ad Theocrit. T. II. p. 399. veriorem scripturam putat: κοίλην ἔλκεται εἰς ἄκατον. Suo quisque sensu fruatur.

Vs. 5. Λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν] MS. Venetus, λίμνη. Lennepius non male scribit: λίμνη δ' ἐπὶ μακρὸν ἀϋτεῖ Ρεύματι ἐκ μεγάλων ῥυομένη δονάκων. Malim tamen: λίμνης δ' ἐπὶ μακρὸν ἀϋτεῖ Χεῦμα δὲ ἐκ μεγάλων ῥυομένης δονάκων. Anyte Anthol. III. 32. p. 416: χλωρὸν ὑπὲρ ποταμοῦ χεῦμ' Ἀχέροντος ἴδα. Ovidius ibid. 77. *Quique per infernas horrendo murmure valles Imperjuratae laberis amnis aquae.* Arundineta in ripa Stygis saepe commemorantur, tanquam a Propertio II. 20. 71. *Jam licet & Stygia sedeat sub arundine remex.* ubi vide Interpretes.

Vs. 7. Μονόζωστος κιθαρίζων] Sic correximus vulgatum μονόζωστον κιθαρίζων. Hesychius: Οἰόζωνοι. μονόστολοι. quae glossa pertinet ad Sophoclem Oed. Tyr. 856. Εἰ δ' ἄνδρ' ἐν' οἰόζωνον αὐδήσει. ubi Scholia explicant μονόζωνον, μόνον.

Vs. 8. Παντοίους δ' ἐξανέπεισε] Olim mihi placebat, πομπαίους θεοὺς, scil. Mercurium & Charontem, ex Sophocl. Ajac. 844. Nunc pronior sim in Valckenarii conjecturam, ἀνταίους θεούς. Grammatici ἀνταῖον explicant ἐχθρὸν, χαλεπὸν, ut hic capiendum, vel ἱκέσιον, ut sumendum in Apollon. Rh. I. 1141. cujus Schol. describens Etym. M. p. 111. l. 50. addit: Διογένης, ἱκέσιος. ubi *Diogenes* vel *Diogenianus* est Hesychius. Vide Praef. nostram ad Hesych. Θεοὺς interpunctione a sequentibus separavimus.

Vs. 9. Κωκυτόν τ' ἀθέμιστον] Semper in voce ἀθέμιστον offendor. Legendum: Κωκυτόν τ'

[illegible]

Ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν τεθωωμένε, ἐν πυρὶ δ' ὄμμα
Σκληρὸν, τρισσοῖχοις δεῖμα φέρον κεφαλαῖς.
Ἔνθεν ἀοιδιάων μεγάλες ἀνέπνευσεν ἀνάκτας,
Ἀγρόπην μαλακὸ πνεῦμα λαβεῖν βιότε.
Οὐ μὴν ἐδ' υἱὸς Μήνης, ἀγέραστον ἔθηκεν
Μεσαῖον, Χαρίτων ἤρανον, Ἀντιόπην·
Ἥτε πολυμνήστοισιν Ἐλευσῖνος παρὰ πέζαν
Εὔασμον κρυφίων ἐξεφόρει λογίων,

Ῥά-

ἀπόθεστον ὑπ' ὀφρύσι μειδήσαντα Hesychius: Ἀπόθεστος. ἐκ ἐπιζήτητος. ubi verbi vim praeclare explanavit Hemsterhusius. Idem est αἰνόθετος, quod Hesychius explicat ὁ ἐκ εὐλιτάνευτος, & πανάθεστος, quod πάντα ἀπαραίτητος. Pro eo pessime scribitur πανάιθετος. Vulgatum ἐπ' ὀφρύσι in ὑπ' ὀφρύσι mutavi. Apollon Rhod. III. 1023. Ἱμερόεν φαιδρῆσιν ὑπ' ὀφρύσι μειδιόωντες.

Vs. 11. Ἐν πυρὶ μὲν φωνὴν] Sic pro vulgato φωνῇ scripsimus cum Lennepio. Θοῦαξ φωνῇ est incitata voce latrare: θοῦαξ ὄμμα, oculos acriter intendere. Nicander Theriac. 227. αὐτὰρ ἐνωπῆς Γλήνεα φοινισσε τεθωωμένος. Oppian. Halieut. II. 525. Στεῦνται λύσσῃ τεθωωμένοι Nonnus XLVII. p. 1238. Μή σε πάλιν μανίῃ τεθωωμένον ὄψε νοήσω. Sic pro τεθεωμένον scribendum, non τεθολωμένον, ut conjecit Falkenburgius. Pro φέρων, quod vulgo editur, corrige φέρον, idque ad ὄμμα refer. Totus locus sic construendus est: Ὀρφεὺς ὑπίμευσε βλέμμα κυνὸς, ἐν πυρὶ μὲν τεθωωμένε φωνὴν, ἐν πυρὶ δὲ τεθωωμένε ὄμμα σκληρὸν, φέρον δεῖμα κεφαλαῖς τρισσοῖχοις. Haec Propertius sic expressit, III. 16. 23. *Exoranda canis tria sunt latrantia colla.* IV. 7. 52. *Tergeminusque canis sic mihi molle sonet.*

Vs. 13. Ἔνθεν ἀοιδιάων] Ἔνθεν pro ἔνθα etiam est vs. 24. Pro ἀοιδιάων MS. Venet. mendose λυδιάων Rarior forma ἀοιδιάω bis repertur apud Homerum Od. Ε. 61. Κ. 227.

Vs. 16. Ἀντιόπην] De hac Autiopa nihil mihi constat. Dalechampius ad h. l. & P. Burmannus Secundus ad Propert. II. 21. 51. eam confundunt cum Autiope, Nyctei filia.

Vs. 17. Ἥτε πολυμνήστοισιν] Totus hic locus de Musaei

 amo-

Ῥάριον ὀργίων ἀνέμω διαπιπνύουσα
Δήμητρα· γνωστὴ δ᾽ ἐστὶ καὶ εἰν ἀΐδῃ.
Φημὶ δὲ καὶ Βοιωτὸν ἀποπρολιπόντα μέλαθρον
Ἡσίοδον, πάσης ἤρανον ἱστορίης,
Ἀσκραῖον ἐσικέσθαι, ἔχοιθ᾽ Ἑλικωνίδα κώμην.
Ἔνθεν ὅγ᾽ Ἠοίην μνώμενος Ἀσκραΐην,

Πολλ᾽

amoribus tot tam foedis maculis contaminatus eſt, nullam ut inde ſententiam elicias. Vulgo editur: Ὅστε πολυμν. Sed Codices Mediceus & Venetus pro ὅστε habent ἥτε, ex quo, accentu mutato, ἥτε feci. Nam femininum genus poſtulat verbum διαπιπνύουσα, quod ſequitur. Itaque omnia, quae deinceps dicuntur, non de Muſaeo, ſed de Antiopa, Cereris, ut videtur, ſacerdote, intelligenda ſunt.

Vſ. 18. Εὔοσμον κρυφίων] Quantivis pretii lectionem praebet Codex Venetus: Εὐασμὸν κρυφίων ἐξιφόρει λογίων. Εὐασμὸς eſt laetus clamor mulierum in ſacris Cereris, ſive ὀλολυγή, ut ab aliis vocatur. Plutarchus Anton. p. 951. A. ἀκουσθῆναι καὶ βοὴν ὄχλου μετὰ εὐασμῶν καὶ πηδήσεων Σατυρικῶν. Onomaſticum vetus: *Ovatio*, εὐάστη, πεζὸς θρίαμβος. Scribe, εὐασμὸς, vel εὔασμα. Vide Valckenarium Epiſt. ad Rover. p. 79. Hac lectione recepta, etiam ἐξιφόρει nomen, quod regat, habet.

Vſ. 19. Ῥάριον ὀργίων] Quocunque modo hic verſus corrigatur, certum videtur, Ῥάριον cum Δήμητρα conjungendum eſſe, ut *Ceres Rharia* intelligatur; de qua, vide, quae diximus ad Homerum H. in Cerer. 450. MS. Venet. male, διαπεπνουσα. Apollon. Rh. IV. 1113. Ἀμφίπολοι δέσποιναν ἐὴν ματαπειπνύουσαι.

Vſ. 20. Γνωστὴ δ᾽ ἐστὶ] Senſus eſt: Antiope etiam mortua vivit Muſaei carminibus. Hoc ad οὐκ ἀγέραστον vſ. 15. referendum. Diocles in Analect. Brunck. T. II. p. 183. οἶδέ με κεἰν ἀΐδῃ. Theocrit. Eid. XVI. 30. Ὄφρα καὶ εἰν ἀΐδαο κεκρυμμένος ἐσθλὸς ἀκούσῃς, Μηδ᾽ ἀκλεὴς μύρηαι ἐπὶ ψυχρῷ Ἀχέροντος.

Vſ. 23. Ἔχοιθ᾽ Ἑλικωνίδα] MS. Venetus, ἔχων Ἑλικωνίδα. Lennepius, in ceteris non audiendus, bene ſcribit: ἔχεν θ᾽ Ἑλικωνίδα κώμην.

Vſ. 25. Πολλ᾽ ἔπαθεν] Hunc locum aliquando, poſt Caſaubo-

bo-

Πολλ᾽ ἔπαθεν, πάσας δὲ λόγων ἀνεγράψατο βίβλους,
Ὕμνων ἐκ πρώτης παιδὸς ἀναρχόμενος.
Αὐτὸς δ᾽ οὗτος ἀοιδὸς, ὃν ἐκ Διὸς αἶσα φυλάσσει,
Ἥδιστον πάντων δαίμονα μουσοπόλων,

Λεπτήν

bonum, Petitum ad Leg. Att. p. 560. & alios, meis quoque conjecturis vexavi. Nunc, omnibus iterum perpensis, non emendandum eum arbitror, sed explicandum. Hermesianax per lusum jocumque fingit, Hesiodum captum amore Ascraeae puellae, Eoeae, ut durum ejus animum flecteret, Ἠοίας μεγάλας, sive Κατάλογον γυναικῶν, cujus quartus liber Ἠοίας comprehendebat, scripsisse, &, instituta puellae cum antiquis heroinis comparatione, singularum heroinarum, quas recenseret, hymnum ab amicae nomine Ἠοίη vel Ἢ οἵη incepisse. Sunt igitur βίβλοι λόγων nihil aliud, nisi Κατάλογος γυναικῶν. Nam ut λέγειν interdum dicitur pro καταλέγειν, *recensere*, sic λόγος pro κατάλογος, *recensio*. Huic sententiae interpunctionem accommodavi, distinguens post βίβλους, & ὕμνων referens ad ἀναρχόμενος. Sic enim pro ἀνερχόμενος recte scripsit Gu. Canterus Nov. Lect IV. 3. Grammaticus in Vita Arati, nuper editus ab Iriarte Bibl. Matrit. p. 202. καθάπερ γὰρ ὁ Ἡσίοδος ἔργων καὶ ἡμέρων ἀρχόμενος, τῶν ὕμνων ἀπὸ Διὸς ἔρξατο. Quod autem Ἠοίας partem Καταλόγου γυναικῶν dixi, id non obscure colligere licet ex veteri Grammatico, cujus Scholion pereruditum Aldi diligentia ad Hesiodi Aspidem prodidit, sed D. Heinsii socordia neglexit. Idemque confirmat Hesychius: Ἠοῖαι. ὁ Κατάλογος Ἡσιόδου. Quid? ex ipso Hermesianacte satis clare intelligitur, Ἠοίας a Καταλόγῳ non diversas fuisse.

Vs. 28. Ἥδιστον πάντων] Cum Homerus non tam suavitate carminis, quam granditate, censeatur, vix dubitari potest, quin vere conjecerim: Κύδιστον πάντων δαίμονα μουσοπόλων. Apollon. Rhod. II. 721. κυδίστην τότε δαίμονα προσαΐοντες. Non alienum fuerit, quam vocem hic restitui, Nicandro Theriac. 3. eximere: Φίλ᾽ Ἑρμησιάναξ, πολέων ἡδίστατε πάων. Legendum: Φίλ᾽ Ἑρμησιάναξ, πολέων κυδίστατε πάων. Nam Scholiastes docet, non clarum poëtam, Hermesianactem, intelligi, sed ejusdem nominis nescio quem, Nicandro

Λεπτὴν γ' εἰς Ἰθάκην ἀνετείνετο θεῖος Ὅμηρος
Ὠιδῇσιν, πινυτῆς εἵνεκα Πηνελόπης.
Ἣν διὰ πολλὰ παθὼν, ὀλίγην ἐσενάσσατο νῆσον,
Πολλὸν ἀπ' εὐρείης λειπόμενος πατρίδος.
Ἔκλαιεν δ' Ἰκάρου τε γένος, καὶ δῆμον Ἀμύκλου,
Καὶ Σπάρτην, ἰδίων ἁπτόμενος παθέων.
Μίμνερμος δὲ τὸν ἡδὺν ὃς εὕρετο, πολλὸν ἀνατλὰς,
Ἦχον, καὶ μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου,

Καί-

dro per affinitatem conjunctum. Idem Scholiastes hunc versum ita exponens, ὦ τῶν πολλῶν γυναικῶν ἐνδοξότατε καὶ προσφιλέστατε Ἑρμησιάναξ, significat, se inter utramque lectionem fluctuasse. Nam ἐνδοξότατε pertinet ad κυδίστατε, προσφιλέστατε ad κηδέστατε. Nicander imitatur Homerum Od. Κ. 225. Ὅς μοι κήδιστος ἑτάρων ἦν, κεδνότατός τε. Eaedem voces confusae sunt in incerti poëtae Epigrammate Anthol. III. 12. p. 337. Μή με θοῶς κύδιστε παρέρχεο τύμβον ὁδῖτα. Corrige: Μή με θοῶς κήδιστε παρέρχεο τύμβον ὁδῖτα. Hesychius: Κήδιστοι. φίλτατοι, φροντιστικώτατοι, ἀναγκαιότατοι. Ceterum ad hunc de Homero, & alterum de Antimacho locum respexit Propertius II. 25. 45. *Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.* item I. 7. 3. *Atque, ita sim felix, primo* (κυδίστῳ) *contendis Homero.*

Vs. 29. Λεπτὴν γ' εἰς Ἰθάκην] MSS. Venet. & Medic. Λεπτὴν δ' εἰς Ἰθ'. Sed γ' melius est. Post ᾠδῇσιν minor distinctio ponenda, ut ad ἀνετείνετο referatur. Homerus cum carminibus suis in Ithacam contendit, ut Penelopae placeret.

Vs. 31. Ἣν διὰ πολλὰ παθὼν] Expressit Propertius II. 7. 23. *Omnia formosam propter Briseida passus.*

Vs. 33. Ἰκάρου τε γένος] Ἰκάρου γένος est Penelope: δῆμος Ἀμύκλου, καὶ Σπάρτη, Helena cum Lacedaemoniis. Ἴκαρον vocat, quem Homerus Ἰκάριον. Sic alii quoque in hoc nomine variant. Vide Muncker. ad Hygin. F. 130.

Vs. 34. Ἰδίων ἀπτόμενος παθέων] Hanc mire venustam exquisitamque sententiam duxit ab Homero Il. Τ. 301. Ὡς ἔφατο κλαίουσ'· ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες, Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ' αὐτῶν κήδε' ἑκάστη.

Vs. 35. Εὕρετο πολλὸν ἀνατλὰς] Philetas in Stobaeo Grotii p. 343. Ἀλλ' ἐπέων εἰδὼς κόσμον, καὶ πολλὰ μογήσας

Μύ-

Καίετο μὲν Ναννοῦς· πολιῷ δ' ἐπὶ πολλὰ κιμώτῳ
Κημωθεὶς κώμους στίχε συνδεξαμίῃ.
Ἤχθεε δ' Ἑρμόβιον τὸν ἀεὶ βαρὺν, ἠδὲ Φερέκλῆν
Ἐχθρὸν μισήσας, τοιάδ' ἔπεμψεν ἔπη.

Αὐ-

Μύθων παντοίων οἶμον ἐπιστάμενος. Hic tamen πολλὸν ἀναπλὰς non cum εὕρετο, sed paulo duriore trajectione cum καίετο Ναννοῦς conjungendum videtur.

Vſ. 36. Μαλακοῦ πνεῦμ' ἀπὸ πενταμέτρου] Lennepius eleganter ſcribit: μαλακοῦ πνεῦμα τὸ πενταμέτρου. Bis Propertius hunc locum ob oculos habuit, I. 7. 19. *Et fruſtra cupies mollem componere verſum.* I. 9. 11. *Plus in amore valet Mimnermi verſus Homero.* Mimnermo etiam elegiae inventionem tribuunt Mar. Victorinus Art. Gramm. III. p. 2555. & alii, quos laudavi ad Callimachi Fragm. p. 439.

Vſ. 37. Καίετο μὲν Ναννοῦς] Mimnermus & tibicen & poëta tibicinam Nanno amavit. Poſidippus in Anal. Brunck. T. II. p. 48. Ναννοῦς καὶ Λύδης ἐπίχει δύο, καὶ φερ' ἐραστοῦ, Μιμνέρμου, καὶ τοῦ σώφρονος Ἀντιμάχου. Vide Strabon. XIV. p. 952. & Athenaeum XIII. p. 597. A. Eandem carmine, quod Ναννὼ inſcriptum erat, cantavit. Ex quo Strabo XIV. p. 940. Athenaeus XI. p. 470. A. & Stobaeus Tit. 115. p. 592. pluſculos verſus conſervarunt. Locutionem καίετο Ναννοῦς adverſus Caſaubonum egregie vindicat T. Hemſterhuſius Obſ. Miſc. Vol. VI. T. I. p. 302.

Ibid. Πολιῷ δ' ἐπὶ πολλὰ κιμώτῳ] Caſaubonus legebat: Καίετο μὲν Ναννοῦς ὕπο. τῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ Κημωθεὶς, κώμους ἔστιχεν ἀδεσμίῃ. Nobis quoque aliquando placebat: πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι μόχθῳ. ut in Phaniae Epigrammate apud Kuſterum ad Suid. T. II. p. 319. πολιῷ γυῖα διθεὶς καμάτῳ. Sed aliud quid latere, haec Codicis Veneti lectio oſtendit: πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι λώτῳ Κημωθεὶς, στίχε συνεξαμίῃ. In συνεξαμίῃ cum Veneto Mediceus conſentit. Λωτὸς quidem, ſive tibia, apta eſt Mimnermo tibicini. Sed reliqua cum hac lectione minus bene coëunt. Forte ſcribendum: πολιῷ δ' ἐπὶ πολλάκι κάλῳ Κημωθεὶς κώμους στεῖχε σὺν . . . . .

Vſ. 39. Ἤχθεε δ' Ἑρμόβιον] MS. Venet. male, Ἠδ' ἔχθεε.

Ibid.

Λύδης δ' Ἀντίμαχος Χρυσηΐδος ἐκ μὲν ἔρωτος
Πληγεὶς, Πακτωλοῦ ῥεῦμ' ἐπέβη ποταμοῦ.
Δαρδάνιῃ δὲ θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν
Καλλίον' ἴξαον δ' ἦλθεν ἀποπρολιπὼν
Ἄκρην ἐς Κολοφῶνα· γόων δ' ἀνεπλήσατο βίβλους
Ἱρὰς, ἐκ παντὸς παυσάμενος καμάτου.

Λέ-

Ibid. Ἠδὲ Φιρέκλην] Vulgatum οὐδὲ Casaubonus recte in ἠδὲ mutavit. Sed Φέρεκλον quare pro Φερέκλην scriberet, nihil caussae erat. Vide quae diximus ad Homer. H. in Cerer. 153.

Vs. 40. Τοιάδ' ἐπέμψεν ἔπη] MS. Venet. τοίαν. Pro ἔπεμψεν, cave, ἔμελψεν scribas. Epigramma apud Gruter. p. 655. 2. οὐ λοίδορα ῥήματα πέμψας.

Vs. 41. Λύδης δ' Ἀντίμαχος Χρυσηΐδος] Χρυσηΐδος est patronymicum a Χρύσης, ut apud Homer. Il. A. 111. Sed Codices Mediceus & Venetus praebent Λυσηΐδος. ex quo libenter facerem Λυδηΐδος, si gentilis formae Λυδεὺς & Λυδηΐς exempla in promtu haberem. Fuit enim Antimachi sive uxor, sive amica, & nomine, & gente Lyda. Asclepiades in Anal. Brunck. T. I. p. 219. Λύδη καὶ γένος εἰμὶ καὶ οὔνομα. τῶν δ' ἀπὸ Κόδρου Σεμνοτέρη πασῶν εἰμὶ δι' Ἀντίμαχον. Τίς γάρ ἔμ' οὐκ ᾔεισε; τίς οὐκ ἀνελέξατο Λύδην, Τὸ ξυνὸν Μουσῶν γράμμα καὶ Ἀντιμάχου;

Vs. 43. Δαρδάνιην δὲ θανοῦσαν] MS. Venetus, Δαρδάνιη. Suspicor, ab Hermesianacte scriptum esse: Λάρνακι δὴ δὲ θανοῦσαν ὑπὸ ξηρὴν θέτο γαῖαν. Homer. Il. Ω. 795. Ὀστέα χρυσείην ἐς λάρνακα θῆκαν ἑλόντες. Αἶψα δ' ἄρ ἐς κοίλην κάπετον θέσαν. Anthol. III. 11. p. 337. Νικόπολιν Μαγνῆτα ἐνεβάψατο τῇ δ' ἐνὶ πέτρῃ, Ὀμβρείσας δακρύοις λάρνακα μαρμαρέην.

Vs. 44. Καλλίον' ἴξαον] Codex Mediceus: Καλλιω ναίζαον διῆλθεν. Venetus: Καλλίονα ἴξαον διῆλθεν. His confirmatur Casauboni correctio, δ' ἦλθεν, quam recepi. Reliqua non minus monstrose depravata sunt, quam quae vulgantur.

Vs. 45. Ἄκρην ἐς Κολ.] MS. Ven. Ἄκρον, ἐνεπλήσατο, & ἱερὰς.

Vs. 46. Ἐκ παντὸς παυσάμενος] Vix sine lectorum damno omitti potest locus Plutarchi Consol. ad Apollon. p. 106. B. ἐχρήσατο δὲ τῇ τοι-

αύτῃ

Λέσβιος Ἀλκαῖος δὲ πόσους ἀνεδέξατο κώμους,
  Σαπφοῦς φορμίζων ἱμερόεντα πόθον,
Γιγνώσκεις· ὁ δ' ἀοιδὸς ἀηδόνος ἠράσατ', ὕμνων
  Τήϊον ἀλγύνων ἄνδρα πολυφραδίῃ.
Καὶ γὰρ τὴν ὁ μελιχρὸς ἐφωμίλησ' Ἀνακρείων
  Στελλομένην πολλαῖς ἄμμιγα Λεσβιάσι.
Φοίτα δ', ἄλλοτε μὲν προλιπὼν Σάμον, ἄλλοτε δ' αὐτὴν
  Οἰνηρὴν δειρῇ κεκλιμένην πατρίδα,
Λέσβον ἐς εὔοινον· τὸ δὲ δὴ ῥίον εἴσιδε Λέκτον
  Πολλάκις Αἰολικοῦ κύματος ἀντιπέρας.
Ἀτθὶς δ' οἷα μέλισσα πολυπρήωνα κολώνην
  Λείπουσ', ἐν τραγικαῖς ἦδε χοροστασίαις.
Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτ' ἀγεῖραι θ' ἀρειδος
  . . . . Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ.

Φη-

αὐτη ἀγωγῇ καὶ Ἀντίμαχος ὁ ποιητής. ἀποθανούσης γὰρ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Λύδης, πρὸς ἣν φιλοστόργως εἶχε, παραμύθιον τῆς λύπης αὐτῷ ἐποίησε τὴν ἐλεγείαν τὴν καλουμένην Λύδην, ἐξαριθμησάμενος τὰς ἡρωϊκὰς συμφορὰς, τοῖς ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐλάττω τὴν ἑαυτοῦ ποιῶν λύπην.

Vſ. 49. Ἀηδόνος ἠράσατ'] Poſt ἠράσατ' interpunxi, ut ὕμνων cum πολυφραδίῃ conjungatur. Senſus eſt: Alcaeus Sapphonem deperibat, & carminum ſuorum venuſtate rivalem Anacreontem urebat, veritum, ne Alcaeus hac dote primas teneret apud Sapphonem.

Vſ. 53. Προλιπὼν Σάμον] MS, Venet. λείπων Σάμον. quod placebat Valckenario.

Vſ. 54. Δειρῇ κεκλιμένην] Sic Caſaubonus pulcre reſcripſit pro vulgato, Δούρει κεκλιμένην. Antipater Anthol. III. 23. p. 380. Οὐδ' ὑπὸ δυσμενέων δούρατι κεκλίμεθα. De Teo, per Harpagum capta, vide Herodotum I. 168.

Vſ. 55. Τὸ δὲ δὴ ῥίον εἴσιδε Λέκτον] Nihil verius eſt felici emendatione Caſauboni, quam recepimus. Vulgo editur: τὸ δὲ μυρίον εἴσιδε λέκτρον.

Vſ. 57. Ἀτθὶς δ' οἷα μέλισσα] Sic de certa conjectura ſcripſimus. Vulgo legitur: Αὖθις δ' οἷα μέλισσα. Scholiaſt. Sophocl. ad Ajac. 1218. ὅμηρος ἂν ὁ Σοφοκλῆς, πάλιν ἐ-

Φημὶ δὲ κἀκεῖνον τὸν ἀεὶ πεφυλαγμένον ἄνδρα,
Καὶ πάντων μῖσος κλώμενον ἐκ συνοχῶν
Πάσας ἀμφὶ γυναῖκας, ὑπὸ σκολιοῖο τυπέντα
Τόξου, νυκτερινὰς οὐκ ἀπεθέσθ' ὀδύνας.
Ἀλλὰ Μακηδονίης πάσας κατενίσατο λαύρας,
Αἰγείων μέθεπεν δ' Ἀρχέλεω ταμίην,

Εἰσ-

καὶ τὸ ἴδιον ἦθος ἔκαλεν· ὅθεν καὶ μέλιττα ἐκλήθη· Suidas v. Σοφοκλῆς· προσηγορεύθη δὲ μέλιττα, διὰ τὸ γλυκύ. Recepimus etiam Lennepii correctionem, quae cuivis in mentem veniat, πολυπρήωνα Κολωνὸν, vel potius κολώνην. Poëta alludit ad pagum Atticum, Κολωνὸν, unde Sophocles oriundus erat. In vulgatis libris est: πολυτρέμονα κοθώνην. In οἷα ex vs. 41. assumendum γιγνώσκεις, ut vs. 85. & 89.

Vs. 59. Ἀγεῦραι θ' ἀειδὸς] Codices Venetus & Mediceus: ἀγεῦρμαι Θεαρειδὸς. quod forsitan aliis profuerit ad veram lectionem emendam. Prior versus pars sic corrigenda: Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτα γεραίρει . . . . . Homerus H. in Mercur. 428. Μνημοσύνην μὲν πρῶτα θεῶν ἐγέραιρεν ἀοιδῇ. Cel. Valckenarius Βάκχον καὶ τὸν Ἔρωτα cum ἤδη, deleta distinctione, conjungebat, ut Sophocles in canticis choricis Bacchum & Cupidinem cecinisse dicatur, sicut Venerem cecinit in choro Antigonae 796. Res eodem redit. Sententiam illustrat Athenaeus XIII. p. 601. A. Σοφοκλῆς ἦγεν εἰς τὰ θέατρα διὰ τῶν τραγῳδιῶν τοὺς ἔρωτας. — τὸν Ἀχιλλέως πρὸς Πάτροκλον.

Vs. 60. Ζεὺς ἔπορεν Σοφοκλεῖ] Post hunc versum mihi lacunam deprehendisse videor. Nam cum Hermesianax omnium & poëtarum & philosophorum, quos recenset, amicas nominarit, quid est, quare unius Sophoclis amicam reticeret? Nec ignorare poterat, eum Theoridis & Archippae amore irretitum fuisse, cum id multis seculis post cognitum habuerit Athenaeus XIII. p. 592. A. Nisi forte cum Lennepio suspiceris, in corrupto Θεαρειδὸς nomen Θεωρὶς latere. Quod mihi parum probabile videtur.

Vs. 62. Ἐκ συνοχῶν] Casaubonus conjecit, ἐκ δακίων. Sed nec δάκος pro δηγμὸς dicitur, nec satis accedit ad vitiosae lectionis vestigia.

Vs. 66.

Εἴσϐκε τοι δαίμων Εὐριπίδῃ εὗρεν ὄλεθρον,
'Αμφὶ βίϐ συγνῶν ἀντιάσαντι κυνῶν.
῎Ανδρα δ' ὃ τὸν Κυθέρηθεν ἀνεθρέψαντο τιθῆναι,
Βάκχϐ καὶ λωτϐ πιστότατον ταμίην,
Μῦσαι παιδεύθέντα Φιλόξενον· οἷα τιναχθεὶς
'Ωρυγῇ ταύτης ἦλθε διὰ πόλεως,
Γιγνώσκεις, ἀΐϐσα μέγαν πόθον, ὃν Γαλατείης
Αὐτοῖς μηλείοις θῆκαθ' ὑπὸ προγόνοις.

Οἱ-

Vſ. 66. Αἰγείων] Caſaubonus ſcribit, 'Αργείην; quod nomen proprium eſt apud Theocrit. Eid. XVII. 53. & Apollodor. I. 9. p. 46. Certe contextus nomen amicae poſtulat.

Vſ. 67. Εἴσϐκε τοι δαίμων] In MS. Veneto τοι deeſt. Idem εὗρεν' pro εὗρεν habet. Ceterum hanc de Euripidis morte narrationem refellit Addaeus Anthol. III. 25. p. 396. Οὔ σε κυνῶν γένος εἷλ', Εὐριπίδη, ὐδὲ γυναικὸς Οἶστρος, τὸ σκοτίης κύπριδος ἀλλότριον, 'Αλλ' 'Αΐδης καὶ γῆρας. ὑπαὶ Μακέτῃ δ' 'Αρεθϐσῃ Κεῖσαι ἑταιρείῃ τίμιος 'Αρχέλεω.

Vſ. 72. 'Ωρυγῇ] Adr. Heringa Obſerv. cap. 31. p. 284. vertit *oeſtro*. Sed ὠρυγὴ ab Heſychio explicatur φωνὴ, θόρυβος. κυρίως δὲ, ἡ τῶν κυνῶν φωνή. Vereor, ne poëta aliud ſcripſerit. ταύτης πόλιως intellige Colophonem.

Vſ. 73. Γιγνώσκεις, ἀΐϐσα μέγαν πόθον] Hunc locum unius literae mutatione ſanavimus. Vulgo editur: Γιγνώσκεις καίϐσα μέγαν π. MS. Venetus pejus: Γιγνώσκεις καὶ ὗσαν μέγαν π.

Vſ. 74. Αὐτοῖς μηλείοις θῆκαθ' ὑπὸ προγόνοις] Pro abſurda lectione Μηλίοις Heringa l. c. veriſſime reſcripſit μηλείοις. Quanquam durior eſt interpretatio, quam addit: *amorem, quem Philoxenus primogenitis ovium foetibus, ſive agnis Galateae, ineſſe finxit*. Vide, an loco ſubobſcuro lucis aliquid afferatur ex Athenaeo I. p. 6. F. ἐπεὶ δὲ Φιλόξενος τὴν ἰδίαν Γαλάτειαν ἐφωράθη διαφθείρων, εἰς τὰς λατομίας ἐνεβλήθη, ἐν αἷς ποιῶν τὸν Κύκλωπα, συνέθηκε τὸν μῦθον εἰς τὸ περὶ αὐτὸν γενόμενον πάθος, τὸν μὲν Διονύσιον, Κύκλωπα ὑποστησάμενος· τὴν δ' αὐλητρίδα, Γαλάτειαν· ἑαυτὸν δ' 'Οδυσσέα.

Vſ. 75. Εὐρυπύλϐ πολῖται Κῷοι]

Οἶσθα δὲ καὶ τὸν ἀοιδὸν, ὃν Εὐρυπύλου πολιῆται
Κῷοι χάλκειον θῆκαν, ὑπὸ πλατάνῳ
Βιττίδα μολπάζοντα θοὴν περὶ πάντα Φιλητᾶν
Ῥήματα, καὶ πᾶσαν ῥυόμενον λαλιήν.

Οὐδὲ

Κῷοι] Homerus Il. Β. 677. Καὶ Κῶν Εὐρυπύλοιο πόλιν. Propert. IV. 5. 23. *Eurypylisque placet Coae textura Minervae.*

Vſ. 76. Θῆκαν ὑπὸ πλατάνῳ] Voces ὑπὸ πλατάνῳ diſtinctione a θῆκαν ſeparavi, ut cum μολπάζοντα conjungantur. Nam poëtae umbram ſectantur.

Vſ. 77. Βιττίδα] *Battidem* Philetae amicam vocat Ovidius Triſt. I. 6. 2. *Nectantum Coo Battis amata ſuo eſt.* III. ex P. I. 58. *quo non Inferius Coa Battide nomen habes.* Quem ſecutus Scaliger ad Propert. III. 7. 44. Βαττίδα in Hermeſianacte legit. Βίττις tamen, Βιττὼ, & Βίττιον uſitata mulierum nomina ſunt, e. g. apud Antipatrum Anthol. III. 12. p. 331.

Ibid. Φιλητᾶν] *Philetae* nomen ſaepe librariorum errore in *Philemonis*, *Philonis*, aut ſimile abiit. Plutarchus Pericle p. 153. Α. οὐδ' Ἀνακρέων, ἢ Φιλήμων, ἢ Ἀρχίλοχος. Lege, Φιλητᾶς Scholiaſtes Apollon. Rhod. III. 118. Ἐψιόωντο, ἀντὶ τοῦ ἔπαιζον. —— Φίλων δὲ, ἀντὶ τοῦ ὁμίλουν παρὰ τὸ ἔπος. Scribe, Φιλητᾶς. Reſpicit ejus ἀτάκτους γλώσσας, quas laudat ad IV. 989. Nam Philo Grammaticus, quem Etymologus M. ſaepe commemorat, recentior eſt, quam ut ab hoc Scholiaſte laudari potuerit. Tzetzes ad Lycophr. 633. Φιλτίας δὲ ἐν τρίτῳ Ναξιακῶν, Βαλιαρίδας φησὶν αὐτὰς ὕστερον ὀνομασθῆναι. Corrige, Φιλητᾶς. Hic enim Ναξιακὰ ſcripſit, ut Eudocia p. 424. & Euſtath. ad Od. Υ. p. 1885. teſtantur. Etymol. M. p. 135. l. 28. Εὐφορίων δὲ καὶ Φιλίας Ἀργανθώνιον λέγουσι διὰ τοῦ ι. Sylburgius Φιλέας malit. Sed ſcribendum, Φιλητᾶς. Apud Aelianum V. H. X. 6. Philetas ποιητὴς ἑξαμέτρων dicitur. Immo πενταμέτρων.

Ibid. Περὶ πάντα Φιλητᾶν Ῥήματα] Sic Scaliger ad Propert. l. c. legit. Quod a MSS. Veneto & Mediceo confirmatur. Vulgo pro ῥήματα ſcribitur πήματα.

Vſ. 78. Πᾶσαν ῥυόμενον λαλιήν.] Λαλιὴ in bonam partem

tem

Οὐδὲ μὲν ὧδ' ὁπόσοι σκληρὸν βίον ἐςήσαντο
'Ανθρώπων, σκολιῶ μαιόμενοι σοφίην,
Οὓς αὐτὴ περὶ πικρὰ λόγοις ἐσφίγξατο μῆτις,
Καὶ δεινὴ μύθων κῦδος ἴχνος ἀρετή,
Οὐδ' οἱ δεινὸν ἔρωτος ἀπεςρέψαντο κυδοιμὸν
Φαινόμενον, δεινὸν δ' ἦλθον ὑφ' ἡνίοχον.
Οἵη μὲν Σάμιον μανίη κατέδησε Θεανῦς
Πυθαγόρην, ἑλίκων κομψὰ γεωμετρίης
Εὑράμενον, καὶ κύκλον ὅσον περιβάλλεται αἰθὴρ,
Βαιῇ τ' ἐν σφαίρῃ πάντ' ἀπομασσόμενον.

Οἵῳ

tem pro σωμυλίᾳ sumitur. Leonides Anthol. III. 6. p. 312. 'Ιθῦναι κοινὴν εὐκυλίκην λαλιήν. Epigramma apud Gruter. p. 607. 4. 'Η λαλίη φαιδρή τε χελιδονίς. Meleager Analect. Brunck. T. I. p. 27. ὅτι τᾶς φιλέρωτος Ζηνοφίλας ψαύεις τῷ λαλίῳ σόματος. Vide hanc Epistolam p. 135.

Vſ. 79. 'Οπόσοι σκληρὸν] Constructio est: ὁπόσοι ἀνθρώπων ἐςήσαντο βίον σκληρὸν, μαιόμενοι &c. In vulgatis hic locus male interpungitur. Ceterum hinc colorem duxit Propertius, de philosophis & ipse loquens, II. 25. 23. *Sed nunquam vitae fallet me ruga severae. Omnes jam norunt, quam sit amare bonum.* & mox: *Quid tua Socraticis tibi nunc sapientia libris Proderit?*

Vſ. 82. Μύθων κῦδος ἴχνος' ἀρετή] MS. Venet. male, κῦδος. Theognis vſ. 900. Κυδίςην ἀρετὴν τοῖς συνιεῦσιν ἔχει.

Vſ. 83. Οὐδ' οἱ δεινὸν] MS. Venetus: Οὐδ' οἴδεν ὃν ἔρωτος ἀπεςρέψατο κυδοιμόν. Ex his ἀπεςρέψαντο pro vulgato ἀπετρέψαντο recepi.

Vſ. 84. Δεινὸν δ' ἦλθον ὑφ' ἡνίοχον.] Simili sententia Meleager Analect. Brunck. T. I. p. 13. τὸ δ' ἐπ' ὀφρύσι κεῖνο φρύαγμα Σκηπτροφόρου σοφίας ἠνίδε ποσσὶ πατῶ.

Vſ. 85. Θεανῦς] Vide Bentlejum c. Boyl. p. 37.

Vſ. 88. Βαιῇ τ' ἐν σφαίρῃ] MS. Venet. Βίης ἐν σφαίρῃ. Hemsterhusius malebat: Βαιῇ τ' ἐν σφαίρῃ πάντ' ἀπομασσόμενον. Idque, ut magis accommodatum sententiae, etiam Wyttenbachio placebat.

Vſ. 89. Οἵῳ δ' ἐχλίηνεν] Recepimus verissimam emendationem Adr. Heringae Observ. cap. 31. p. 281. nisi

quod

Οἴῳ δ' ἐχλίηνεν, ὃν ἐχρῆν ἔξοχον εἶναι
Πολλῶν ἀνθρώπων Σωκράτη ἐν σοφίῃ,
Κύπρις μηνίουσα πυρὸς μένει· ἐκ δὲ βαθείης
Ψυχῆς κουφοτέρας ἐξεπόνησ' ἀνίας,
Οἰκί' ἐς Ἀσπασίης πωλεύμενος· οὐδέ τι τέκμαρ
Εὗρε, λόγων πολλὰς εὑράμενος διόδους.
Ἄνδρα Κυρηναῖον δ' εἴσω πόθος ἔσπασεν Ἰσθμοῦ
Δεινὸς, ὅτ' ἀπιδανῆς Λαΐδος ἠράσατο.

'Οξὺς

quod de judicio doctiſſimi Santenii vocum ἐχρῆν & ἔξοχον ſedes permutavimus, ut verſus lenius caderet. Vulgata ſcriptura haec eſt: Οἴῳ δ' ἐχλειημένον ἔξοχον ἐχρῆν . . . εἶναι. Πολλῶν δ' ἀνθρώπων Σωκράτη ἐν σοφίῃ. In Codice Veneto εἶναι ex ſuo loco ante Σωκράτη migravit. Πολλοὶ ἄνθρωποι ſunt *vulgus*, qui ſaepe etiam οἱ πολλοὶ dicuntur. Plato Polit. IV. p. 448. A. οἴονται τῇ ἀληθείᾳ πολιτικοὶ εἶναι, ὅτι ἐπαινοῦνται ὑπὸ τῶν πολλῶν. Aeſchines Socratic. Dial. III. 6. φροντιστὴς ὢν, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς τοὺς πολλοὺς τῷ νῷ διαφέρων. Vide Heringam l. c. & Abreſchium Dilucid. Thucyd. p. 159.

Vſ. 92. Κουφοτέρας ἐξεπόνησ' ἀνίας,] Praeclare Codices Venetus & Mediceus κουφοτέρας pro vulgato κυρτοτέρας. Κουφοτέρας ἀνίας vocat ſollicitudines, quibus amantes agitantur. Theocritus Eid. XVII. 52. μαλακοὺς μὲν ἔρωτας Προσπνείει, κούφας δὲ διδοῖ ποθέοντι μερίμνας. Quod, vereor, ut amiciſſimus Toupius recte ceperit. Theocritum, vel Hermeſianactem imitatur Propertius II. 9. 4. *Et levibus curis magna perire bona.* Sed quid eſt ἐξεπόνησε? Lege: ἐκ δὲ βαθείης Ψυχῆς κουφοτέρας ἐξεφόρησ' ἀνίας. Hoc certe intelligi poteſt.

Vſ. 93. Οὐδέ τι τέκμαρ] Propert. II. 12. 29. *Errat, qui finem veſani quaerit amoris. Verus amor nullum novit habere modum.*

V. 94. Λόγων πολλὰς] Vulgatur λόγῳ. Sed Heringa Obſerv. cap. 31. p. 281. bene reſcripſit λόγων.

V. 95. Πόθος ἔσπασεν Ἰσθμοῦ Δεινὸς] Sic correxi vulgatum, πόθος ἔσπασεν Ἰσθμοῦ Δεινόν. In Veneto deeſt δ'.

Vſ. 96. Ὅτ' ἀπιδανῆς Λαΐδος ἠράσατο.] MS. Venetus, ἀπ' ἰδανῆς. Ἰδάνη ab Heſychio

ex-

'Οξὺς 'Αρίστιππος πάσας δ' ἠνήνατο λέσχας
Φεύγων οὐδαμένον ἐξεφόρησε βίῳ.

exponitur τρυφερὰ, εὐπρεπὴς. H. Stephanus Indice Thes. v. 'Απιδανεῦς sic scribit: 'Απιδανὴς pro Peloponnesio accepit Mimnermus (Hermesianax) ap. Athen. canens, 'Απιδανῆς Λαΐδος ἠράσατο Erat enim Lais Corintho oriunda: quae urbs est Peloponnesi. Hactenus ille. Sed omnino legendum: ὅτ' εὐπιθανῆς Λαΐδος ἠράσατο. Asclepiades Analect. Brunck. T. I. p. 214. 'Ερμιόνη ποτ' ἐγὼ πιθανῇ συνέπαιζον. Dioscorides ibid. p. 494. 'Η πιθανή μ' ἔτρωσεν 'Αρισονόη. Post ἠράσατο majorem distinctionem posuimus. Solet enim poëta noster cujusque amatoris descriptionem praemittere, & tum demum nomen subjicere.

V. 97. 'Ηνήνατο λέσχας] Haec est scriptura MSS. Veneti & Medicei. Vulgo ἠνέσατο. Particulam δ' abesse malim. Λέσχαι sunt *disputationes philosophicae*. Φεύγων junge cum ἠνήνατο. Oppianus Cyneg. III. 375. Εἰ δέ κ' ἀνηναμένη φεύγῃ φιλοτήσιον εὐνήν. Reliquis alii medicinam faciant.

Huic Elegiae, temperare mihi non possum, quin illam Phanoclis apud Stobaeum Tit. 62. p. 399. adjungam, praesertim cum & ipsa in Orphei amoribus, quamvis minus honestis, celebrandis versetur. De hac autem sic statuo, nihil hujus generis, quod omnibus numeris perfectius sit, ex tota antiquitate ad nos pervenisse. Talis in culta oratione simplicitas est, tam nativa venustas. Numerorum quidem lenitate ipsam Hermesianacteam, si quid ego judico, superare videtur. Phanocles quando vixerit, incertum est. Post Demosthenem floruisse, & Elegos suos Ἔρωτες, ἢ Καλοὶ inscripsisse, ex Clemente Alex. Strom. VI. p. 750. intelligitur: Δημοσθένους εἰπόντος, Πᾶσι γὰρ ἡμῖν ὁ θάνατος ὀφείλεται, καὶ τὰ ἑξῆς, ὁ Φανοκλῆς ἐν Ἔρωσιν, ἢ Καλοῖς γράφει· Ἀλλά τοι μοιράων νῆμ' ἄλλυτον, οὐδέ τῳ ἐστὶν Ἐκφυγέειν, ὁπόσοι γῆν ἐπιφερβόμεθα. Idem Protrept. p. 32. Φανοκλῆς δὲ ἐν Ἔρωσι, ἢ Καλοῖς ἱστορεῖ, Ἀγαμέμνονα τὸν Ἑλλήνων βασιλέα, Ἀργύννου νεὼν Ἀφροδίτης ἱδρύσασθαι ἐπ' Ἀργύννῳ τῷ ἐρωμένῳ. Quem locum adscripsi ex certa correctione P. Leopardi Emend. IV. 4. & Jo. Jonsii de Scriptor. Hist. Philos. II. 15. p. 194. quanquam Jonsius

Ἔρω-

Ἔρωτας, ἢ Καλοὺς per errorem drama vocat. Auctor argumenti IV. in Ovidii Metam. II. *Cycnus, Stenelei filius, materno genere Phaëthonti proximus, cum Liguriam incoleret, & in ripa Eridani amnis cum vidisset corpus Phaëthontis a sororibus ejus ablui, pari calamitate est concussus. Plus enim justo deflendo propinqui interitum, deorum voluntate in volucrem cycnum abiit, qui perosus caelestem ignem, paludes ac flumina, quibus insenesceret, est secutus. Phanocles in Cupidinibus auctor.* Ex hoc opere non solum Elegia apud Stobaeum, sed reliqua etiam, quae ex Phanocle laudantur, sumta videntur. Plutarchus Sympos. IV. 5. p. 671. B. οἱ δὲ παιδικὰ τὸ Διονύσου Ἄδωνιν γεγονέναι. Καὶ Φανοκλῆς, ἐρωτικὸς ἀνὴρ, ὧδέ πως πεποίηκεν· Ἠὲ ὡς θεῖον Ἄδωνιν ὀρειφοίτης Διόνυσος Ἥρπασεν, ἠγαθέην Κύπρον ἐποιχόμενος. Hieronymus Chronico p. 17. *Ob raptum Ganymedis Troi, patri Ganymedis, & Tantalo bellum exortum est. ut scribit Phanocles poëta.* ubi vide Jos. Scaligerum. Hieronymum descripsit Orosius I. 12. Quorum uterque festinanter inspectus est a N. Heinsio ad Ovid. Met. X. 83. His paucis locis, quae Scaligeri etiam diligentia collegit, Phanocles commemoratur. Nunc ejus Elegiam de Orpheo audiamus.

Ἦ ὡς Οἰάγροιο πάϊς Θρηΐκιος Ὀρφεὺς
Ἐκ θυμοῦ Κάλαϊν στέρξε Βορηϊάδην.
Πολλάκι δὲ σκιεροῖσιν ἐν ἄλσεσιν ἕζετ' ἀείδων
Ὃν πόθον· οὐδ' ἦν οἱ θυμὸς ἐν ἡσυχίῃ.

Ἀλλ'

Vs. 1. Θρηΐκιος Ὀρφεὺς] Hoc ex Cod. Parisino recepi de judicio Cel. Valckenarii Diatr. in Euripid. cap. 19. p. 199. Apollon. Rhod. IV. 903. Εἰ μὴ ἄρ' Οἰάγροιο πάϊς Θρηΐκιος Ὀρφεύς. Vulgatae Editiones, Θρηΐκιν Ὀρφεύς.

Vs. 4. Οὐδ' ἦν οἱ θυμὸς] Imitatur Homerum Od. Υ. 23. Τῷ δὲ μάλ' ἐν πείσῃ κραδίη μένε τετληυῖα.

Vs. 5. Μελεδῶνες Ἔτρυχον] MSS. Parisin. & Leidensis, μελεδῶναι. Sed alterum est Hesiodi Ἔ. καὶ Ἡμ. 66. & Apollonii Rhod. III. 812. Leiden.

'Αλλ' αἰεί μιν ἄγρυπνοι ὑπὸ ψυχῇ μελεδῶνες
  Ἔτρυχον, θαλερὸν δερκόμενον Κάλαϊν.
Τὸν μὲν Βιστονίδες κακομήχανοι ἀμφιχυθεῖσαι
  Ἔκτανον, εὐήκη φάσγανα θηξάμεναι,
Οὕνεκα πρῶτον ἔδειξεν ἐνὶ Θρήκεσσιν ἔρωτας
  Ἄρρενας, οὐδὲ πόθους ᾔνεσε θηλυτέρων.
Τοῦ δ' ἀπὸ μὲν κεφαλὴν χαλκῷ τάμον, αὐτίκα δ' αὐτὴν
  Εἰς ἅλα Θρηϊκίην ῥίψαν ὁμοῦ χέλυϊ,
Ἥλῳ καρτύνασαι, ἵν' ἐμφορέοιντο θαλάσσῃ
  Ἄμφω ἅμα, γλαυκοῖς τεγγόμεναι ῥοθίοις.
Τὰς δ' ἱερῇ Λέσβῳ πολιὴ ἐπέκελσε θάλασσα.
  Ἠχὴ δ' ὡς λιγυρῆς πόντον ἐπέσχε λύρης,

Νή-

densis praeterea habet διερκομένου, quod, tanquam elegantius, vulgato διερκόμενον non injuria praefert Valckenarius l. c. Constructio est: μελεδῶνες διερκομένου Κάλαϊν ἀεὶ αὐτὸν ἔτρυχον.

Vs. 8. Εὐήκη φάσγανα] Trincavellus & Gesnerus εὐμήκη ediderunt. At alii libri, in his Leidensis, rectius εὐήκη praebent. Quam lectionem sequuntur Leopardus Emend. IV. 4. & Valckenarius l. c. Homerus Il. κ. 256. φάσγανον ἄμφηκες.

Vs. 9. Πρῶτον ἔδειξεν] Πρῶτος malit Brunckius Anal. Gr. T. III. p. 95. quod melius est. Haec autem Santenius noster expressa putabat ab Ovidio Met. X. 83. *Ille etiam Thracum populis fuit auctor, amorem In teneros transferre mares: citraque juventam Aetatis breve ver, & primos carpere flores.* Ovidium sequuntur Hyginus Astron. I. 7. & Philargyr. ad Virgil. Georg. IV. 520.

Vs. 11. Αὐτίκα δ' αὐτὴν] Trincavelliana & reliquae Editiones, item MS. Leid. vitiose, αὐτίκα δ' ὑπὴν. Sed Gesnerus bene correxit, αὐτίκα δ' αὐτὴν Quod in MS. Paris. reperit Grotius.

Vs. 15. Τὰς δ' ἱερῇ Λέσβῳ] Ovidius Met. XI. 50. *caput, Hebre, lyramque Excipis; &, mirum, medio dum labitur amne, Flebile nescio quid queritur lyra, flebile lingua Murmurat exanimis: respondent flebile ripae.* —

Et

Νήσους τ', αἰγιαλούς θ' ἁλιμυρέας, ἔνθα λίγειαν
  Ἀνέρες Ὀρφείην ἐκτέρισαν κεφαλήν.
Ἐν δὲ χέλυν τύμβῳ λιγυρὴν θέσαν, ἣ καὶ ἀναύδους
  Πέτρας, καὶ Φόρκου στυγνὸν ἔπειθεν ὕδωρ.
Ἐκ κείνου μολπαί τε καὶ ἱμερτὴ κιθαριστὺς
  Νῆσον ἔχει· πασέων τ' ἐστὶν ἀοιδοτάτη.
Θρῆκες δ' ὡς ἐδάησαν ἀρήιοι ἔργα γυναικῶν
  Ἄγρια, καὶ πάντας δεινὸν ἐσῆλθεν ἄχος,
Ἃς ἀλόχους ἔστιζον, ἵν' ἐν χροὶ σήματ' ἔχουσαι
  Κυάνεα, στυγεροῦ μὴ λελάθοιντο φόνου.

Παι-

Et Methymnaeae potiuntur litore Lesbi. Caput Lyrnessum delatum esse, scribit Philostratus Heroic. 10. p. 713. ubi Olearius notula sua prodit, se Phanoclis Elegiam nunquam legisse.

Vs. 17. Νήσους τε] Intellige Lesbum, Chium, Samum, & alias insulas circa Lesbum sitas. Quod moneo, ne quis cum Brunckio l. c. νῆσον scribat.

Vs. 20. Φόρκου στυγνὸν] Editio Trincavell. mendose, φέρτον στυγνὸν ἔπειθεν. quod e libris suis Gesnerus correxit. MS. Leid. Φ. πικρὸν ἔπ. ὕδωρ. sicut alius apud Gesnerum. Est tamen στυγνὸν in Leidensis margine. Bene Grotius Φόρκου ὕδωρ *mare* exponit. Phorcum enim vel Phorcynem Homerus Od. Α. 72. ἁλὸς ἀτρυγέτοιο μέδοντα vocat. Eandem rem sic expressit Antipater epigrammate in Orpheum, Anthol. III. 25. p. 388. οὐκ ἔτι πέτρας Ἄξεις —— οὐκ ἔτι κοιμάσεις ἀνέμων βρόμον, οὐχὶ χάλαζαν, οὐ νιφετῶν συρμοὺς, οὐ παταγεῦσαν ἅλα.

Vs. 23. Ἀρήιοι ἔργα γυναικῶν] Sic optime legit Leopardus Emend. IV. 4. Idque Codex Leidensis & alius apud Gesnerum confirmant. Vulgo editur: ἀρχαῖα ἔργα γυναικῶν.

Vs. 24. Καὶ πάντας δεινὸν] Minus bene Leopardus l. c. scripsit: καὶ πάντων δεινὸν &c. Homer. Od. Σ. 347. ὄφρ' ἔτι μᾶλλον δύη ἄχος κραδίην Λαερτιάδην Ὀδυσῆα.

Vs. 26. Λελάθοιντο φόνου] MS. Paris. male, πόνου.

Vs. 27. Παιδὰς δ' Ὀρφεῖ] In omnibus scriptis editisque libris, insolenti genere loquendi, legitur: Παιδὰς δ' Ὀρ-

*Ποινὰς δ᾽ Ὀρφῆϊ κταμένῳ τίνουσι γυναῖκες
Εἰσέτι νῦν, κείνης εἵνεκεν ἀμπλακίης.*

Ὀρφῆϊ κταμένῳ στίζουσι γυναῖκας. Quod, erit fortaſſe, qui defendat e Plutarcho de S. N. V. p. 52. ed. Wyttenb. *Οὐδὲ γὰρ Θρᾷκας ἐπαινοῦμεν ὅτι στίζουσιν ἄχρι νῦν, τιμωροῦντες τῷ Ὀρφεῖ, τὰς αὐτῶν γυναῖκας.* At vero, quod nos de conjectura in textu repoſuimus, talem a ſimplicitate commendationem habet, ut vel moroſiſſimo judici placiturum ſperemus. Ceterum ſi veram, non fabuloſam, qualem Phanocles tradit, ſtigmatum originem cognoſcere velis, adeundus eſt Herodotus V. 6. & ibi Weſſelingius.

F I N I S.

INDEX AUCTORUM,

Qui emendantur & explicantur.

H. significat Hymni paginas, E. Epistolarum.

Aelianus.	E. 296.
Alciphron.	E. 113. 215.
Alcman.	H. 37.
Anthologia Gr.	E. 77. 214. 290. 117. seqq.
Apollodorus.	E. 144.
Apollonius Lex. Homer.	E. 207.
Apollonius Rhod.	E. 9. 34. & passim.
Appulejus.	E. 189.
Aristaenetus.	E. 219.
Aristoteles.	E. 37. 194.
Athenaeus.	E. 115.
Ausonius.	E. 112.
Callimachus.	E. 99. & passim.
Catullus.	H. 8.
Claudianus.	E. 183.
Dionysius Periegeta.	E. 205.
Epigramma Musei Veron.	E. 206.
Etymologus M.	E. 26. 51. 86. 87. 89. 105. 106. 107. 135. 210.
Eunapius.	E. 215.
Euphorion apud Eustath.	E. 260.
Euripides.	E. 34. 138, 170, 208. 224.
Fragmentum MS. περὶ Μουσῶν.	E. 222.
Galenus.	E. 100.
Glossae veteres.	E. 70. 288.
Heraclides Ponticus.	E. 209.
Hermesianax ap. Athenaeum.	E. 285.
Hesiodus.	H. 2. E. passim.
Hesychius.	E. multis locis.

Home-

INDEX AUCTORUM.

Homerus.	H. 56, 221.
Homerici Hymni.	H. 14. E. multis locis.
Horatius.	H. 27.
Infcriptiones.	H. 19. E. 24. 83.
Julianus.	E. 81.
Juvenalis.	E. 183.
Lexicon MS. Bibl. Reg.	E. 213.
—— Rhetoricum.	H. 28.
Livius.	E. 8.
Lucretius.	E. 63. 189.
Lyfias.	H. 46.
Manilius.	E. 196.
Menander Rhetor.	E. 90.
Menophilus apud Stobaeum.	E. 108.
Nicander.	E. 8. 205. 289.
Nonnus.	129. 144. 164. 179. 189. 287.
Orpheus.	H. 3, 6. E. multis locis.
Ovidius.	E. 63. 64. 72. 112. 182. 186. 187. 216. 217. 301.
Parthenius.	E. 135. 284.
Paufanias.	H. 19. 21. E. 129.
Phanocles apud Stobaeum.	E. 300.
Phocylides.	E. 89.
Pindarus.	H. 74.
Plutarchus.	E. 296.
Polyaenus.	E. 136. 262.
Probus ad Virgil.	E. 198. 204. 209. 210.
Proclus ad Hefiod.	E. 179.
Propertius.	E. 175. 196. 203. 286. *feqq.*
Scholiaftes Homeri.	E. 105. 111.
——— Apollonii Rhodii.	H. 3. 10. E. 7. 106. 109. 296.
——— Ariftidis.	H. 67.
——— Hefiodi.	E. 91.
——— Nicandri.	H. 30. 34.

Qq 3 Scho-

INDEX AUCTORUM.

Scholiaftes Pindari.	E. 221.
Scylax.	E. 262.
Servius.	H. 67.
Sidonius Apollinaris.	E. 199.
Sophocles.	E. 34. 286.
Stephanus Byz.	H. 24. E. 211. 260.
Suidas.	E. multis locis.
Symmachus.	E. 199.
Synefius.	E. 89.
Theocritus.	E. 65. 70. 147. 297.
Theognis.	E. 194. 215.
Theon.	E. 106.
Theophraftus.	E. 209.
Thucydides.	E. 8.
Tzetzes ad Lycophr.	E. 203. 221. 296.
Valerius Flaccus.	E. 196.
Virgilius.	E. 195. 216. 219. 227.
Xenophon.	E. 180.

Digitized by Google

Digitized by Google

005622687

Digitized by Google